



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40

2 400 40 400 / MAR 10 1974



9




R.2903

COMMVNIVM  
OPINIONVM  
SYNTAGMA,  
SIVE  
RECEPTARVM IVRIS VTRIVSQUE  
SENTENTIARVM.  
*del Colegio M. y R., y la Univ. de S.*  
TOMVS TERTIVS.




LUGDVNI,  
SVMPTIBVS PHILIPPI TINGHI  
FLORENTINI.  
Cum Priuilegio.





IVRIS CONSULTORVM  
INDEX, E' QVORVM SCRIPTIS  
TER TIVS HIC TOMVS COL-  
LECTVS EST.

Laurentius Kirchouius Megalopolensis.	fol. 1
Michael Graffus Pomeranus.	56
Iaffred Lanfrancus Balbus.	134
Antonius Maria Coratius.	167





# RECEPTARVM SENTEN-

## TIARVM, SIVE CONCLV-

### SIONVM,

Per clarissimum virum D. LAURENTIVM KIRCHOVIVM Megalopolensem, V. f. Doctorem, &c. ordine Alphabetico collectarum,

### CENTVRIA PRIMA.

#### A

#### CONCLVSION I.



B S E N S & impeditus, non tenetur in causis arduis mittere procuratorem. Bart. in lib. 1. idem p. 3. pro socio. Bart. in l. 2. §. si quis in iudicio. nu. 3. versic. tu verò aliquid aliis. si quis cau. in iudic. siste. & in l. 1. §. v. vs. versic. si d. reuoco. in dubium. ff. de procura. lab. eo. nu. 7. versi. quæro virum abiens. C. quomodo & quando iudex. Alex. de Imo. in l. recusare. §. si quis alio. versic. sed. lo. de Imo. ff. ad SC. Trebel. Et hanc communem conclusionem Docto. esse inquunt. Iaf. in d. §. si quis in iudicio. nu. 13. versi. retenta tamen communi conclusione. & Caro. Molli. in consi. 19. nu. 23. in Tom. i. consi.

#### CONCLVSION II.

A C T I O iniuriarum viuus anni spacio tantum durat. l. si non coniuit. C. de iniur. n. 1. si fuerit contestata. l. si. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. Hartman. Bart. in lib. 1. præf. foren. cit. de iniur. cap. 2. circa fin. versi. item per litis contestationem. nam tunc perpetuatur. Item si rei machinatione de si contestata. Quia in rei sunt duas opiniones contraria. reference. Iaf. in l. si cum §. qui iniuriarum. num. 9. & 10. Num. 9. dicit. ipse. quod. i. communis conclusio si. quando per subterfugia & cauillationes rei contestari non possit. haberetur tamen pro contestata. quantum ad transmissionem. actionem. & perpetuationem. ac si vero. si est contestata. Et num. 10. quod longa mora rei non operaretur effectum litis contestationis. quia actio iniuriarum extinguitur. quando non extingueretur. si lis fuisset contestata. num. 11. tamen ipse addit. retinendam esse communem conclusionem. quando per subterfugia & diff. rationes rei protraheretur. quod lis pro contestata haberi debet. ff. si quis caution. Faciunt huc eiusdem Iaf. annora. in l. 1. C. quando libel. princi. datus litis contesta. faciat. nu. 8. Refert & hanc questionem Vasquis Mencachensis in lib. 1. controver. illu. str. ca. 2. nu. 15. versi. item quid si de actione iniuriarum dubitetur.

#### CONCLVSION III.

A C T O R tenetur reo ad fundandam illius exceptionem. tam rationes. l. non est nouum. l. iustum. quæm instrumenta exhibere. l. si. C. de edendo. l. dissoluta. C. de condite. ex leg. l. qui tabulas. ff. de furt. Bart. in d. l. fin. 1. Quam sententiam Joan. Gloucestor ibi primum defendit. exploso fenu. A zonis. qui contrarium in sua Summa ibid. num. 23. defendere voluerat. vt. scilicet rationes ederentur. reo ab actore. & econtra. sed instrumenta nullo modo. Alex. de Imo. in d. l. fina. num. 2. Quare prior sententia communis Doct. opinio esse dicitur. Alexibid. nu. 3. Deci. nu. 5. Franci. Purp. nu. 11. versi. & quamvis articulus. vt. supr. disputari posset. non tamen recedendum est à commun. sententia. Alcia. nu. 6. versi. non igitur à recepta plurimorum sententia recedendum est. Et hanc sententiam cōmūniter approbari scribunt Abb. Panor. nu. 15. in fin. Deci. nu. 39. circa fin. & nouissimè Mar. Mantua. nu. 21. in ca. 1. extra de proba. vbi & ipse huius communis opinonis limitationes & fallentias. & Zas. noster in l. 1. §. editio-nes. nu. 30. cum seq. ff. de edendo. latè explicarunt.

#### CONCLVSION IIII.

4. Actor vbiunque petit à reo instrumenta ad intentionem suam fundatam coadiuandam. ipse reus edere tenetur. Barto. in l. fin. nu. 2. versi. fed etiam ad intentionem iuuandam. non dico fundandam. C. de eden. & Panor. in d. l. nu. 15. extra de probat. Exempli G r a t i a: Si instrumentum contineret promissionem 200. aureorum. & actor probare vellit. de quibus aureis solutio fieri deberet. ipse posset petere à reo sibi instrumentum exhiberi. Vei si peteret actor fun-

dum & non appareret de finibus. Barth. Socyn. ibid. nume. 3. similiter probato legato cogetur haeres ad tabulas exhibendas. quibus legati ipsius quantitas ostendi potest. qui concubinam. §. cum ira. & la prædijs. Titio. ff. delega. 3. Alciat. in d. l. fin. nume. 9. Et hanc communem sententiam esse. dicunt communiter Docto. Alex. de Imo. in d. l. fin. nu. 26. Dec. in d. c. 1. nu. 33. vers. sexto salit. Mantua nu. 28.

#### CONCLVSION V.

A D V L T E R I V M an probaretur. si nudus cum nuda in uno eodemq. lecto reperiretur. præteritum si non solum ad separatio- nem matrimonij. verum tam condemnationem atque delicti pu- nitionem agereur. dubitatum fuit. Et si autem hic casus dubius esse videatur. per ea quæ annotant glossi in l. quoddat. in verbis in ipsius rebus. ff. adle. Iul. de adul. & D. Barto. in l. 2. §. si simul. ff. &c. vbi. se in- quire: Adulterium directè aliqua ratione probari non posset. qui. si videres. quos in uno cubiculo. vel lecto. illud ex præsumptione pro- bandum esse. præterea quod est 27. exir. de testibus. c. literis. &c. ca. tertio loco. 13. extra de præsump. Et idem Barto. in l. capite quindecim. cod. nu. 2. volunt. ff. testis diceret. quod quempiam inueniret in rebus Veneris. quia inuenit cum in camera solus. vel oscularium. vel tan- gentem. ista sufficeret ad probationem adulterij. & in l. 3. ff. de furt. si aliquis deprehendetur in edibus salticis. vbi pulchra mulier esset. hinc adulterium præsumi manifestum. Nam in adulterioactus proximus dicitur. quando quis inueniretur solus & nudus cum sola & nuda. atque ita in materia adulterii ex præsumptione Legis iudica- tur. d. c. literis. d. c. tertio. Pet. de Barbobus. in consi. 96. in 1. vol. consi. crimi. Hinc scribitur. quod fornicatio & adulterium ex facilitate de- linquendi præsumantur. Item. quod adulterium furtuè committatur. Ange. i. consi. 4. 4. nu. 15. & 16. in matr. consi. volu. 1. Didacus in Epito. in 4. lib. Decre. 2. par. c. 7. §. 6. in 1. Tom. Quare consulendo scri- bit Philip. Cornæ. vir magni iudicij in consi. 71. in 2. vol. consi. adul- terium non facile probari. quia est actus sui natura multum secretus. adeò ut esset difficile vnuquam posse probare coitum. seu copulam. nisi per quadam extrema argumia veri similiter ipsam copulam. vt. si testes dicentes. se videlicet amatores in cum sua amicis solum in loco se- creto. vel nudum cum nuda in lecto. Et hanc communem Doct. opini- onem esse. quod directè adulterium non probetur. refert Nicol. Bellon. in reperti. Rubr. C. de eden. nu. 63. Quæ ramen sententia dextrè & cum temperamento est intelligenda. vt. scilicet. quantum ad ma- trimoniū separationem. non autem condemnationem. atque delicti punitionem. quando criminaliter puniretur. procedat: per tex. ex- pressum in d. l. quod ait. ibi. ει γέγων. vbi Budæus Accursum repre- hendit. quod non rectè illum tex. explicauerit. quia adulterium sum- probabitur. quando pudenda in pudendis. vel obscena in obscenis sunt posita. ita expresse tradit & explicat Marc. Blanc. in tract. de in- dic. homicid. ex prop. commis. nu. 69. ad 1. ff. de quaest. Ita quoque consulendo scribit Iosephus Fontanellus. in consi. 97. nu. 33. in 2. vol. consi. crimi. Recè igitur Panor. in c. cum non ab homine. nu. 19. extra de iudi. Barto. in d. l. 3. ff. de furt. verbo (manifestum) videntem. intelli- git. quasi ipse probabile dicens voluerit. Licet & Panor. in d. c. præ- terea. nu. 1. & 2. & in d. c. tertio loco. nu. 4. alter loqui videatur. Cuius sententiam non improbat Deci. distinguendo. in d. c. cum non ab ho- mine. nu. 10. versic. circa deprehensionem. Quæ quidem quaestio co- piostore calamo traditur in tract. Ange. de malef. in §. Che hai adul- terio la mia dona. pag. 75. nu. 4. 1. 4. 2. 4. 3. cuius singulas partes prosecuti non est instituti præsentis. Praetered Bart. sententia nihil refragatur. quia iura per eum allegata. in d. c. præterea. d. c. literis. d. c. tertio loco. loquuntur. quando ageretur ad separationem matrimonij. Nata vi- fio. vel deprehensio solius cum sola. nudi cum nuda. quæ sufficit ad matrimonij separationem. non ramen sufficeret in causa eritimali ad prohationem adulterij. Iia ei. ganter. & pulchrè consulendo scribit Pe. Phi. Cor. in con. 192. nu. 11. & 12. in 4. vol. con. vbi ipse inter cate-

ras, auctoritas allegat Math. de Mathesius in notab. 119. quibus addatur quæ scribitur Rotel. inter con. Bald. in con. 4.45. in lib. 2. cons. quod adulterium ex eo, quod iuuenis fuit intentus in camera d' pectoratus, & caligis dissolutus, etiam quod mulier teneret in quam clausam, & negaret iuuenem ibi esse, non probetur, quia non sequitur: Ergo talis iuuenis opus Veneris compleuit, cum poruerit sagere ut adulteraret, & ramen non adulterauerit. Et sic potius videtur probari conatus quidam, quem confumatur delicti. Et Aymo. Graut. in cons. 205. num. 2. in 2. par. con. Et est optima ratio praecedentium, quod etiam ex violentis probationib. quis poena corporali non damneretur. Labentem. vbi Glos. Barto. & alij. ff. de poen. Et haec est magis communis opinio, ut per Gandinum, in tract. malefic. in tit. de præsum. & indic. indubita. pulchr. & copios. Hippo. de Mar. in rep. Rubr. C. de probat. nu. 257. secundus vero, si ageretur poena pecuniaria. Bellon. in dicta reperi. Rubri. C. de edendo. nu. ne. 74. & ita me consiliente iudicatum esse memini.

## CONCLV S I O VI:

**6** Adulteria an mutua compensatione compensari possint, ardua & ambigua est quæstio, sed circa explicationem huius quæstiōis duo sunt explicanda, quæ quotidie in controversiam vocantur. Et non dubium est de iure Diuino, Canonico, & Ciuiili, matrimonia propter adulterium retractari posse. Ita videtur textus expressus, si recte intelligatur, in cap. 3. Euangeli. S. Matthei, At ego dico vobis, quod qui quis repudierit vxorem suam, nisi causa stupri, efficit ut illa sit adultera, & quicunque repudiata duxerit, adulterium committit. & March. 19. Quod D e s copulauit, horum non separer. Et paulo post, Quod quicunque repudierit vxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium, &c. Dixit Dominus 32. q. 1. c. præcepit. 32. q. 5. & per multos alios textus eiusdem caus, qui optimæ ratione induci possunt. Dicit enim Christus: Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, moechatur. Ergo à contrarlo sensu, Qui propter fornicationis cauam, vxorem dimittit, & aliam ducit, non moechatur. Loquimur autem de innocentia. Quod si innocentem post multas admonitiones recipere ad consortium noluerit, sed se ad aliud matrimonium conferre voluerit, si hoc licere etiam nocente viuente. Quia dictum Christi litteraliter intelligi non posset, ad hoc ut exceptio sit de regula, & intelligatur in terminis regulæ prohibentibus aliam ducere, ergo in causa exceptionis permittitur aliam ducere, nam quod liquidat de poena lega, l. eleganter in 1. fin. nu. 8. & 9. ff. quod quisque iuris. & Dec. 1. con. 151. num. 7. Incepit enim videtur, quod principium loqueatur de ducente aliam, & exceptio loqueretur solamente separatione fori. Et quid mulcum dubitandum? Est textus expressus in c. vxor. 32. q. 7. quæ textus est sumptus ex Comentarijs D. Ambroſij, super Epistola Iam Pauli ad Corinth. Vxor a viro non discedat, nisi causa fornicationis, quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur viro suo, & vir similiter non dimittat vxorem, ideo non subdit de viro, quod de vxore premisit, quia viro licet ducere aliam. Similiter in c. A postolus in fin. ead. cap. & quæst. ibi, Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimittere, sed quia permisit. Facetur igitur D. Augustinus in eo textu, Quod Deus permisit tali casu vxorem relinquere, & aliam accipere. Andr. Barbat. in consil. 6. 4. nume. 11. in fin. & nume. 12. Probatur & haec sententia manifesta ratione. Nam si dicemus non esse illicitum aliam ducere, sequeretur quod quis cogere tur peccare, quod est inconveniens, cum vxorem adulterum cognoscere non licet. si quis vxorem. 22. quæst. 1. c. si vir sciens. Haec & similia ex Canonibus facilè cumulari possent. Alias & plures rationes adducit Basil. Monnerus, in tractat. de matrimon. capit. 5. de diuortio, quid matrimonium dirimat.

De iure autem ciuili quoque non dubium est, cum etiam plures causæ sint, propter quas permittebatur matrimonium dissolutum. Conferatur C. de repud. §. quia vero plurimas. In Authent. ut licet mari vel aula. §. si vero. Basil. Monnerus d. loco.

Hanc sententiam multis, magna auctoritate & eminenti doctrinae Theologos etiam nostro tempore approbare scribunt Hieronymus Schurpi. in consil. 7. in 1. Cent. Quod quoque est repetitum inter concilia tedata, in fin. consil. 10. in ordin. Melchior Clinus, in tractat. matrimon. causa in vlt. cap. de redintegratione. & Conradus Mauser. in explicit. tit. Institut. de nuptijs. §. fin. versio. quantum igitur ad prius actum pag. 120. & 121. nec aliter acceptum fuisse illud Christi dictum in veteri Ecclesia, ex Origene, Augustino, Hieronymo, Iustino Martyre, Ambroſio, alij. perspect. licere, tradit. V. Velsenbec. in suis Paralit. in 1. titu. de diuortio. & repud. pag. 305. & ante illum Eras. Roteroda. in suis annota. in nouum Testa. c. 7. 1. Epif. ad Corin.

Alij autem contraria sententiam sequuntur, licet propter fornicationem & adulterium vir posset dimittere vxorem, vel econtra, tam per hoc non discesserit vinculum matrimonij, sed solidum sit separatio fori, & ita cohabitationis conjugalis. Augustin. in lib. 2. de adulterio. coniug. quod postea referuntur in c. licite. 32. quæstio. 7. licite

dimititur vxor ob causam fornicationis, sed manet vinculum prioris. & in cap. A postolus. A postolus dicit his, qui sunt in coniugio: Præcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro suo non discedere, quod si discesserit manere nuptam. & in cap. fieri potest. Fieri potest ut vir dimitiat vxorem causa fornicationis, quam exceptam Dominus esse voluit. Iam vero, si nec illi nubere conceditur viuo viro suo, a quo recessit, nec huic alteram ducere viua vxore sua, quam dimitit, multa minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. & in c. quæd. admodum. 32. quæstio. 7. vñlo. Glos. Barto. & alij. ff. de poen. Et haec est magis communis opinio, ut per Gandinum, in tract. malefic. in tit. de præsum. & indic. indubita. pulchr. & copios. Hippo. de Mar. in rep. Rubr. C. de probat. nu. 257. secundus vero, si ageretur poena pecuniaria. Bellon. in dicta reperi. Rubri. C. de edendo. nu. ne. 74. & ita me consiliente iudicatum esse memini.

Et harum decisionum haec sunt rationes, quia coniugium quo ad vinculum matrimonij non est indissoluble, d.c. licite. 32. quæstio. 7. prima. Eci sed alter coniugum, qui non commisit fornicationem vel adulterium, debet concinere, nam quos Deus coniunxit, nemo separat. cap. denique distinct. 26. cap. an quod. cap. quos Deus coniunxit. 33. quæstio. 2. cap. gaudiensis. 11. de diuortio. Panorm. in cap. ex publico. nume. 10. 11. de conuersat. coniugia. Cum hodie non fiat divorcium, seu repudium ex causa fornicationis, nisi quo ad thorum, Glo. in Iduortio. in verb. diuortio. ff. de negot. gest. de illa. c. quanto. ibi Doct. 11. de diuortio. Quia si substantialia tollerentur, sequeretur quod utrique tam nocent, quam innocent, permisum esset secundo contrahere. Sed Christus expressè dicit, Qui dimissam dicit, moechatur. Ergo substantialia matrimonij sublata non sunt, & per consequens secundum nuptias, d.c. de illa. d.c. quanto. & hoc quod agitur de matrimonio fiduum & Christianorum, vbi matrimonium consummatum dicitur verum & rectum, ut non possit dissoluiri quo ad vinculum matrimonij, secundus quo ad separationem thori & mutuam seruitutem. Quamvis in fidibus & paganis alia sit ratio, cum alter coniugum conuertatur ad fidem, & alter coniugum non velit cohabitare, vel non possit sine conuictio Creatoris, tunc potest dissoluiri matrimonium, etiam quo ad vinculum matrimonij. d.c. quanto. Quia licet matrimonium dicitur verum inter infideles & paganos, non ramen dicitur rectum, ut latius ibi Doct. prosequuntur & referit Francisc. Marc. in Decisi. Parlamentum Delphina. quæst. 51. 4. nume. 21.

Præter has rationes & aliae adduntur, D. Paulus in Epistola 1. Corinth. 7. inquit: His autem qui matrimonio iuncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et iam constat, vxori non concedi discedere a marito qualibet de causa, nisi sit causa fornicationis. March. dicto cap. 19. Ergo necesse est sententiam Pauli intelligi de discessu causa fornicationis, quod scilicet ut que maneat sine nuptijs post diuortium, vel reconciliatur. Quemadmodum D. Augusti. &

# Commu.opiniones, Centur. I.

3

Hieronymi allegatis textib. Paulum intellexerunt.

Addunt & hoc propter fauorem liberorum ex coniugis separatis natorum recepti esse, ut scilicet parentes reconciliantur. Difficillime autem reconciliatio contingere, si secundae nuptiae permitterentur.

Similiter & hoc ita statutum proper delinquentis fauorem, ne omnino ejiciatur extra Ecclesiam. Si enim innocentis parti liberè licet, nocente viuente ad secundas nuptias conuolare, & nocens continere non posset, non haberet modum nec viam peruenienti ad pœnitentiam, quia cum alio contrahere non posset, cum qui dimissam ducere, moecharetur. Propterea si innocens contraxerit cum alio nulla spes pereat de penitentia, cum tamen Ecclesia non claudat gremiu[m] redeun[tibus]. cap. super eod[em] hæretic. in 6. Quas rationes quoque annoavit Cling. in dicto tracta. causa. Crimin. dicto capit. de redintegratione. Quam doctri[n]am pluribus authoritatibus comprobavit Didac. Courru. in 4. lib. Decreta. Epito. secunda partis. capit. 7. §. 6. nume. 13. & ita pronunciarunt aliquando Scabini, ut referunt in fine Specul. Saxonii. tit. de crimin. poena adulterij.

Argumenta in contrarium adducta soluunt Doct. quod dictum Christi à contrario sensu sumptum non procedat, cum nullum expreßum textum iuris diuinis, directis verbis, seu in sensu directo incidentem contrarium in hochabeamus, & veteres illud non intellexerint, secundum Augustinum & Hieronymum ante allegatos, quemadmodum recentiores nonnulli iam intelligunt, in dict. Epistola 1. Corinth. 7. & capit. 5. & 19. Matth. Quia minimè sunt mutanda, quæ interpretacionem certam semper habuerunt, leg. minimè ff. de legibus. Similiter dictum Pauli de clarari afferunt per textum in d. capit. quanto. 11. de diuortijs. Et hanc sententiam Partrum & omnium constitutionum Papalium, & omnium Doct. scholasticorum & iurium, communem sententiam esse consulendo scribit Hieronym. Schurpf. in dict. consi. 57. in fin. in 1. Cent.

Non obstat q[uod] exceptio debet esse de regula, quia hoc intelligitur, nisi correctio legum vel canonum inde sequeretur, ut post alias in hac materialitate declarat Ioan. Neuizan. in sylva nuptia. §. deueniendo igitur ad questionem nostram. vers. tu vero omisiss. num. 1. 40. in 6. vol. tract.

Nil refragatur dictum Ambrosii, ex dicto capit. vxor. Quia hoc intelligitur vxore mortua. cap. quod proposuiti. 32. q. 7. Ita nec dictum Augustini, ex dicto capit. Apostolus. cum hoc per illius sententiam in alijs capitulis declarata exponatur.

Quid autem ad Ius ciuilis respondendum? Responsio in promptu est, si exstant Leges ciuiles, & Ecclesiastici canones, quæ mutuo sibi repugnant, tamen cum de peccato evitando tractatur, etiam in foro ciuili Canonibus standum esse, per differentiam Barroli, in leg. priuilegia. C. de sacrof. Eccles. cuius sententia communiter ab alijs probatur Doct. in capit. 1. ext. de noui oper. nunciat.

Sed de hac sententia communiter judicet Ecclesia vera, iudicent quoque Orthodoxæ fidei homines. Nobis fatis est sententiam communitem iudicasse.

Quod vero ad alterum caput attinet: Quod si vir fornicaretur, cogatur vxorem antea, aut eodem temporis tractu, adulterium committentem, in consortium coniugale recipere & admittere. In eo tam iuris Canonici, quam iuris Ciuii[li]s interpretes, immo ipsi Theologi inter se conueniunt. Ita enim expressè affirmat Augustinus. in lib. 1. de sermone Domini in monte, vbi ipse dicit: Nihil autem iniurias quam fornicationis, causa dimittere vxorem & ipse coniunctur fornicari. oecurrat enim illud, in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult abjicere vxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus, quod similiter etiam de foemina dixerimus. in Tom. 4. oper. suorum. & habentur in e. nihil iniurias. 32. q. 6. & D. Hieron. in 3. Tom. Episto. in Epistola ad Amandum. incip. breuis Epistola. vers. omnes enim homines. cuius sententia repetitur in c. omnes causationes. 32. q. 7.

De luce Canonico nulla est dubitatio. c. ex literis. 11. de diuorti. c. intellectimus. c. fin. 11. de Adult. Et hanc sententiam vbiique iuris Canonici interpretes sequuntur. glos. in d. c. ex literis. in verb. redire compilas. Hostien. in summa. de diuorti. vers. Quid si sententia diuorti lata ex causa fornicationis ab vxore commissa, maritus incidat in idem crimen. num. 9. Heinric. Boich. nu. 14. Panorm. nu. 6. & Præpos. in col. fin. in d. c. ex literis. Heinric. Boich. in d. c. fin. num. 13. Panor. nu. 4. addens ita communiter Doct. concludere, & Marian. Socyn. in d. c. intellectimus. num. 16. & in d. c. fin. num. 6. cum seq. post glos. in verb. fornicationis. & ante filios Barthol. Brixien. in quæst. Dominica. qua. st. 3. 4. in 17. vol. tracta. vbi in vitram que partem ea quæstio ab eo disputatur. & Anton. Corsetus. in c. grandi. num. 72. cum paria delicta mutua compensatione tollantur, nec maritus possit accusare vxorem de adulterio, nec econtra, si vterque eodem morbo laborat, de supplenti. neglig. prælaro. in 6. Summa Rosellæ, in verb. diuortium. vers. nunquid autem in prædictis admittitur compensatio.

Quamvis enim Panor. in d. c. fin. nu. 4. voluerit, iudicem ex officio suo posse reintegare matrimonium; tamen sententia ea communiter

approbat, etiam conjugi competere actionem. Feli. in c. lator. nu. 9. 11. de senten. & re iud. Ethanc communem assertionem aquo[rum] esse testatur Guiliel. Maynerius. in l. in ambiguis. num. 207. ff. de reg. iur. Et hanc communem sententiam Doctorū esse inquit Didac. Courru. in d. Epitom. in 4. lib. Decreta. 2. par. cap. 7. vers. 6. adijsiens, vxorem quoque posse post item contestatam viro accusanti obijcere exceptionem paris criminis, etiam ante item contestatam commissi. Li cetero nonnulli sententian contraria feculi fuerint, referente Andr. ab Exea. in lib. pectorum. num. 377.

Et hanc sententiam quoque iuris ciuiliis interpretes in 1. viro. 1. cum mulier. Zaf. in l. 2. num. 21. & Alciat. num. 7. ff. solut. matrim. approbarunt. Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam virab vxo re exigat, quam ipse non exhibeat, quares potest & virum damnare. 1. haec verba. §. index adulterij. ff. ad l. Jul. de adulter. Referunt & eandem Jacob. de Beluso. in sua pract. iudicata. tit. de Leno. num. 22. in 4. vol. tracta. Nicol. Boer. in Decis. suis, quæst. 338. nu. 3. in 2. par. Ioan. Barberius. in suo iuritorio. tit. de adulter. vers. 1. num. tamē notandum est, in iuriis, etiam hoc de iure ciuili procedere. Ripa. in Rubr. 15. de iudic. num. 2. 6. Iodoc. Damhouderius. in Enchirid. rer. crimin. c. de adulter. num. 2. 9. vers. primum quando ipse maritus eodem adulterij criminis infamis, & cōmaculatus fuerit. Conrad. Mauser. in tit. de nupt. 9. fin. vers. postremo. pag. 127. Author Analysis Instit. tit. de nupt. vers. in quibus. cau. non potest fieri diuortium propter adulterium. & remisissi Hartim. Hartmanni. in lib. 2. practica. foren. tit. de accusat. tit. 4. Maritus adulterian posset accusare vxorem adulteram. Quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. c. quia frustra. 11. de viur. Et mutua delicta pari compensatione tolluntur. d. c. penult. & vlt. 11. de adult. d. l. viro. ff. folu. matru. glos. in c. cum super. in verb. posse. 11. de concels. præbend.

Non est hic facienda aliqua difficultas, quod propriè dicatur committit adulterium cum foemina coniugata. i. inter liberos. §. lex Julia. ff. ad l. Jul. de adulter. Quia hoc casu secundum iuris Canonici dispositionem, etiam cum soluta muliere vir matrimonio confunctus fornicando, dicitur adulterium committere. c. puto. 32. q. 5. Panor. in c. transmis. nu. 5. & 11. de eo, qui cognoscit. & Socyn. Jun. in con. 32. num. 5. & 6. in 2. par. con. Licet de iure ciuili sectus sit. Ludo. Gozadin. in con. 21. numer. 5. Huic decisioni qui acquiscere volunt, illorum sententiae non sunt sequendæ, exemplo iuris Consultorum, qui raro improbatarum sententiarum authores nominabant, & sequebantur. 1. quidam existimarent. ff. si cert. peta. l. 2. §. cx his. ff. de verb. obliga. l. ff. ad municipalem. vt præclarè annotat Marius Salymonius in l. Gallus. §. qui dam recte. num. 14. ff. de liber. & posthu. in 3. vol. repe. Et supradicta conclusio adeò generalis est, vt de iure responderit Paul. de Castro, mulierem non debere excludi à petitione dotti, ratione adulterij commisisti, quando vir eius etiam legem matrimonij violasset, & concubinam aliusset. in con. 402. in 1. par. con. secundum nouam impressionem, cuius sententiam communiter Docto. approbarunt Hippo. de Mars. in l. 1. §. fin. num. 5. ff. ad l. Cornel. de Sicar. in l. patre. vel de marito. num. 10. ff. de quæst. & in suis singu. 23. 4. incip. Paria delicta mutua compensatione tolluntur. Aegid. Bostius. in tract. ter crimin. tit. de coitu damnato & punibili. num. 56. Ludo. Carerius. in sua praxi crimin. §. circa quartum. de modo se defendendi. num. 17.

An quoque sententia requiratur, satis crassè explicarunt Hostien. in summa. d. tit. de diuor. & Francisc. Mars. in suis Decis. parlamen. Delphina. d. quæst. 51. 2. Basil. Monnerius in d. tracta. de matrimon. cap. 5. quæ repetere non est, necesse.

## CONCLVSIONE VII.

A adulteri hodie pena capitis puniuntur. Sacrilegos enim nuptiarum, Imper. dicente. gladio puniri oportet. l. quamuis. 2. C. ad l. Jul. de adulter. §. item lex Julia. In fit. de pub. iud. Hippo. de Mars. in con. 73. num. 2. 6. & Ioan. Millæus. in sua praxi crimin. persequi. in tract. de pecc. numer. 30. & in tract. pecc. circa mortem. num. 113. Hanc sententiam communiter approbatam esse dicunt Alex. de Imol. in con. 13. num. 3. in 7. vol. & Roland. à Valle. in con. 74. numer. 8. in 1. Tom. con. Mulier vero adulteria verbata, in monasterium detruditur. Auth. sed hodie. C. cod. tit. Joan. Caccialupus in l. si qua illustris. num. 20. ad S.C. Ofician. Joan. Millæus. in suis commen. super confue. Galliz in Rub. 18. numer. 7. quod quidem intelligitur, quando simplex fuerit adulterium. Si vero concurrat qualitas incestus, est poena capit[is], nec per d. Auth. sed hodie. non est correctum, quod in 1. ff. adulterium cum incestu. & ibi glos. in verb. si adulterium. & Bartol. ff. de adulter. tradidit. Ange. Aretin. in tract. de malefic. in §. Che hui adulterato la misa dona. vers. quæro quæ sit poena adulterij. num. 4. 4. & Ludou. C. rer. in sua pract. caus. crimin. cap. incip. nono excusatur maritus occidens adulter. nu. 4. pag. 199. lib. mei. Sed cum quereretur a me, an ea poena de iure & consuetudine Lubecensi, secundum communiori Docto. sententiam procederet, respondebam non procedere, per ea quæ scribunt Alex. de Imol. in con. 99. numer. 13. in 6. vol. con. Hippo. de Mars. in con. 101. nu. 50. cum se q. 10. Baptis. in l. romanes populi. nu. 268.

A 2

ver. sex. d. poena adulterij est poena capitis. ff. de iustit. & iure. in 1. vol. repeat. Socy. Iun. in consil. 34. nu. 8. in 2. par. con. Sanctus de Areto, in con. 50. nu. 3. in 1. vol. etim. con. Sed cum ea iuri diuinio repugnet, si dormierit viri cum uxore alterius vixque morietur, id est, adulterio & adulteria, & auferas malum de Israeli. Deuter. 22. cap. existimauerim talia statuta de Iure diuino non defendi posse. ca. fuit quidam. 25. q. 1. Liceat Doct. statuta ista valere arbitrentur, per ea quae cumulata Andrea. Traq. in tra. de leg. cōnu. & iure marita. in 13. l. glo. primæ par. 13. De poenis Iuris Diuini, Canonici, Juris antiqui, & Iuris Codicis, scribit D. & amicus meus summa reverentia colendus, excellentis virtutis & doctrinæ Jurisconsul. Raymundus Pius Richardus, ius suis collectis Communi. op. in verb. adulterij poena. nu. 19. in To. 2. Cōnu. op. Sed quid an per cōfessionem mulieris adulterat & fornicanis probet adulterio, scribunt consulendo Ias. in con. 2. nu. 3. in 1. vol. con. & Lau. Sylva. post alios, quos ipse allegat in con. 50. nu. 4. non probari.

## C O N C L V S I O V I I I .

**S** A G E N T I contra filium ex debito paterno, necesse est allegare filium esse hæredem, & illud probare, alii si non probaret, succubare debet tanquam non probans id, quod est causa sua intentionis, per doctrinam Bar. in 1. necessarijs. ff. de acquir. hære. & Bal. in 1. scilicet dotem. & transgrexiamur. ff. solu. matris. Et hanc sententiam communem esse scribit ibidem Io. de Imo. nu. 26. versic. in 1. glo. Alexan. de Imo. in con. 3. 4. nu. 5. vbi Caro. Molli. in verb. fautor. plures authoritates adducit in 3. lib. con. & in con. 73. nu. 3. in lib. 7. & in con. 183. in princip. in 6. vol. consil. Et istam magis communem Docto. conclusionem esse meminist Barth. Socy. in consil. 51. nu. 7. in 1. vo. consil. Non obstante dicto Apostoli: Si filius, ergo hæres. Quia illud dictum procedit in filio agente, non autem in filio cōtentio, ut hæres. Quia tunc qui agit contra filium uti hæredem patris, debet hoc probare, cum sit causa sua intentionis. Roland. à Valle, in con. 20. nu. 17. & 18. in 1. To. consil.

## C O N C L V S I O I X .

**9** Agens ad poenam debet probare se prius pro parte sua cōtractum aimpleuisse. I. Julianus. & offerri. ff. de act. emp. Propterea ut aduersarius nescius possit prætendere me ei non servasse promissam, & incidisse in aliquam poenam vel priuationem, semper requisitur, qd ipse prius liquidissime probet, se mihi adimpleuisse omnīz pro parte sua promissa. quer. & inter locatorem. ff. loca. Ita in specie voluit Alex. de Imo. in con. 66. nu. 2. vers. constat autem. in 6. vol. con. Quia natura est penarum sive legalium, sive conventionalium, quod nisi petens poenam prober exta parte adimpleuisse contractum, repellitur a petitione. Nam liquida, vt poena petatur, debet esse causa. Bal. in ca. nu. me. 10. titu. qualiter Domi. proprie. feu. priue. in verb. feudo. Alex. de Imo. in consil. 212. nu. 2. & 3. lib. 2. con. Roland. à Valle, in consil. 57. nu. 17. in 1. To. consil. Quam doctrinam latius declarant Ludovic. Roman. in con. 24. 4. nu. 2. Andra. Barba. in consil. 51. nu. 23. in col. fin. lib. 1. Idem Barba. in consil. 15. nu. 3. cum seq. in col. volu. & Thomas Parpalias. in 1. lib. quis maior. nu. 10; versi. decimoquarto. C. de transac. Ex quorum explicationibus hanc communem Docto. sententiam esse liquet.

## C O N C L V S I O X .

**10** AGGRESSVS aufugere (nam aliquem fugatum esse quedam censetur iniuria) non tenetur. Item apud. s. 1. ff. de iniur. Bart. in 1. nu. 8. C. vnde vi. Et hanc communem Doct. conclusionem esse, inquit Alex. de Imo. in consil. 109. nu. 4. ver. quinidm. scilicet cumdum magis communem conclusionem, vbi Molli. in verb. fugae. in lib. 1. consil. plures authoritates Doct. adducit. Et scribunt in hanc partem consulendo multa præclaræ & elegantiæ. Bal. in con. 312. in 4. vol. con. & Stephan. Bertrand. ab alijs non allegatus in consil. 290. nu. 6. cū seq. in 3. volum. 1. par. & in consil. 128. in 7. vol. consil. vbi ipse hanc sententiam communiter approbatam esse, nec ab eam consulendo, vel judicando recedi oportere, post alios referit copiæ hanc materiæ, prosequi Barth. Romul. in explicat. I. vt viii. nu. 52. 59. 60. & 61. cū seq. ff. de iusti. & iure.

## C O N C L V S I O X I .

**11** AGNA TI quando in continentis de iuribus suis, & bona controversia esse feudalisa, vbi inter filiam defuncti & agnatos esset controuersia de feudo, probare paratis, impeditur tunc misio, & ipsi dicuntur legitimū contradictores, adeo ut non admittetur ipsius Imperatoris sententia, que extat in s. inter filiam defuncti. c. 1. titu. si de feu. de func. contro. sit int. do. & agna. vasal. in vñibus feyd. Ita voluerit Isern. & Aluaror. ac alijs in 1. s. inter filiam. Bar. in 1. filiam. ff. ad S.C. Trebel. & Docto. in 1. s. C. de edict. D. Hadria. tollen. Eris autem hæc conclusio vera sit, quod quando agnati sunt parati in continentis docere de iuribus suis, impeditur misio, & dicuntur legitimū contradictores, tamen hoc admittitur cum eo temperamento, ut dicantur legitimū contradictores, quando ipsi agnati possederunt, secū si non possederunt, ut per Barto. & alios in 1. s. filiam. ff. ad S.C. Trebel. & Dec. in consil. 84. numer. 1. in 1. par. consil. & in con. 218. numer. 2. in 2. par. con. & in con. 4. 2. 4. numer. septimo. in 3. par. con. & in con. 4. 6. 7. numer. duodecimo. in 4. par. con. vbi dicit, hanc opinionem est communem. Ita quoque

attestatur Roland. à Valle, in 1. con. numer. 71. in 1. Tom. con.

## C O N C L V S I O XII .

**12** A L M E N T A si legitur mulieri in domo hæredum, tenetur ipsa ibi inorari, quia verba apposita in legata, quod hæredes teneantur præstare alimenta in domo, ponuntur in cōmodum & fauorem hære. dis, cum dicatur minus gravis ipsi hæredibus præstatio alimentorum, si in domo alimenta præstentur, secundum differentiam Bartol. in 1. Cato. & Imperator. numer. tertio. ff. de alim. & cibar. lega. Et hanc sententiam communiter approbatam esse scribit D. Alex. de Imo. in con. 100. num. 1. in 1. lib. & in con. 168. nu. 5. & 6. in 6. volum. consil. Barthol. Socyn. in consil. 286. num. quinto. in 2. volum. consil. Stephan. Bertran. in con. 177. in volum. 2. par. altera. Sed hæc doctrina ut dextrè intelligatur necesse est, si enim ex causa iusta mulier non possit morari in domo hæredum, legitur non priuare ut. Ita communis calculo illam generaliter differentiam Docto. limitant. Bart. in d. & Imperator. Bald. in 1. numer. decimo. Salicet. nume. quarto. C. de legat. Petr. de Anchora. in consil. 254. nume. tertio. Joan. de Aran. in consil. 54. nume. primo. & ibi Ludovic. Bolognini. in addit. sua. nume. quarto. pulchr. Ias. in 1. diuortio. numer. 23. & 25. & in d. 1. numer. tertio. C. de legat. & in con. 1. 4. num. secundo. in 1. volum. con. quam & reliqui Docto. referente Roland. à Valle, in consil. 22. nu. vndecimo. in 1. Tom. probant. Liceat non ignorare Paul. de Castro, inter dispositionem ipsius testarioris & legis in d. 1. nu. quarto. C. de legat. distinguere, cuius sententiam cum temperamento, ibi Alex. num. quinto. intelligendam esse arbitratur. Quis autem iustum illam causam probare cogitat, an mulier, quod iusta de causa in dorso cum hæredibus viuire non potest, ut vero hæredes pobare debeant, referunt in specie Petr. de Anchora. in d. con. 254. & Ias. in d. 1. diuortio. d. nume. 15. Quamvis Francisc. de Curt. in addit. ad Alex. in d. 1. in verb. morari illud. in con. Anchoran. non hæreni dixerit, ita quando tamen bonus Homerus dormit.

## C O N C L V S I O XIII .

**13** A P P E L L A R E non literā sententia Principis, Senatus, vel Praefecti prætorio. I. lib. 1. quibus appell. non licet. I. praefecti. ff. de minor. Guido Papa in suis Decl. quæstio. jo. Supplicare & reclamare ramen ab ea licet. I. si quis aduersus. Authent. quæ supplicatio. C. de prib. lib. Imper. offe. Hippo. de Mars. in suis Sing. singul. 6. 47. glo. in verb. supplicauit. & Doc. in c. ex literis. 11. de resti. in integ. Propterē inquit ibi Abb. quod in omni materia Legis, rescripti vel instrumenti, vt. non licet appellare, semper sit licetum supplicare, cum sint diversa re media appellatio & supplicatio. Et hanc communem opinionem esse Docto. inquit Philip. Decius in 1. fin. nu. 50. C. de edict. D. I. Adria. tollen. & Roland. à Valle, in con. 9. 4. numer. 4. in 1. Tom. con.

## C O N C L V S I O XIV .

**14** Appellatio pendente non presumitur pro sententia, nec pro processu, quoniam contra. & quæ ibi tractantur, extrā de probat. c. cum inter. in fin. a contraria sensu, extrā de re iudicata. Quia virtus sententiae extinguitur vel suspenditur per appellacionem. I. in fin. ff. ad S.C. Turpili. c. venientes. extrā de fureti. Feli. in d. ca. quoniam contra. nu. 2. versi. prima conclusio. Et licet Ioan. de Imo. in casu præsentia. per illum tex. extrā de renuntia. nume. 4. voluerit, qd semper deberet præsumi pro iudice & sententiæ, ramen communis sententia est in cōtrarium, referentibus Panor. ibidem nu. 19. versic. hæc est communis Docto. conclu. Dec. nu. 32. ver. in glo. ff. 1. conclu. vbi ipse Dec. nōnulla fundamenta, quæ pro Imo. & sententia faciunt, adducit.

## C O N C L V S I O XV .

**15** Appellaris à sententia arbitrii an possit Doc. inter se non conuenit. Bar. in 1. arbitrio. nu. 6. ff. qui sat. cog. I. nemo potest. nu. 13. 14. & 15. ff. de leg. i. in 1. nu. 2. & 3. C. de rece. arb. Nam in illis casibus, in quibus ordinari hodie actio, iuxta I. cum antea. & I. ne in arbitris. C. de arbit. volu. Bar. admitti appellacionem. Et huius sententiam Pau. de Ca. in d. arbitrio. nu. 4. approbat. Ita refert Ale. de Imo. in d. 1. nemo potest. nu. 56. Propterea lo. Fran. & Ripa eius decisionis illam rationem reiecta expli catione Ias. esse, cur non appellaretur, voluerit, quia sententia arbitrii nullum parit iuris effectum, nam non producit actionem. in d. 1. nemo. nu. 90. Sed commun. op. in contrarium esse contra Bar. per multas rationes, & fundamenta duo illi recentiores interpretes Alex. de Imo. & Ias. de May. & referunt in d. 1. arbitrio. nu. 9. & in d. 1. nemo. nu. 19. & Ias. ibid. nu. 56. cum seq. Licer de iure Canonico appellare licet, cum de aequitate canonica, omnis quocunq; oppressus appellare possit. c. ad Roman. & glo. in c. iudicibus. 1. q. 6. Bal. in d. 1. nu. 1. ver. tertio oppono. Pau. de Ca. in 1. nam & postea. & si minor. nu. 9. ver. non sic compromitendo. ff. de fureti. Alex. de Imo. in d. 1. nemo. nu. 21. ver. item iuxta prædicta, per multas authoritates ibi ab eo relatas, dicens ibidem, hanc cōmunem Docto. esse op. & in practica seruari. Hoc etiam affirmant Ripa in d. 1. nemo. nu. 91. ver. quinto fallit. Mar. Ant. Blan. in tract. de cōpromis. in 10. q. de appell. & redu. ad arbit. ho. viri. nu. 9. ver. qui exacte hanc disputa, cognoscere voluerit, videat Alexan. & Ias. in d. locis. & Pau. in c. cū dilec. nu. 17. ext. de arb. & Rob. Mar. in trac. de or. iu. in par. 6.

# Commu.opiniones, Centu. I.

5

princ.cap de appella.numer.250.cum seq.Nec non d.Blanicum ind. tracte de compromissi.d.10.quæstio de appella.vbi ipse & materiam explicit, atque infinitas authoritates allegarunt.

## CONCLV SIO XVI.

- 16 Appellari ille et non possit ab executione.l.ab executione.C. quorum appellations l.ab executor.e. ff de app. illud tamen fallit in sententia lata de exequendo vel non exequendo. Ita voluit gl.in verb. ab executione.in d.l.ab executione. Et huius gl. sententiam communem esse, & seruari in quicunque Lanfrā. de Orifano. in repe.c. quoniam. cap.10.de interloc.& appella.nu.60.versi.poterit tamen appellari. & Bartho. Socy. in tractat.fallent.regul.2.4.inci.appellatio in qualibet causa permissa est.nu.2.versi.fallit in executione. Sed contraria sententia, scilicet, appellari a sententia executionis, siue de exequendo, non licere, multi alij Doct. eamque magis communem opinionem esse voluerunt Alex. de Imo. in consi.95.num.4. ver. quod autem a sententia in 2.lib.conf. Petr. Philip. Cornæ. in confi. 71. nu. 20. in fin.1.vol. confi. Philip. Dec. in c. nouit. nu. 4.extra, de appella. Roland. à Valle, in confi. 43.num.5.in 1.Tom.confi.

## CONCLV SIO XVII.

- 17 Appellatio si est lata super possessorio, cum de mero possessorio agatur, non admittitur.l.vnica.C.si de moment.possit fuerit appella. Phil. Dec. in confi.28.& in 1.1.num.6.C.de bono. possel. sec. tab. & in 1. fin. num. 49.C.de edict. D. Hadri. tollen. id que procedere in omni possessorio scribit Maranta. in tractat. de ord. iud. par. 6.tit. de appel. num. 29.4.ver. decimo sexto limate addens tamen communem conclusionem esse, quod intelligarunt ad effectum retardandæ executionis. Sed cum latis abunde cū multis adductis autoritatibus à Francis. Viusto. in lib.7.commun. opin. in verb. appellatio. & D. Fichard. in addit. commun. opin. Baptista. Villalobos. in ver. appellatur.num. 131. scriptum sit, nihil aliud addo, nisi quod hanc conclusionem plenius explicarint recentiores Didac. in suis pract. quæstio.ca. 23.nu.8. & Octauian. Cacheran. in decis. senat. Pedemon. decisi. 25. sicut Carol. Molin. illam sententiam post alios multos Doct. cū non sit iure prohibitus, ne a sententia lata super possessorio appelletur. d.l.1. ibi. Etsi appellatio interposita fuerit, tamen latasententia fortius effectum, retinendam esse voluerit. Et hæc veritatem esse addiderit in addit. ad confi. Decisi. in d. confi. 28. in verb. permitta. allegans consilii elegans, & illam materiam bene explicans. Ias. in confi. 188. incip. redemptoris nostri. in 2. volum. confi.

## CONCLV SIO XVIII.

- 18 A POC H A sola non iuuata aliquo adminiculo, facit solummodo secundum communem opinionem, aliqualem presumptionem. Bar. & alij in ladmonendi. ff de iurelur. Abb. & Felin. in c.2.extra, de fide instru. & hoc propter presumptionem, quæ est, quod quis defacili non faciat falsam scripturam. Alex. de Imo. in confi. 239.nu.7.ver. vbi autem scriptura priuata non subscripta a testib. &c. in 1.vol. confi. Ethanc sententiam communiter approbatam esse refert Ias. in confi. 129. versi. Tamen communior est precedens opinio, vbi ipse hunc articulum egregie & copiose explicat in 1.vol. confi. & post eum quoque Roland. à Valle, in confi. 26.num. 14. in 1.Tom. confi. tradidit.

## CONCLV SIO XIX.

- 19 ARM ORVM delationem domini & Magistratus prohibere possunt, secundum veriorem de iure, & magis approbatam sententiam, ut per multas rationes & fundamenta tradunt Aym. Crauet. in confi. 314. in 2.par. & Roland. à Valle, in confi. 3. in 2.vol. confi.

## CONCLV SIO XX.

- 20 AVTH. Minoris debitor. C. qui dare tuto, vel curatō. possunt, etiam loquuntur in curatore, tamen secundum communem sententiam etiam in tute locum habet. Ita communiter Docto. concludere, & communiore sententiam esse inquit Angel. Are. in fin. fin. Institu. de author. tuto. & in fin. actionum. versi. quæro qui possint esse tutores, num. 33. Instit. de act. & Roland. à Valle, in confi. 83. num. 6. in 1.Tomo.

## CONCLV SIO XXI.

- 21 Authent. Res quæ. C. communia de legatis, locum non habet, quando causa fideicommissi præcessit causam doris, sed videtur habere locum, quando causa doris præcessit causam fideicommissi. Ang. de Pe ru. in Auchen. de resti. & ea quæ part. in vndecimo mense. colla. 4. & Ias. in d. Auchen. res quæ. nu. 29. ver. ex secunda habet extensionem. Sed sententiam contraria veriorem & probabiliorum esse scribit Bartho. Socy. in confi. 23. in 3.vol. confi. Et hanc authoritate præstatissimorum virorum firmari meminit Io. Crotius in l. filius familiæ. fin. diui. nu. 168. ver. vñtimò confirmatur. ff de leg. 1. & communem esse dicit Roland. à Valle, in confi. 85. vbi ipse post Socy. argumentis, quæ in contrarium adducuntur, respondet, in 1.Tom. confi.

## CONCLV SIO XXII.

- 22 AVXILIVM & opem si quis præsterit in delicto, etiam si ipse manum non apposuerit, tamen pari poena cum faciente & committente punitur. Ita voluit gl. in verb. pari poena vbi ipse quadruplicem confessum, scilicet, negligentiæ, consilij, cooperationis, & authoritatis, seu defensionis constituit, & in tertio casu cooperationis æquilater peccant facientes & consentientes in e. i. extra de off. & potest. iud. delega, aqua gl. refert Bal. eamque approbat in Lratores nu. 6. versi. vñterius no. C. de epif. & cle. Et hanc notabiliter declarat Panor. in d. c.1.nu.5. Ita quoque voluerunt alij Doct. Bar. in l. i. qui opem. nu. 5. & in l. i. furti. 5. ope. nu. 2. & 3. ff. de fur. Angel. Are. in tract. de malefic. in verbo, dicto maleficio, semper affit. num. 10. versi. quæro qua poena punitur præstans opem. & ibid. in addit. August. Ariminensis. Bar tho. Cepolla. in confi. 34. nu. 2. versi. & pro prædicta decisione addu co. in confi. criminalibus Bartho. Socyn. in suo elegant. confi. 188. nu. 6 versi. sed iterum instari posset. & nu. 7. ver. confirmatur ista responsio ex alio. in 2.vol. confi. Hanc Docto. communem opinionem esse confundendo inter cætera scribit Petr. Philip. Cornæ. in confi. 8.nu.1. versi. si præstans opem. in 3.vol. confi. Et hoc casu non adhiber illam distinctionem, an ille cui præstatur auxilium esset alias facturus, vel non, cuius doctrina meruerit Dy. in c. nullus ex confi. nu. 3. de regi. iur. in 6. Bar. in l. non soli n. 6. si mandato meo. ff. de init. Tradit Dec. in d. c. 1.nu.12. extra, de offi. & potest. iud. delega. Ethanc tamquam communiter approbatam adiectis declarationibus & limitationibus ipse approbat. licet Felin. aliam magis communem esse traxerit ibid. num. 8.

## B

## CONCLV SIO XXIII.

- B** ANNITVS pro maleficio, secundū l. iuris ciuili dispositi onem, testificari potest. Quia bannum non irrogat infamia iuri. Nam portius singitur cōtumax quam coniugis. Et cōtumacia non infamat, cum propriè loquendo contumacia non sit maleficiū, nec consistat in male agendo, sed in omitendo. Hanc communem opinionem esse inquit Bal. in c. super eo. nu. 4. refert ibid. Fel. nu. 6. extra, de testib. & in c. postulasti. num. 5. extra, de foro compe. Sed si statutum ad grauaret contumaciam banni, quia haberetur pro confessio, tunc repelleretur à testimonio, cum eo modo sit infamia infamia iuri. municipalis, quæ infamia Baldo ibidem dicente, cohæret osibus. Sequitur Roland. à Valle, in confi. 41. num. 48. in lib. 1. confi.

## CONCLV SIO XXIII I.

- Bannitus, statuto disponente, q. impunè occidi possit, illud statutum intelligitur deritè bannito, alij si quis offenderet non ritè bannum, non deberi iurari dicto statuto. Hypol. de Mars. post alios in l. ff. præterea. nu. 17. in fin. ad leg. Corne. de Syca. & in confi. 38. nu. 2. in 1.vol. confi. vbi ipse multa ad hanc decisionem facientia cumulat. Et sic de bannito ex vera cōfessione, vel ex veris probationibus delicti, non autem ex contumacia. Bald. & Ioan. de Imo. in l. si mora. ff. foli. matrim. vbi Alex. de Imo. nu. 13. inquit, quod ita magis commu niter a Doc. concludatur. Quia condemnatus propter contumaciam magis dicitur condemnatus vigore contumacæ, quam ratione delicti. Et hanc sententiam communem esse confundendo scribit, adducens multas alias authoritates & fundamenta Roland. à Valle, in confi. 45. num. 66. cum seq. in 1. Tom. confi.

## CONCLV SIO XXVI.

- B**ON A subiectare restitutioni fideicommissi cōfiscari non possunt, & præsertim accedente prohibitione restatoris de eis non alienandis. Ethanc sententiam de iure probabilitorem esse confundendo, scribit Alex. de Imo. in confi. 23. nu. 3. versi. sed premisis non obstantib. in 1.lib. confi. per l. Imperator. & differentiam Bar. ibidem. ff. de fideicom missilibera. Quam opinionem Alex. in d. confi. nouem norabilibus fundamentis confirmat. l. Statius. 5. Cornelio. ff. de Iure fisci. Et sequuntur hanc sententiam Dec. in confi. 4.42. nu. 18. 19. 20. 21. 25. 26. & 27. in 3. part. confi. & Dec. in 1.3. ff. illud. ff. quod quicunque iuri. in alium statuerit. Hippol. de Mars. in confi. 49. nu. 51. Ambros. de Opizionib. in 5. Diu. Seuerus. nu. 47. & 48. ex l. filius familiæ. ff. de legati. 1. Plures authoritates adducunt Hippol. de Mars. in d. confi. 49. nu. 51. & Molin. in verb. confiscatio. ad d. confi. 23. Ethanc sententiam Doct. rece ptam esse meminit Roland. à Valle, in confi. 31. nu. 25. in Tom. 1. confi.

## C

## CONCLV SIO XXVII.

- C**SVVM fortitorum obligationes de solitis, non autem insolitis, inconfuetis, vel non verisimilibus evenire intelliguntur. l. fistulas. 5. frumenta. ff. de contrah. emp. Bar. in l. sed & si quis. 5. quæritum. nu. 3. circa si. ff. si quis cautio nibus. Pulchre confundendo scribit Bal. in confi. 119. ver. in contrarium

A 3

videtur. in 1.vol.confi. Quia de talibus non est verisimile sussisse cogitatum, quia unius dictum sit, quod traheretur obligatio ad incogitata. Alex.de Imo.in confi. 28.nu.10.vers. sed his non obstantibus. in lib. 1. & idem Alex.in confi. 107.in 3.lib.conf. & in d.cofi. 28.tradit Alex. nu.12. id etiam procedere, etiam si iuramentum interuenientur. Quia iuramentum non trahitur nisi ad illos, ad quos traheretur renunciatione non iurata. Et iuramentum non ampliat, sed confirmat. 1.fin.C.de non nu. pecu. Ethane sententiam approbat Phil.Corn. in confi. 23. fucip. videtur in hac consultatione. in 2.vol.confi. & in confi. 12. incip. literatissime & egregie discutiat. in 4.vol.confi. vbi ait, qd omnes causas forsuisti, dicte possint insoliti & inopinati, sed secundum magis & minus. Nam quidam sunt qui facile à quoconque possunt praeuideri, quidam qui non, nisi à prudentibus viris, quidam qui solum à prudenteris simis, quidam verò, quos nullus etiam prudentissimus vir faciliter cogitare, & inter istos ponit casum belli. Et prædictam sententiam Bart. communem esse, scribit Io. Fran. de Ripa, in tractate de peste. §. de priuilegiis, contractis, causa peste. nu. 83. circa fi. & nu. 99. & Iac. Mandellus. in confi. 1.nu.7. in fi. in suis confi. Licit multi Doct. contraria sententiam secuti fuerint, quorum veriori opinionem esse arbitratur Alex.de Imo. in d.s. quæstum. nu. 15. Et si auctor appellat hanc sententiam magis communem, in confi. 107. versi. rechute fundamento obstat. in 1.vol.confi. sed priorem tanquam communis voti approbam sequor, quam multos Doct. approbare certum est. And. Barb. in confi. 2.1.nu. 11. cum seq. in 2.vol.confi. Fran. Curt. in addit. ad Alex. in d.s. quæstum. verb. ut veriorum Carol. Mol. in add. Alex. in d.confi. 28. in ver. insolitus vbi ab ipsiis plurimis authoritates Doct. adducuntur.

## CONCLVSIONE XXXIII.

furamenti ita obseruaret, licet Dy. in puncto iuris sententia sustineri possit. Et in con. 42. nu. 9. & 10. in fid. dicit ipse hanc magis communem opinionem esse, quam approbat communis stylus & obseruantia in lib. 1. Et hanc sententiam Bar. non requiri certiorationem Alex. in con. 127. in fin. 2. lib. veriforme appellat, quam consulendo & legendendo sequi solitus fuerit. idem dicit Alex. in con. 83. nu. 15. in fin. 1. lib. 1. consi. Et ita consulendo & iudicando tenendū esset voluit Ias. in d. l. sciendū. nu. 34. Bal. autem in d. l. 2. in 9. q. nu. 12. distinguendum putat, aut minor iurauit, interueniente auctoritate curatoris, tunc Bart. sententiam retinendam, quia scientia curatoris reputatur scientia adulti. l. pupillus. s. de acqui. haere. Aut minor iurauit non interueniente auctoritate curatoris, in eo casu sententiam Dy. approbadam esse. Sed istam distinctionem communiter non admitti, refert Ias. in d. l. sciendum. d. nu. 34. ver. 1. Maria. Socy. lun. in d. con. 48. nu. 38. scribit non facile determini posse quae sit communior in hac doctrina sententia, cum Docto. varie loquuntur. Quorū diuersas sententias etiam Arelata. indicat in annot. & addi. suis, ad tracta. Alcia. de presumpt. in 1. reg. 1. prin. presumpt. 42. Propterea ipse Socy. in sōpē allega. consi. addit. quando in furamento esset expressum, quod non velit venire contrarientur ratione aetatis minoris, illud sufficere, secundum Bart. & alios vt non requiretur certioratio, sed quando simpliciter minor iurasset non exprimendo ratione minoris aetatis, voluit Dy. sententiam veram & magis communem esse, quia eo casu nihil dictum fuit per quod aliquo modo appareret cogitatiū de beneficio minoris aetatis, & ita voluisse Bar. in d. auth. sacramenta puberum. prout illum declarat Andrea. Barb. in con. 53. nu. 20. ver. & si quispiam obstinatus vellit infistere. in 2. vo. con. Ceterum Bart. sententia communiori voto approbatur, prout eum Doct. communiter in d. l. sciendum. intelleixerunt Pau. de Caf. in con. 8. ver. sed breuiter his non obstantibus in 2. par. con. Alex. de Imo. in con. 27. nu. 4. in 1. vo. con. Auffre. in addit. ad Decisio. Tholofa. q. 37. quia cum iuramentum faciat eum maiorem, non creditur ignorare tale beneficium sibi competere, vel vere sibi non competit; nam habetur pro maiorī quo ad discretionem & intellectum. Socy. lun. in d. l. sciendum. nu. 39. Licer. Caro. Mol. huiusmodi sententias fallas, nec apud Gallicos in vsu receptas esse crediderit, in suis marginalibus addidit ad consi. Alex. in verb. certioratione. litera B. in d. con. 27. & in d. consi. 42. in verb. iuramentum. litera C. & remissione in d. consi. 80. in verb. iuramentū. in litera A. in 5. vo. con. de qua decisione videantur ea que cumulata sunt per la. Phillip. Port. in lib. 4. suarum Conclusionum, conclu. 33.

## CONCLV SIO XLVII.

**12** MOLENDINVM si quis habuerit in aliqua villa, & non nulli homines illius vel alterius villæ fain longissimo tempore iuerint ad molendum in eo molendino. non tamen in futurum eos ad molendū cōpellere posset, cum in his quæ sunt facultatis nō cadat præscriptio. Hac autem sententia non procedit quando interuenisset prohibitiō, & volentes irē ad alia molendina fuisserint prohibiti, & prohibitioni acquiescēssem per longissimum tempus sufficiens ad præscriptionem perficiendā, quia tunc bene acquisitū ius prohibiti, ut possit in futurum cogere eos ad molendum. Panor. in ca. significante. nu. 1. extra de appell. Ethanc scribentibus communem op̄. esse afferunt Balb. in tract. de præscrip. in 4. par. 5. prin. in 5. q. ver. hanc conclusionem limitatiō interuenisset prohibitiō. nu. 3. Iaco. de S. Georg. in tract. feuda. in verb. & cum molendinis. nu. 5. vers. & hanc cōclusionem limitabitis procedere. & Roland. a Valle. in con. 22. nu. 34. in 2. Tomo.

## CONCLV SIO XLVIII.

**13** MONACHVS si interficeretur, & postea interueniret translatio vt daretur certa pecunia summa ratione factæ occisiōnēs, illa abbas ac monasterio, non autem eius patri, si quempiam haberet, relinquetur, ita voluerunt multi Doct. referēt. Dec. in c. in presentia. nu. 57. extra. de proba. quorum sententiam cōmu. esse Alciat. arbitratur in 1. 4. q. Cato. ff. de ver. oblig. licet ab ea discedat Boër. afferuans contrariam esse communiorē. Decis. 121. nu. 8. 9. cuius sententiam Pet. & Placa. in epito. delictor. lib. 1. ca. 6. nu. 18. approbare videtur.

## CONCLV SIO XLIX.

**14** MORAЕ purgatio non admittitur vbi iuramentum interuenit, per tex. sing. in 1. si quis maior. vbi Bar. nu. 11. ver. & ex hoc nota. Alex. 7. Ias. 26. Curt. 44. Parpalias. nu. 78. Cagno. 110. & 111. hoc annotarunt. C. de transact. quia vbi cuncte executo à lege fit, eo casu purgatio moron non admittitur. l. si is cui. ff. de leg. 2. Alex. de Imo. in con. 158. nu. 5. ver. præterea vbi cuncte in contractu appositorum est iuramentum, nunquam est locus purgationis morze, in 2. lib. & idem Alex. in con. 105. nu. 9. ver. p. t. p. t. omnis defensio partis in 3. lib. Ita cōmuni ter Doct. affirmare inquit Alex. in con. 76. num. 15. ver. item arrento. lib. 5. con. Ias. in 1. si conuenerit. nu. 11. ff. de iurif. om. iud. Et hanc communem Doct. sententiam esse referunt Dec. in con. 452. nu. 12. in fin. & Ioan. Francis. Ripain. fin. 32. q. nu. 112. C. de reuocan. don. licet multi

Doct. illam conclu. de equitate canonica līmitari posse voluerint, quos recerent Alex. de Imo. in d. l. si quis maior. nu. 7. circa fi. Ias. nu. 26. circa fin. Dec. in d. con. 452. nu. 5. Ant. de Petru. in l. 1. nu. 112. q. vigeſimus effectus est in repet. vol. 2. sed optimè respondent Dec. ibidnum. 13. & Carol. M. in addit. suis marginalib. ad con. Alex. in d. con. 158. in verb. iuramentum. litera C. quāvis alter respōdeat Ias. in con. 10. nu. 2. vers. circa secundū dubitum, tamen conclusiō distinguendo inter ius ciuile & canoniciū, quoad forum ciuile, non recedit ipse quoque a precedentium Doct. sententia, in 1. vol. con.

## CONCLV SIO L.

**15** MVLIER in matrimonio dececente sine liberis, si proximiores hæredes, secundum statutum viris Rostochiensis, habere debent dimidia dotis acceptas, alia vero dimidia dotis lucro mariti cedat, an illa de ista dimidia quæ ad hæredes peruenire debebat, testari possit. Docto. multi sunt in ea sententia, mulierem non potest de doce testari, quando est ad alium applicata vigore statuti vel contractus. l. cum maritus. s. fin. ff. de pact. dotal. Bal. in 1. pro. hæreditatis. nu. 8. C. de hæred. act. lat. Cagnol. in 1. fin. nu. 99. & 100. C. de paſt. licet alij contraria sententiam a mplexi fuerint, quorum argumenta cumulat Ias. in con. 127. incip. redemptoris nostri. in 1. vol. confid. priorem sententiam communiter approbatam esse inquit Rol. a. Valle, in quæst. super statuto. de lucro dotis, quæst. 52. Cachieran. in Decis. Sentent. Pedem. Decis. 20. nu. 7. in fin. non obstante eo, quod mulieri libera disponēdi facultas de reb. suis tollatur, cum ea possit ad libertū testari, etiam virum in alijs bonis suis instituendo, vt Cagnol. d. numero 100. vers. quando autem. refert.

## CONCLV SIO LI.

**16** Mulier quando maritus vergit ad inopiam, non potest secundum communem Doct. sententiam agere contra tertios possessores, nisi prius præcesserit discussio in bonis viri, ita inquit Bar. in 1. si constante. ver. secundū quæro virum. nu. 72. ff. soluto matrimonio. Et hanc sententiam magis veram & communem esse testatur Anton. Negulantis in tract. de pignorib. & hypoth. in 8. par. prin. 1. mem. nu. 23. ver. non fallit regula. Et hanc op̄. commun. Ias. appellat in d. l. si confitente. nu. 207. ver. quid tenendum. vbi ipse sententiam contrariam defendit, pro qua etiam consuluerat Ludovi. Roman. referente Alex. de Imola ibid. nu. 22. vers. item circa ea. sequendo tamen Bartol. concil. sionem. De hac questione in vitramque partem disputat Roland. a Valle. in con. 9. cuius argumenta quilibet per se videre poterit.

## CONCLV SIO LI.

**17** Mulier secundum iuris canonici dispositionem, in causa criminis li. testis esse non potest. c. mulierem. 33. q. 5. c. forus. s. citates autem conlēderantur. extra de ver. sig. sed ea sententia de iure ciuili non procedit, quia magis communis est, ut inquit Alex. de Imo. in con. 11. nu. 6. allegans bonum textū in l. ex. o. ff. de testib. & ibi Carol. Mol. in verb. ciuili. in lib. 1. con. & in con. 2. 4. nu. 11. in lib. 2. con. Angel. Aretin. & ibi August. Ariminiensis in verb. compartierunt dicti in quiliti coram d. iudice. nu. 14. in tract. de malef. Et hanc communem opinionem esse inquit Tho. Gram. in con. 12. nu. 17. & eam seruari in praxi refert Felin. ex sententia Ioh. Andrs. in c. 3. extra de testib. lat. Nicola. Arsatianus in suis additionib. in presumpt. 46. in 1. reg. prin. in Andrae. Alcia. tract. de præsumpt. vbi ipse late, quod mulier tanquam testis, quando veritas aliter haberet non posset, admitteretur, prosequitur. De cuius doctrinæ veritate egregie consuluerat Alex. de Imo. in con. 6. 4. in 1. lib. con. Barthol. Socyn. in con. 5. 4. nu. 9. in 3. vol. con & Roland. a Valle. in con. 24. num. 13. 14. & 63. cum seq. in 1. Tom. con.

## CONCLV SIO LI.

**18** Mulier si vellit ipsi propinquis, quorum consensus statuto dispone, desideraretur in testamento mulieris bona sua relinqueret, illi non possent ad propriam utilitatem consenſum accommodare. Glo. & Bar. nu. 6. in l. 1. ff. de auth. cur. Bar. in 1. frater à fratre. nu. 50. cū seq. ff. de cond. indeb. Et hanc Doct. cōmu. op̄. esse inquit Philip. Dec. in con. 612. nu. 6. vbi ipse plures autoritates adducit. & Io. Dilect. in tract. de arte testan. rit. 1. de his qui non hab. fact. testa. caute. 2. nu. 4.

## N

## CONCLV SIO LIII.

**N** EPOS erit in successione aut cum patruo concurrere soleat. s. cum filius. Institu. de hæred. quæ ab intesta. dif. ea tamen sententiam dicuntur procedere, quando succedit titulus hæreditario, & sic ex dispositione legali, secus quā do titulo fideicommissario, & sic ex dispositione hominis. Ita volute Bald. in 1. cum ita. s. in fideicommisso. in fin. ver. quarto aut filius fratri. cuius sententiam alij approbarunt Raph. Cumna. ibid. in fin. ff. de leg. 2. Ange. Areti. in d. s. cum filius. nu. 2. ver. deinde ista regula, quod ne possedetur in locum patris sui, habet locum quando succedit titulus hæreditario, non autem quando titulus fideicommissario. Ratio secundū

**S**econdum Balist, quia succedendo iure hereditario, consideratur iuris dictio, ostium quae habet ut filius succedit in locu patris, in succedendo vero titulo fideicommissario consideratur affectio, quam natura debet habere magis ad filios viri proximiores, quam ad filios filiorum. Alex. de Imo. in con. 20.4.nu.6.lib.2. & in cō.129.nu.3.ver. istis sic pre-suppositis, in lib. 3.con. & Bened. Capra. in con. 5.nu.4. & 6.Hac doctrinam Dec. dicit esse communem opini. Doc. in con. 1.nu.7.ver. ex quib. omnibus patet. & in con. 4.8.nu.10. & ita ipse inquit Romae in Rota eo consilente iudicatum esse. in l. si auia. nu. 6. in fi. C. de succel. edito. Plures authoritates Doct. alieat Roland. à Valle, in conf. 68.num.11. cum seq. in 1. Tom. con.

Hac sententia non obstante, alij Doc. contra Bal. Cum. & Declum opinionem magis communem esse referunt, approbantes gl. cōmuni- niori calculo appprobant, in d. cū ita s. in fideicommissio, volētem in relido facto familiæ, & in quo admittuntur prout quisque est pro ximior, ne potem ex fratre p̄mōrto admittit simūl cum patro. auth. cessante. C. de legi. hared. cū testator videatur in dubio volūf- se illos de familia vocari eo modo, & eo ordine quo suissent successori ab intestato di iure cōmuni per nota. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posth. quia verba testatoris & contrahentis, à iure commu- ni, à statuto & consuetudine recipiunt interpretationē Bar. & Doc. in l. haredes. s. cū ita. ff. ad Treb. cum multis alijs authoritatib. & argume- tis hinc inde in viramque partē adductis, quæ latius deducuntur per Aymon. Crauet. in con. 67.nu.4. & 5.in 1.par. & prædictum Roland. à Valle, in d. con. 68.nu.31. cum seq. nu. 46. hanc sententiam communio- rem esse ex Doct. ibi relat̄ attestantes. Quid autē respondendū sit ad illam distinctionem in p̄mōrto adductam de successione legali ad dispo- sitionem hominis, respōdāt Tiraq. d. loco, & Roland. à Valle, in d. conf. 68.nu.52. ver. non obstat. Nec Baldi. Cum. & Deci sententiam ante il- los Sebas. Sapia in l. si auia. C. de succel. edito. & latē Tiraq. in tract. de iure primigen. q. 40.nu.191. & 192. probarunt. Et Car. Mol. in suis addit. margina. Deci sententiam improbat in d. con. 1. in quibus locis Tiraq. & Mol. allegatis Deci con. probant illum sibi contrariū suisse. & idem Carol. Mol. in suis ac̄dit. ad con. Alex. in d. con. 20.4. in verb. prout. & in d. conf. 129. in verb. p̄mōrto huius doctrinæ prædi- cā etiam meminit.

## CONCLVSI O L V.

- 2** NOTARIVS non præsumitur esse rogatus in dubio, nisi aliter de rogatu appareret. Vnde Inn. & alij in c. 1. post eum ext. de fid. instr. dicunt. vtule esse, quod notarius in instrumento attestetur se suisse ro- gatus, alij autem si hoc non faceret, & decederet, vel aliter constare non posset de rogatu, instrumentum nullius esser momenti. Et hanc communem sententiam esse consulendo scribit Alex. in conf. 153.nu. 9. in 2.lib.cō. Referr. quoq. Roland. à Valle, in con. 38.nu.4. in 1. Tom. con. sed veritatem in contrariū esse refert Molin. ex ipso quod notar- ius scribit & subscribit, cum præsumit rogatum. Molin. in verb. con- trarium. in d. conf. 153. in suis marginalib. addit. ita consulendo tradit ipse Alex. in con. 48.nu.3. cum seq. 5.vol. con. Ias. in 1. scindū. nu. 4. ff. de verb. obligat. Et hanc communem esse cum alij adductis autho- ritatib. inquit Molin. in allega. conf. 153. in d. verbō, contrarium.

## CONCLVSI O L VI.

- 3** Ex notarii stipulatio acquiretur actio vtilis ipso iure sine cessione. Alex. de Imo. in l. stipulatio ista habere licet. s. si stipuler. nu. 11. ff. de verb. oblig. vbi ipse inquit post alios hoc communiter ita obseruari. & Ias. stipul. nu. 15. dicit, hanc communem Doct. opinionem esse, que admodum ante eum idem Alexan. dixerat in con. 185.nu.7. & in cō. 31. nu. 13. in 6.vol. con. Ita quoque dicit Bartol. Socy. in con. 125.nu.1. in 1.vol. con. sequitur Dec. in conf. 407.nu.1. 4.in 3.par. con. Rol. à Valle, in con. 19.nu.17. in 1. Tom. con. pulchrit. Carol. Molin. in addit. suis ad con. Alex. in d. con. 31. in verb. vtilis. Licet Alciat. voluerit senten- tiā hanc communem esse, non acquireti actionē vtilem sine cessione, nisi ratificatio interuenierit, eaque secutā fuerit in c. cum contingat. nu. 111. ext. de iure iur. camen prior sententia verior est, & magis com- munis, vt liquet ex authoritatib. tū per Aymon. Crauet. in con. 252. in 2.par. tum per Roland. à Valle, in d. con. 19.nu.22. adductis.

## CONCLVSI O L VII.

- 4** Notarius principis, quem vulgo Secretarium dicimus, dicitur habe- re dignitatem, propterea si ipse infamis fuerit, eo officio fungi non potest. I. vnicā. & ibi Bartol. & Salicet. C. de mand. princ. I. laudabile. C. de aduoca. diuersi. iudic. & ibi Areti. Bartol. in l. ead. s. hac lege. ff. ad l. Iul. repe. latē Tiraq. in tract. de nobilita. cō. 30.nu.8. Et hanc opinio. com- munem esse meminit Didae. in cap. 19.nu.5. vers. prima cōclusio tract. quæst. To. 1.

## CONCLVSI O L VIII.

- 5** In NOTORIIS requiri cōfationem secundūm veram & commu- nem opinionē Doct. certū est, ita inquit gl. In verb. obseruātus. in c. ad nostr. 3. ext. defuretur. & ibi Panorm. nu. 4. illā materiā latius pro- sequitur. Doct. in c. tua. ext. de cohabit. cleric. & Hosti. in c. cū sīt Ro-

mana. ext. de appellat. Et hāc sententia in pūnto iuris verior ēesse in qui Alex. de Imo. in l. à Diuo Pio. in venditione. nu. 31. ff. de re iudicas

## CONCLVSI O L IX.

- 6** NVLLITAS incidenter puta per modū exceptionis proposita: regulariter si fuerit in promptu, executionem impediri cōsuevit. Mu- tas authoritates ad hanc sententia allegat Sebastian. Vanitus in tract de nullita. senten. in Rubi. ic. quod & quib. modis nullitas in iudicio p̄poni. & super calibellus & sententia concipi & formari possit. nu. 32. Ethan doctrinam communem Doct. sententiam esse affirmit Alex. de Imo. in con. 33.nu.8. & 9. in 5.lib. con. & post eum Carol. Molina. in d. con. 33. in verbo, executionem.

## CONCLVSI O L X.

- 7** NVNCIO referenti se citasse non creditur. secundūm sententiam communiter approbatam, nisi constaret de commissione sibi data ad citandum. Barto. in extraug. ad reprimendum. in verb. pernuncium. nu. 6. allegans l. fin. C. de exhiben. & transmitt. reis. vbi hoc exp̄ressē di- cit. & ibi optima additio in verb. præcedente, & Iocan. de Platea in l. 2. nu. 2. lib. 1. de cuius præconis cōmissione cōstare debet. C. de decur. lib. 10. Dec. in c. quoniam contra nu. 22. ext. de probat. Et hanc communē esse cum multis adductis Doct. authoritatib. inquit Roland. à Valle, in con. 90.nu. 32. in 1. Tom. con.

## O

## CONCLVSI O L XI.

- 1** **B**LATI O realis facta in marsupio non valeret, nisi pe- nita prius extracta fuisset è marsupio, & numerata coram te- stib. & postea reposita in ipso marsupio. Ita videtur vele- glo. in verb. contestetur. in §. illud. in Auth. vt exactione in- stante doris. colla. 7. quemadmodum Bartol. illā declarat in l. cura ter- roris. nu. 3. vbi ipse querit, an sufficeret offerre marsupiū in iudicio. ff. de cond. & demontra. & in l. prætoriat. s. si quis paratus. nu. 1. vbi ipse inquit. Si quis paratus fuerit fac̄tū dare, eum debere ducere secum h̄e- iusforas, & doneos: & omnes leges quæ dicuntur de solutione intelligi debere vt soluens eat cum denariis, eosq. in manu habeat. ff. de no- ui oper. nunci. Hoc quoque alij Doct. probarunt, Joan. Petr. de Fer- rar. in sua praxi in form. libelli. quo agitur ad pecuniam ex compromis- so in verb. legi. Petri. de Anchara. in con. 33. nu. 1. Ludou. Roma. in con. 163. in fin. Alex. de Imo. in l. si mora. nu. 8. ff. solut. matrim. & idē Ale. in l. si seruus. vbi ipse omnino voluit, quod pecunia in sacculo ob- signata, antē offensa & coram testib. numerata sit. ff. de vulga. & pup- substit. & in l. qui Romae. ff. de verb. obliga. Quia vbi oblatio est necel- faria, tunc debet offerri, nec sufficeret offerri verbo, sed debet offerri reb. ipsi. Alex. de Imo. in con. 105.nu.4. in 3.vol. & in cō. 130.nu.11. & ibi Carol. Molin. in verb. offerre, plures authoritates Doct. adducit in 4.vol. con. Ias. in l. Titise. textores. ff. de legat. 1. & in conf. 172. in 2. vol. con. Hippol. de Mars. in suis sing. singu. 479. Anto. Neguliantius in tract. de pigno. & hy pothec. in 3.par. 3.memb. 5.par. prin. Ripa in l. si insulam. nu. 68. ff. de verb. obliga. Anton. Capycius in decisione Nea- pol. decisi. 19. nu. 2. Roland. à Valle, in con. 53. nu. 34. cum seq. in 1. Tom. con. In quib. locis recentiores testantur hanc sententiam communiter approbari, de qua nouissimè eleganter scribit in viramque partē An- dre. Traq. in tract. de vtrōq. retrac. 4. gl. 6. nume. 19. cum seq. cuius dicta transcribere non operæ precium esse duco. Et totam materiam confundendo tradit Bartho. à Challan. in con. 41. cuius conf. memini- etiam Hieron. Cagnol. in l. quod te. nu. 5. ff. si cert. pet. similiter que de iudiciale vel extra iudiciale oblatione quæsi possint, tractatetur. Negu- fan. in tract. de pignor. & hypoth. in d. 3.par. & in 2.par. 3.memb. 5. par. prin. & Ripa in d. si insulā. nu. 65. cū seq. Et quid quādo creditor cui verbo facta est oblatio declarasset nolle se recipere, an eo casu rea- lis oblatio requireretur. Nicol. Boér. in suis Decisi. quæst. 124. nu. 29. in 1.par. Item sīla verbalis oblatio sufficiat ad peccate evitacionē mem- nit Bartho. Socy. in con. 108. vbi ipse cōmūnem esse dicit, verbalē ob- lationem sufficere ad peccate evitacionē, allegans Cyn. Bald. Alber. de Rosa. & Salicet. in l. acceptam. C. de vſ. in 4.vol. con.

## CONCLVSI O L XII.

- 2** **O**BLIGATVS præcisē cum iuramento in pecunia numerata nō potest offerre de bonis suis mobilibus vel immobilibus, stante iura- mento, quod secundūm cōmūnem Doct. opinionem obligat præ- cisē in pecunia numerata. Ias. in con. 9.nu.9. vers. & in primis. & nu. 10. ver. Nam secundūm veram & cōmūnem sententiam. in 1. vol. cō. Mart. de Afflit. in suis decisi. sacri consilij Neapolitanī, Decisi. 163. & dec. 381. Roland. à Valle, in con. 53. nu. 47. in 1. Tom. con.

## CONCLVSI O L XIII.

- 3** Obligationibus facti licet succedat obligatio ad intereste. I. stipula- non dicit-

nō dñudūtur.vers.Celsus.ramē si super ipsa obligatione interponitur iuramentū obligat p̄ se iuramentū promittit ad factū per gl.cōmū niter approbatā in ver.necesse habeas ff.de condic̄ta causa data.Et hāc sententiam communiter approbatam esse attestantur Alex.de Imo.in con.36.nu.25. & in con.91.nu.5.in 2.vol.con.& Iaf.in con.60.nu.10.in vol.1. & in con.41.nu.3.in 3.vol.con.& Roland Valle,in con.6.nu.32.in 1.vol.con.Quamvis nonnulli contrariam sententiam securi fuerint,vtliquet ex scriptis Andr.Tiraq.in tracte de vtroque retract.ter glo.3.nu.6.

## CONCLVSI O LXIII.

- OCCIDERE** possum impunē etiam alium me nō offendentem, si aliquis potens cui resistere non possum, me interficere velit, nisi ego illum interficiam.Bal.in c.1.§.infuria.nu.19.vers.sed pone quidam potens mihi mandauit,quod occidam Titum,aliā s'interficeret mo, nūn quid excuserit cūm alias vitam meam seruare non possum.de pace iuram.firm,& in l.1.vers.vndecimō queritur.nu.2 4.C.vnde vi.Et hāc communem Doct.sententiam esse scribit Dec.in l.vt vim.pluribus ad ductis autoritatib.num.9.ff.de iust.& iure.Licet autem ipse voluerit contrariam sententiā defendi posse per tex.in l.sententiam.§. qui cūm alter.iibi,Illam enim solum qui vim inferire conceditur. ff.ad 1.Aquil.ergo quis allium occidere non potest,tamen postea ipse addit,adiecta declaratione vteriori à communī sententia non recendum esse.Quam ramen Carol.Mol.tanquam refragātem iuri ciuil.i.si te bonis.C.de iure deliber.& iuri diuino insuis addit.adl.vt vim.in verb.contrarium.litera D.non admittit,

## CONCLVSI O LXV.

- OCCISUS** seu interfectus si vnicum vulnus haberet,& plures fuissent in rixa,vel mortuus haberet minora v̄l pauciora vulnera,quām fuit in numero homines contra eum in rixa,ita vt necfretur ex quo vulnere esset mortuus,vel quis ipsorum rixantium in rularie vulnus,tunc propter incertitudinem nullus ipsorum rixantium poena mortis puniri potest,per tex.iabsentem.ff.de poen.& multa alia fundame ta quæ cumular Hippol.de Mars.in sing.sing.217.incip.ter vel quater iam retracto tempore.Et hanc communem & receptam sententia esse scribit consulendo Hippol.de Mars.in con.24.nu.9.vers.ex quib omnibus satis pater commu.opt.glos & Doct.esse in 1.vol.con.

## P

## CONCLVSI O LXVI.

- P**ACTIO quælibet sponsionis appellatione comprehendit,prout communis est sententia,quomodo hoc intellegatur,& habeat locū ratione.l.sponsio.ff.de verb.signif.ibi eleganter Andre. Alciat.declarat.

## CONCLVSI O LXVII.

- Facto & promissione de retrouendendo,& actioni īdē ortæ,per 30.annorum cursum præscribitur,etiam si adiecta est illa clausula,vt vēditoris rem venditam quandocumque redimere licet,secundūm cōmunem Doct.sententiam,vt multis rationib.argumentis & authoritatibus nouissimi recentiores scribentes probarunt. Nicol.Boer.in suis decisi.quesit.182.Socyn.lun.in con.145.nu.34.cum seq.Perr.Rebuff.in l.vnica.in 1.notab.nu.52.cū seq.C.de senten.que pro eo quod interest proferuntur.Vniuersitas Fracfor.ad Oderam.in con.32.nu.79.in To.1.con.Germanorū.& copioſe cum adductis omnib.contrariis argumentis & datis responsionib.Roland.ā Valle,in con.21.in 2.To.ad eo v̄l multi Doct.affirmauerint hoc etiam procedere,si dictum fuisset in perpetuum,vt per Doct.allegatos eleganter scribitur.Licet Camera Imperialis & multialij Doct.sententiam contrariam ampliantur.Mysing,in obler.Camer.oberua.16.in 1.Cent.cuius decisionis mentione quoque facit Hartm.Hartman.in lib.2.præf.foresi.in verb.par.ūtum.de retrouendēdo,sed prior sententia & meliorib.argumentis & magis textib.probatur,vt late per Roland.ā Valle,in d.co.21.deductum est.Quā Parlamen.Parisiense,Senatus Burdegal.& alia Parlamenta fudicando approbarunt,referentib.Boerio,Rebuffo & Roland,in locis.

## CONCLVSI O LXVIII.

- Paſtum de retrouendendo quandocumque placuerit venditori,etia si secundūm communem sententiam præscribatur ſpacio 30 annorū,hoctamen intelligitur,ſi iuramentum non interueuerit,quamvis enīti Doct.voluerint præscribi 30.annis non obſtante iuramento Balb.in tract.de p̄aſcript,in 4.par.5.prin.in 3.quesit.in prin.cum recipiat cōditionem & naturam actus ſuper quo interponitur.l.fin.C.de non nūme pecun.Et ita etiam declarant Nicol.Boer,in suis Decisi.quesit.182.nu.7.Perr.Rebuff.in l.vnica.in 1.notab.vers.polſet etia prima opt.tereri.nu.55.C.de senten.que pro eo quod interest.& Maria.Socyn.lun.in con.145.nu.62.in 1.par.con.Sed magis cōmū.opt.eft in cōtrariū re ferente Roland.ā Valle,per pulchras rationes in cō.2. nu.10.vlque ad fin.con.in 2.Tom.

## CONCLVSI O LXIX.

- 4 P A T E R** ex receptis statutis si teneretur ſoluere condemnationem,pro filio,etiam vſque ad legitimam,& si filius pro delicto inquisitus,ſecundūm formam statutorum bannitus,& propter cōtumaciam condemnatus fuerit,voluit Bartol.executionem fieri poſte contra patrē, maximē ſi statutum ſimpliſtiter diſponeret,quod pater in cauſis maleſiōrum teneretur ſoluere condemnationem factam de filio,in l.cū filius familiās.nu.3.ff.de verb. obligat.Licet Ioan.de Imo.ibidē contra riām sententiam defendat.Quia tale statutum iniquum eft,proporeta debet reſtrīgi & reduci ad limites iuris communis,ne patrē in lite dā num patiatur.argumento.l.2,cum ibi notatis.C.de noxalib.c.cū diſiectis,ext.de conluer.Sed Bar.sententia communiter eft approbata,referēt.iibi Alex.de Imo.nu.6.& Barth.Socyn.nu.10.vers.ſectiō quātum Bar.cufus Barto.sententiam Bald.in l.1.& Salicet.in l.si filius familiās.C.ne filius pro patre,quoque ſequuntur.

## CONCLVSI O LXX.

- 5 Pater** quispam si habuerit duodecim liberos excusat a munerib.personalib.patrimonialib.ac collectis.Bart.in l.semper.§.leg. ff.de iure immunit.Et licet glo.& Doct.variē loquantur glo.in verb.munerū.& Ioan.de Platea in l.si quis decurio.2.& in l.albo.C.de decur.gi.in l.1.in verb.ab onerib.C.de ijs qui numero liber.vel paupert.a excusat.maluerunt.lib.10.Angel.in §.1.nu.4.Ioan.de Platea in verl.itē patet hoc.Inſtit.de excula.turo.Communis tamē opinio & sententia Doct.eft,duodecim ſufficere.Ita Ioan.de Anan.in con.105.quod eft vltimū con.nu.1.& 3.& in addit.ibib.Ludo.Bologn.in nu.6.vers.attamen cōmu.opt.Doct.eft & Roland.ā Valle,in con.66.nu.35.in 1.To.con.conſuendo tradiderunt.Quam tamen doctrinam non probat Aldobrādi.in d.1.nu.50.vers.vnde mihi videtur ita concludendum.nu.51.& 52.& Guido Papa in ſuſis Decisi.quesit.401.inq. duodecim liberos excusat & ſubſidijs Delphiniatus,quamvis conſuetudo eo in loco cōtrarium hiſce temporib.nechabitore respectu ad numerum liberorum,obſeruauerit.Præterea cauſa p̄stans immunitatē debet ſupereſſe tempore oneris impositi,vt p̄clarē inquit Albert.Brun.in tract.de au gmen.in con.21.prin.nu.5.in 17.vol.tract.

## CONCLVSI O LXXI.

- 6 Pater** vni filiorum etiam feudum nouum,quod ex propria prouifione accepert,prælegare nō potest.Licet circa hāc doctrinam Doct.varij ſunt,tamen magis communis opinio eft,quod non poſſit vni tātū relinqui Doct.in c.1.de ſuccels.feudi.Marian.Socyn.lun.in cō.62.nu.35.in 1.par.& in con.160.nu.44.in 2.par.con.Quamvis ipſe nihil firmitate voluerit,dicit tamen hanc commu.opt.eſt. & Ioan.Cephal.in con.152.numero 15.in libr.2.con.Et si non ignorem aliter alios inter feudum antiquum & nouum diſtinguere,leū in feudo nouo,an id gratis fuerit conſellum,an non gratis,vt primo caſu non poſſit pater vni ex filiis donare,in ſecondū poſſit:Alios indiſtincte,id poſte patrē,modō alij legitimā relinquant:Alios,id patrem inter viuos poſſe,in te ſtamento non poſſit:Alios,vtrum feudum fit hæreditarū,an non:Quorum anhoritates recenſet Tiraq.in tract.de vtroque retract.§.7.gi.7.nu.25.ipſe tamen videtur in illā ſententiā inclinare,quod in feudo antiquo pater id nō poſſit,in nouo autem poſſit,in eod.tract.§.32.gi.1.nu.1.& 3.de qua quæſitione in vtramque partem quoque diſputat Curt.in tract.feud.in 4.par.ex quib.caū. feud.amitta.nu.130.cum seq.Sed prima ſententia defendit per notat.Bartoli.in l.vt ſuriſu randi.§.ſi liberi. ff.de oper.libet.Alex.de Imo.in con.8.nu.15.& ibi Carol.Molin.in verbo,legare.in lib.3.& Alex.de Imo.in con.106.nu.8.in 4.lib.con.Petr.Philip.Cornae.in con.199.nu.53.in 2.vol.cō.Lauré.Syluan.in con.15.nu.40.vers ſed huicmodi opinio in conſulendo eft periculosa:quia magis commu.opt.videtur in contrarium,quod etiā in feudo nouo nō admittitur diſpoſitio ad electionem vasalli inueniſt i in p̄aſtūdūm cæterorum filiorum.

## CONCLVSI O LXXII.

- 7 Pater** ſi emerit libros filio Doctorato,& ei tradiderit,illī non confe runt,ſed efficiuntur propri tanquam Caſtrene ſe peculium.l.1.in 2.responſo.C.de Caſtrene ſe pecul.libro 12.Bartol.in l.1.§. nec Caſtrene,numero 2.ff.de collat.bonor.vel ſi emiſſet libros & donaſſet filio,qui in vita patris compleuit ſtudium,& in ſignia Doctoratus adeptus fuit ante mortem patris,tunc talis donatio valuit,& irreuocabiliter fuit conſirmata,quām primum filius Doct. factus fuerit.Quā opinio nem magis communem eſt inquit Alex.de Imo.in con.142.vers quo autem ad libros numer.25.in ſecondo vol.con.Ita quoque & alij Doct.afferunt.Iaf.in l.filie licet.C.de collat.Dec.in l.si donatione.nu.42.ver.tertia conclu.Bar.eft.C.eod.Roland.ā Valle,in cō.12.nu.16.cū seq.in 2.Tom.Petr.de Ferrar.in ſua Praxi in forma libelli pro hæredit.vel re ſingulari diuīde.in ver.cōmuniter & pro iudicio ſe deinde pro latiori.nu.6.noster Chilian.Konnius,in ſuo proceſ.cap.133.de expens.circ.perfon,& Vitalis Nemanſen ſi in trac̄ta.de collat.in quæſit.quinquā,incip.queo de libris emptis per patrem.

CON

## CONCLV SIO LXXIII.

**P A T R O N V S** potest filium suum proprium, si idoneus fuerit, præsentare. Gl. in verb. filij. in c. quia clerici. ext. de iure patro. Et hanc gl. cōmūniter Doc. sequi inquit, ibid. Panor. nu. 5. quam cōmūnem sententiam esse refert Rolan. à Valle, ex alijs Doct. in con. 47. nu. 49. in 1. Tom. con. Quæ tamen sententia tum non admitteretur, si mediante precio præferario facta fuisset, quia talis præsentatio est simoniacaliter notabiliter declarat Pand. d.c. quia clerici. d. nu. 5. in gl. in ver. cōparant. Dec. in con. 541. nu. 12. & Rolan. à Valle. in d. con. 47. nu. 62. cū seq.

## CONCLV SIO LXXIII.

**P O E N A E** omnes impolita mulier propter eius odium quia nimis festinante centraria secundas nupias, sunt sublatæ de iure Canonico, per dictum apostoli, mulier mortuo viro nubat in domino. Inn. Heinr. h. Reich. Panor. & alijs in c. s. ext. de secun. nup. Bar. in 1. liberorum. nu. 2. ff. de ijs, qui notan. infam. Pau. de Ca. in con. 366. nu. 1. in 1. par. con. secundu. nouissimam imprecisione. & Phil. Dec. in Rub. C. de secun. nup. nu. 8. Propertia mulieres transentes ad secundum matrimoniorum infra annum luctus, solum sustinent poenas introductas in fauorem liberorum primi matrimonij. Doct. in d. c. s. pulchre. Bal. in con. 161. nu. 2. in 1. vol. con. lo. de Ana. in con. 102. ver. non obstat. & Aym. Crauer. in con. 36. in 1. par. con. Et hanc cōmūnem Doct. sententiam esse scribunt Phil. Dec. in confi. 87. nu. 3. & Rolan. à Valle. in confi. 95. nu. 14. in 1. Tom. con.

## CONCLV SIO LXXV.

**P E C V N I A E** debitor, si intra tempus dilationis ad soloendum, muraretur pecunia, vel reprobaretur, liberabitur soluedo antiqua monetum. Ita scribit Bar. in 1. quod te. nu. 6. ff. si cer. pe. cuius sententiam cōmūnem esse tradit ibid. nu. 14. Barth. Socy. sed contraria sententiam veram esse, quod feliciter teneretur solvere novam pecuniam inquit las. nu. 16. allegans Bar. in 1. Paulus responderet. ff. de fol. Aliam vel tertiam opinionem refert Io. de Imo. in 1. in ratione legis. in s. diligenter. num. 4. ver. Ultimò inducitur iste tex. quod si reperiretur pecunia antiqua, ex illa solutio fieri debebat, & si non reperiretur, tunc in noua pecunia solutio fieri debebat, addens ita cōmūniter seruari, quam & cōmūnem appellat Alex. de Imo. in d. l. quod te. nu. 7. alijs quartæ ponunt, qd debemus considerare, an pecunia sit reprobata ante moram vel post moram debitoris; & ante moram, liberabitur solutione antiquæ pecuniae, si post moram de pecunia noua solutio facienda est. Et hanc cōmūnem opinionem ibid. Dec. nu. 8. esse inquit, & ex ea posse dari concordiam ad alias opiniones supra relatas scribit Vasquius Menchacensis in lib. 1. cōtrower. illustr. cap. 2. nu. 7. sed de hac quæstione & similib. multa pulchra recensentur a Bar. & Ioan. de Imo. & alijs in 1. Paulus. ff. de solut. Nicol. de Miliis in suo repertorio, in verb. pecunia. Panor. in c. olim causam. nu. 3. & 4. ext. de censib. Petru. Philip. Corraz. lvnic. 18. in 1. vol. con. Alberto Bruno in tracta. augmēti & diminu. moneta. in 11. vol. tract. cuius Bruno tractatus adiectu est consilium collegij Papie. in materia augmēti monetar. Hieron. Cagnol. in 1. cūm quid. nu. 9. cū seq. & d. l. quod te. nu. 63. ff. si cert. peta. & Didaco Couuarro. in tracta, qui inscribitur veteru collatio numismatis. cap. 7. s. vnicus. incip. super est modò ex Bar. in 2. Tom. Et quomo de valor monetæ inspicendus sit à tempore contractus seu obligationis, & non à tempore discedentis, & quid in eo casu in iudicio Imperiali Camere iudicatum sit, it è precio simpliciter conuento, quæ moneta intelligatur, radit noster Mynsing. in obserua. Came. in 4. Cet. obserua. 1. & 15. quorum dicta transferibere nolui.

## CONCLV SIO LXXVI.

**P E R E M P T O R I V M** licet requiratur, secundum cōmūnem Doct. opinionem Alex. de Imo. in 1. s. finita. s. Julianus. nu. 13. ff. de damn. infesto. in primo decreto, tamen hoc fallit quando Iudex mandat partibus. vi litera contestentur ante quam discedant, & reus spreto mandato suu dictis decessit, quia Iudex absque alia citatiōe potest procedere ad priuatum decretum, cūm talis monitio vim habeat peremptorij egregiè consulendo scribit Rolan. à Valle, in con. 41. nu. 49. in 1. Tom. con.

## CONCLV SIO LXXVII.

**P E T E N S** plus debito incidit in poenam amissionis tursum suo rūm. lvnic. C. de plus pet. vel in poenam de qua agitur in s. si quis a. gens. last. de act. Et hanc decisionem cōmūniter approbatam esse sat is apparere ex annotationibus Doct. in d. l. vnic. d. s. si quis agens. & c. vni. ext. de plus pet. Eam tamen ita intelligendam Doct. cōmūniter tradiderunt, ut actione non dicatur incidisse in poenam amissionis iuris, si duo copulatiōē interuenient, quorum primū est, quod cationem seu obligationem à debitore plus debito exegerit, secundum, qd plus debito dolose exegerit. Bar. & alijs in d. l. vnic. Glos. & Doct. in d. c. vnic. Bar. in 1. si feru. s. boue. nu. 2. in fin. ff. de cond. furt. Bar. Socyn. in tract. fallent. Fallen. 4.4. pulchre Aym. Crauer. in cō. 325. nu. 1. ver. 3. principaliter dubitatur. in 2. par. cō. & Rolan. à Valle. in cō. 71. nu. 37. in 1. Tom. con.

## CONCLV SIO LXXVIII.

**P E T I T I O** hæreditatis non datur contra titulo possidentem. 1. regulariter. i. nec vllam. ff. de petit. hæredit. etiam si titulus fuisset post mortem defuncti acquisitus. Salicet, in 1. fin. nu. 25. C. de edict. D. Hadri. tollen. Et hæc cōmūnē opiniōne esse dicunt Angel. Arcin. in s. sed iste quidem. nu. 13. Inst. de act. & Alex. de Imo. in con. 73. nu. 5. in 5. lib. con. quam tamen conclusione, quod petitio hæreditatis non detur, quando titulus qua situs est post mortem, non admittunt Bald. in d. fin. Alex. de Imo. in con. 90. nu. 10. vers. & in proposito ne fieri faciat hoc quod notat Bal. vbi similiter dicit, quod licet petitio hæreditatis non detur contra titulo possidentem, sicut nec Publiciana causa men fallit quando quis acquisivit titulus & possessionem post mortem defuncti, ga tunc hæres defuncti potest agere de petitione hæreditatis, e contra taliter possidentem cum titulo. Et licet Salicet. in d. 1. fin. co necur impugnare opinionem Baldi, tamen illa iura non concludetur probant opinionem Salicet. in 2. lib. con. latè Andr. Barbat. in con. 63. nu. 6. 7. & 8. vbi ipse inquit: Licet communis opinio Doct. sit, quod cōtra titulo possidentem, non detur petitio hæreditatis, tamē limitatur illa regula & cōmūnē opinio, quando titulus & possessio acquisita fuerunt ante mortem testatoris, & in hoc est cōmūnē opinio, secūest si post mortem defuncti acquisita fuerunt, vt voluerunt Bal. & Pet. de Anchor. nec reperitur cōmūnē opinio dicens, quod petitio hæreditatis detur, quando titulus & possessio fuerunt acquisita post mortem defuncti, & per consequēs non potest dici, quod cōmūnē opinio sit contra doctrinam Baldi, quamvis Salicet dixerit contrarium. hæc sit contra doctrinam Baldi, quamvis Salicet dixerit contrarium. hæc sit contra doctrinam Baldi, quamvis Salicet dixerit contrarium. Andr. Barbat. Sicul. in 2. vol. con. quorum sententiam etiam approbat Rolan. à Valle. in con. 48. nu. 1. in 1. Tom. con.

## CONCLV SIO LXXIX.

**P O S S E S S O I** cōduis & naturalis per constitutū, secundum cōtentiam cōmūniter approbatam transferit in creditorem. 1. quod meo. & ibi Bar. nu. 3. & id: m Bar. in 1. Cellus. veri sed pono quod debitor. nu. 5. ff. de vñcap. & vñcap. & vñcap. In hanc magis cōmūniter sententiam Doct. esse inquit, in int. possident. in s. in certā partem. nu. 16. & idem in con. 147. nu. 2. ver. 1. go auten: confidero. in 2. vol. con. Ro. à Valle. in con. 79. nu. 2. 3. in 1. 1 em. quā decisionem latius declarat Alex. de Imo. in 1. interdū. s. qui alienam. & d. l. quod meo. ff. de acquir. poss. Anton. Negusantius in tract. de pigno. & hyp. pol. in 1. in 1. lib. 6. par. princ. nu. 35. in 9. vol. tracta. vnde dicunt Doct. cōmūniter in d. s. in certam. quod quando fit constitutū generale cōmūnem honorum pīg sentium & futurū, tale constitutū valer & operatur translationē possessiōnis, non solum respectu honorum pīgētium, sed eriam futurū, quando erunt acquisita, l. quamvis. ff. de precario. Vbi si cōstitui me possidere tuo nomine ancillam, illud constitutū extēditur quoque ad partum pīgētū, & sic ad futura. Alex. in 1. stipulatio hoc modo. nu. 17. ff. de verb. obliga. Et hanc sententiam magis cōmūnem opinionem Doct. esse dicunt Mauh. de Affl. in decis. sacrif. con. Neapol. Decis. 33. nu. 8. Anton. Negusant. in d. tract. de pigno. & hypoth. in 2. memb. 2. par. princ. nu. 3. ver. 2. amplia.

## CONCLV SIO LXXX.

**P O S S I D E N S** prior per cōstitutū præferit secundo habent actualē possessiōnem; ratio est, quia possessio est vera, licet modus sit fictus. Bar. & alijs in 1. ab emptiōē. ff. de past. Dec. in 1. contractus. nu. 16. ff. de regul. iur. & las. in con. 6. nu. 2. vers. 1. propter constitutū. in 3. vol. con. Et hanc cōmūnem opinionem esse dicit Ioan. Cephalus in con. 147. nu. 20. in lib. 1. con.

## CONCLV SIO LXXXI.

**P O S S E S S O R I V M** remediu quando intentatur ad recuperādam possessiōnem non potest oppiri exceptio dominij. Bartol. in 1. s. coloni. numer. 2. C. de agricol. & centi. lib. 1. loan. de Imo. & alijs in c. post electionem. ext. de concess. prab. Et hanc veram & magis cōmūnem opī. esse consulendo scribit Philip. Dec. in con. 57. nu. 6. Et Henning. Goden. in con. 105. in ord. de interd. restitu. con. 1. nu. 15. cumulat multa ad hanc decisionem.

## CONCLV SIO LXXXII.

**P O S S E S S O R I A** iudicia requirunt plenam probationem, nec in illis sufficerit semiplena probatio, secundum magis cōmūnem opinionem Alex. de Imo. referente in con. 287. num. 3. vers. & quamvis esse. in 7. vol. con. quā & ipse in con. 139. nu. 14. vers. tamē adhuc in prop. sito. in 6. vol. con. quoq. refert. Licet nonnulli alijs contraria sententia & male, amplexi fuerint, quos recenset ibid. in verb. plena. Carol. Mol. quia causa possessoria dicitur magni & considerabilis præiudicij, propterea in ea non sufficeret summaria vel semiplena probatio, sed plena, quemadmodum & in alijs causis requiritur. Bartol. in extraug. ad reprimendum. in verb. lummar. numero 12. Ripa. in 1. 2. nu. 9. ff. quorum honorum. Hanc & cōmūnem esse in quid Hieron. Cagn. in 1. in pari causa. numero 3. vers. sed in contrarium. ff. de reg. iur.

CON

## CONCLV S I O LXXXIII.

**18** In PRAESCRIBENDIS iurib. negatiuis est necessaria contra dictio, quia tempus solum non est modus tollenda obligationis, pro preceps nunquam currit præscriptio, nisi a tempore contradictionis. Glos. & Doct. in l. qui luminib. si de seruit. verban. prædior. & in l. C. de seruit. & aqua. Franc. Balb. in tracta de præscript. in 2. part. 5. part. prin. quæ concernit præscriptionem fiscalem, in 7. q. nume. 4. ibi, vbi batur, quod in præscribendis iurib. negatiuis. Et ita communiter à Doct. concludit scribit Nicolaus Bellon. in con. 1. nu. 15. vbi ipse ex sententia Aluropi refert, vafallum nunquam præscribere seruita quæ domino debet, nisi interpellatus negatur ea præstare. Et Guido Pap. in q. 630. num. 13. voluit, eos qui negabat se teneri ad custodiā Castri, non præscribere nisi interpellati contradixerint. Huc quoque referuntur, quæ solent tradi de eo, qui dicit se non teneri ad collectas virtutes præscriptionis. Si quidem volunt Doct. ad hoc ut portaret præscribere talem immunitatem collectarū, quod fuerit aliquando requisitus soluere, & recusavit, vt cōsuleto scribit. Alex. de Imo. in cō. 136. nu. 19. ver. itē ad hoc ut d. Catane. in 2. lib. cō. cuius arg. & alia Bal. in d. q. 7. in 2. par. 5. par. prin. nu. 4. transcribit, & bono ordinē refert.

## CONCLV S I O LXXXIII.

**19** PRAESCRIP TIO interrupitur per citationem & litis contestationem, quam communem opinionem dicit Roland. à Valle, in con. 39. nu. 30. in 1. Tom. con. quomodo autem hoc intelligatur palam Doct. declarant, quia longi réporis litis contestatione interrupitur, sed non sola citatione. I. mōrē litis. C. de rei vñ. prescriptions elongissimi temporis 30. vel 40 annorum, per solam in lus vocationem in terpellantur, multò magis ergo per litis contestationem. I. sicut. 1. quæ ergo. & 1. cum notissimi. C. de præscript. 30. annor. Bar. lsf. & alij in l. ex hoc edito. ff. de eo per quem factum erit quod minus quis in iudicio sit. Parnom. & Felin. in cōsulto ext. de præscript. Joan. Petr. de Ferrar. in sua pract. respon. rei cōuenti. in verb. præscriptionis. verf. restat nunc videre quib. modis præscriptio interrupitur. nume. 26. Ludo. de Gozad. in con. 56. num. 12. verf. quinto addo. Franc. Balb. in tracta de præscript. in 2. par. 6. par. prin. in 9. expedita. in 9. quartō principali. in 9. circa tertia speciem præscriptionis. Oldendorp. in tract. de vñcap. & præscrip. in 9. quanquam autem vñtilis. nu. 21. cū seq. verf. per interruptionem. in 8. vol. tracta. & in tracta. exceptio. vñcap. seu præscrip. Joan. Cro. in con. 71. nu. 62. cū seq. & Bernhad. Vuorimber. in tract. obseru. lib. 1. tit. de præscript. cap. 9. incip. præscriptio interrupitur. & in cap. duobus seq. incip. præscriptionis interruptio & actionis perpetuatio. Item præscriptio interrupitur quandoq; per interpellationem extra iudicialem.

## C O N C L V S I O LXXXV.

**20** PRINCEPS sicut faciat aliquam conventionem, vel aliquid per actum cum priuatis, & illud obseruare tenetur, adeo ut ex illo pacto obligetur. Doct. in 1. digna vox. ff. de legib. & in c. 1. de probatio. Quæ sententia communis opinio Legistarum & Canonistarum dicitur, de qua decisione quoq; dictum est in priori incip. Principe ex contratu cuo subditis inito, naturaliter nō ciuiliter obligari. Tamen illa nō procedit nec locū habet, quando superuenient aliqua causa legitima, ob quam promissa obseruari nō possunt, cūm ex causa noua superuenient te recedatur à qualibet dispositione, nec tunc dicatur fieri contra voluntatem; quia si de tali status mutatione ille qui disposuit cogitasset, illud idem fecisset, vt per multa exempla egregie deditur Roland. à Valle in cō. 1. nu. 18. cum seq. in 2. tom. con. Per ea quæ scribunt Ale. de Imo. nu. 5. lsf. nu. 8. & alij. in l. quod Seruit. dispositionem quamlibet, scilicet intelligendam esse rebus sic se habentib. vbi ipsi exempla in testato ris dispositione, vel in ultima voluntate, in contractibus, in priuilegijs, in iuramento, & eis in statutis iuratis referunt. ff. de cond. cauda.

## C O N C L V S I O LXXXVI.

**21** Princeps nō potest collere alicui, quæ ei de Iure diuino, naturali vel gentili acquisitam sunt, secundū ea quæ tractantur à Doct. in c. quæ in ecclesiastarum. extr. de constitut. & in 1. fin. C. si contra ius vel vñtil. publ. E hanc communem sententiam esse scribit consulendo Albert. Brun. in con. 1. nu. 49. inter consi. feudalita. Quæ ramen sententia non procederet, quando princeps ex voluntate sua fuisse causa acquisitionis, tū ille potest ipsum ius sola voluntate auferre, secundū Ange. in 1. Lucius. ff. de enīcio, volenter, quod Imperator posset sine causa auferre rem acquisitam ex præscriptione seu vñcapione, cūm talis modus acquirendi induetus fuisse de Iure ciuili, vt Albert. Brunus ibid. nu. 50. & 51. cum aliorum Doct. vñteriori allegatione prosequitur.

## C O N C L V S I O LXXXVII.

**22** Princeps, Duces, Marchiones & Comites in suis regionib. & terris, ea possunt præstare, quo ad eorum subditos, quæ posset Imperator. Ita expressè consulendo scribit Paul. de Castr. in con. 228. circ. fin. verf. Reges ergo & Duces, Comites & Marchiones in corum terris viidentur esse prindipes. Cuius sententia sequitur Alex. de Imo. in con. 2. nu. 25. & 26. in 1. vol. & in con. 1. nu. 29. 30. & 31. in 1. vol. Licer Felin. in

d. c. quæ in ecclesiast. nu. 32. verf. sed hæc declarationem & omnes decisiones, &c. ext. de constit. sententiam contrariam sequi videatur: tam Pau. de Castr. opinio magis communiter recepta esse dicitur. Bar. Socyn. in con. 6. nu. 12. verf. tertio quia. in 3. vol. con. lsf. in cō. 10. nu. 2. in 4. vol. con. Curt. Jun. in con. 6. nu. 9. & Marian. Socyn. iun. in cō. 98. nu. 1. in 3. Tom. con. qui hanc sententia nu. 20. verf. nec prædictis. laius prosequitur, & nonnullas declarationes doctrinæ Pau. de Castr. ibid. addit. quas partim Felin. loco citato quoque attigerat.

## C O N C L V S I O LXXXVIII.

**23** Principe ex contractu cum subditis inito, naturaliter, nō autem ciuiliter obligari, cōmuniter Doct. voluerunt. Joan. de Imo. in c. 1. ver. Nota, quod ex contratu principiis cum subdito princeps obligetur saltem naturaliter. Ciuiliter enim obligari non videtur. nu. 2. extrā, de probat. Adeo etiam vt successor eius teneatur ad ipsius obseruantiam. Cyn. in 1. digna vox. verf. vñtimō sciendū. C. delegib. Panor. in d. c. 1. nu. 1. latē Felin. ibid. nu. 3. verf. modō aduerte. Panor. in c. 1. nu. 7. extra, de constitut. Et hanc communem opinionem Doct. esse inquit Dec. in d. c. 1. ext. de probat. nu. 1. verf. subiicit D. Abbas & Moderni hic sequuntur, vbi plures authoritates Doct. adducit. Quæ obligatio naturalis tamen eum obligat efficaciter, vel vñtilis & efficax est ad agē dum, secundū communem sententia referente Vasqua Hencha cōfisi in lib. 1. conrouer. illustr. cap. 3. nu. 1. Licer autem nonnulli alij vouerint illum quoq; ciuiliter obligari per pulchra fundamenta, quæ cum authorib. referuntur à Hieronym. Schurp. nostro in con. 72. nu. 8. & ibi illa doctrina egregie ab eo explicatur in 2. Centur. con. In hac tamen sententia omnes Doct. persistunt, principiē tam efficaciter, se cōdūm sententiam Doct. cōmuniōri cōfuso approbatam obligari, vt nec de potestate absoluta possit a talis contractu recedere, aut illum vila ex parte violare. Pau. de Caſ. in 1. digna vox. nu. 5. vbi ipse alleget doctrinam Bar. in 1. omnes in 3. quæst. principali. nu. 21. cum seq. Si statutum transiūset in contractu, illud non posse a statutentib. reuocari. ff. de iust. & iure. Doct. communiter in d. c. 1. de constit. in d. c. 1. de probat. & ibi Dec. multas authoritates Doct. adducit. Similiter in cō. 52. 8. nu. 6. 5. 8. 0. nu. 1. & 6. 0. nu. 3. Pulchrē lsf. in 1. 1. post alios. ff. de paci. in prin. & in eon. 1. nu. 1. 2. & 3. 4. modō per totum consi. in 1. vol. Ludouic. de Gozad. in con. 9. nu. 4. 4. & 4. 5. Maria. Socyn. iun. in con. 6. nu. 15. 16. & 17. in 3. Tomo. conf. Restauras Castaldus in suo tracta de imper. quæst. 111. verf. 81. princeps non potest etiam de plenitudine potestatis contraenire contractū proprio. & quæst. 116. dicit, principiē etiā ciuiliter obligari ex contractu. in 12. vol. tracta. Hieron. Schurpff in con. 7. nu. 1. & 2. & in cō. 59. nu. 4. 5. 6. & 7. in 1. Cent. & in con. 53. nu. 16. & in d. con. 72. nu. 8. in 2. Cent. Nicol. Euerhard. in locis argu. lega. lib. loco a plenitudine potestatis nu. 30. lib. mei. cum seq. verf. secundū limitatur, vt non procedat quod ad legem contractus. Et valde eleganter Andr. Alcia. in respon. 167. verf. circa tertium dubium. nu. 10. consilendo scribit in alio casu, fidem Domino non seruanti impune non seruari, sed de priori decisione videantur quoque ea, quæ congregit la co. Philip. Porci in lib. 1. conclu. 18. verf. tertio amplia etiam si cum suo subdito princeps contrarerit.

## C O N C L V S I O LXXXIX.

Isern. in tit. quid sint regalia. in verb. contrahentium incestas nuptias  
nu. 40. ver. multis videtur hoc esse verum. Alber. de Gandino in suo  
tract. malef. sub rub. De multis questionibus dependentibus à statutis  
qui incident circa malitia. ver. item pone questionem de facio. nu.  
19. Hipp. de Mars. in suis sing. 65. Jo. Caccialupus in l. u. qua illu-  
stris. C. ad S. C. Orsi. Lud. Carerius in sua pract. crim. §. circa igitur qua-  
rum de stupro. nu. 5. cum alijs seq. pag. lib. mte. 2. 0. 5. Follerius. in pract.  
crim. in verb. & si confitebuntur. ver. ad quorum corroborationē. nu.  
16. Ex quibus apparet hanc communem sententiam Doct. eccl. quo  
iure etiam viri, si Iudeus tale delictum cum Christiana vidua vel  
virgine perpetrasset, vt pulchre consulendo scribunt Alex. de Imo. in  
d. con. 13. & Roland. in d. con. 35. quorum dicta & rationes non trans-  
scribo.

## CONCLV SIO XXII.

<sup>2</sup> ADVL T VS curatore carens iuramentum deferre potest. Ita  
in specie postulos affirmat las. inquietus. eam opinionem communi-  
ter approbatam esse. in l. iustitandū. §. pupillus. nu. 12. ver. quid autē  
est. si adulterus non habet curatorem. ff. de iure iur. De qua quesitio  
ne multum scribit Roland. à Valle. in consil. 54. in princ. & seq. nu. in 2.  
Tom. consil.

## CONCLV SIO XXIII.

<sup>3</sup> ALIMENTA petere nō potest mulier ab haeredibus primo an-  
no dilatationis, d. l. haeredibus mariti statuta, finito, ad soluendum ei do-  
tes consistentes in pecunia. Doct. l. diuortio. ff. fol. mac. l. vnitca. §. ex-  
actio. C. de rei vxor. ac. Quia cum mulier primo anno elapsio in sua po-  
testate habuerit exigere dotem, quam repetere neglexit, sibi imputa-  
bit siue non exegit, & idem per eam non possunt peti alimenta ab ha-  
redibus viri, per ea qua non tantur per gl. & Doct. in l. 1. C. de sent. quid  
sine certa quanti. profer. vbi qui habebat in potestate exigere forte, non  
potest deducere in iudicium vslras futuri temporis, quas alias  
deducere potuerit. Alex. in d. l. diuortio. num. 23. Et hanc sententiam  
communem esse inquit Alex. de Irao. in con. 27. in 4. lib. con. Ias. in  
d. l. diuortio. nu. 22. ver. circa quintam conclusionem. & Roland. à Val-  
le. in con. 55. nu. 1. in 2. Tom. con. Quam doctrinam restringit ibid. lo.  
de Imo. nu. 6. ver. Idem videatur si haeredes viri sufficiunt in mora resti-  
tuendi dotem, & mulier fuerit consueta pecunias suas ad honestum  
lucrum mercatoribus dare, runcratione moræ deberet haberi ratio  
interesse consistentis in lucro, quod verisimiliter mulier perceperit, per ea que non tantur in l. 3. ff. ff. de eo quod certo loco. cuius sententia  
sequitur Alex. de Imo. in d. con. 47. in verb. c. sueta. litera A. Alijs ex  
communis sententia, ille plerique alijs contrarium teneant referente  
Barth. Socy. mulier post annū etiam data mora restituendi dore, non  
posset alimenta petere, per multas authoritates. in con. 126. nu. 5. vers.  
quibus præmisitis. in 1. vol. & in con. 180. num. 6. quod est repetitum  
in 2. volu. consil.

## CONCLV SIO XXIV.

<sup>4</sup> AN TIQ V M factum dicitur spaciū quadraginta annū, secundum  
opinio. Ant. de But. in c. vniuers. 1. extr. de testibus. Plures  
authorates adducit Barthol. Chassan. in consil. 15. num. 19. Alij vo-  
luerunt

Iuerunt quod hoc iudicis arbitrio relinquatur, quando tempus dicitur de antiquo in materia probationis. Anto. de But. in c. quoniam contra ext. de proba; Alex. de Imo. in con. 4. nu. 12. in 2. lib. cō. March. de Afflīc. in Deci. S.C. Neapo. Deci. 83. nu. 7. Alij dixerunt, q̄ requiretur tempus centum annorum metam excedens. Alexan. de Imo. in con. 6. nu. 7. in 1. vol. con. Quod latius declarant Phil. Dec. in c. 1. nu. 7. ext. de app. & in con. 13. incip. pro tenacitate mea. nu. 8. Ias in 1. cū aliquis. C. de iure delicti. & nouissimē Cratet. in tract. de antiquitate temp. s. incip. circa primam partem. & sparsim in eod. tracta. & ibid. nu. 5. dicit. hanc tertiarā opinionem communem esse, quae tamen non procederet, quando non ageretur de magno præiudicio, quia tunc sufficeret 40. annorum spaciū, ad inducendam plenam probariōnem, prout exemplificari posset in finibus Diocesis, quia non sunt magni præiudicii secundūm Abb. in c. cum causam. in 1. notab. ext. de proba. seu arbitrio iudicis relinquatur. H̄ero. de Monte post alios in tract. de finibus regen. cap. 70.

## C O N C L V S I O X X V.

**A P P E L L A T I O** vbi ex natura causæ in possessorio est prohibita, pariter etiā prohibita videtur supplicatio. Jo. de Imo. in cō 142. Phil. Dec. in 1. fi. nu. 50. C. de edic. Dñi Adr. tol. Nā nō potest appellari in causa possessori, quia præiudicis reparari potest in petitorio, & ista ratio etiā militat in supplicatione. Licit Pau. de Ca. in d. l. fi. nu. 16. cō traria sententia sequatur, præcedēt tamen obseruandam esse inquit Phil. Dec. in d. nu. 50. Nā qui non potest appellare a sententia que transiuit in rem iudicatam, pariter aduersus eam supplicare non potest, cūm in vanum impetratum videatur, quicquid dicitur cōtra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. I. s. vbi gl. & Docto. C. vt lite pend. Hanc tamen opinionem tanquam magis approbaram sequitur Roland. à Valle, in con. 38. ver. quibus tamen non obstantibus. nu. 10. cum seq. in 2. Tom. con.

## C O N C L V S I O X X VI.

**A P P E L L A T I O** admittitur in omnibus possessorijs, sc̄cundūm cōmūnem Doct. sententiam, de iure canonico per tex. in Clem. vnica. & ibi Card. in 1. oport. de cau. posses. & propria. Frideric. Senen. in cons. 76. incip. D'omino adiutori. Alex. de Imo. in con. 99. ver. & præsuppo no primō. in 5. vol. con. Sed de iure cūlī secundūm communem op. sectus. l. vnicā. C. si de momen. pos. fuer. appel. c. ex questione. ext. de ref. spol. Ias. in con. 60. nu. 5. in 1. vol. & in con. 187. in 2. vol. consi. Phil. Dec. in 1. l. nu. 6. C. de bono. posses. secundūm tab. & Roland. à Valle, in con. 38. nu. 13. in 2. Tom. con.

## C O N C L V S I O X X VII.

**A P P E L L A T I O** si tollat statutum illud quidem valer, nō tamen à tali statuto supplicationis vel querelæ recursus tollitur, cūm sint diuersa remedia, vt d. est in verb. appellare nō licet. Appellatio enim arguit iniquitatem vel imperitiam iudicantis. I. s. ff. de appel. supplicatio vero vel querela respicit propriū erroris veniam, vel aduersarii circumventionem. l. s. p̄f. p̄f. etiā prætorio. ff. de minorib. Bald. in 1. fi. s. fi. de tempo. appel. Hippo. in sua tract. crimin. s. oportuni. nu. 53. nulli. ver. vltra predicta. Et hanc Doct. communem opin. esse inquit Phil. Dec. in con. 53. nu. 2. Quam tamen latius explicat Roland. à Valle, in con. 38. nu. 7. 8. 9. & 10. in 2. Tom. con.

## C O N C L V S I O X X VIII.

**A R G U M E N T U M** à contrario sensu haber locum in ultimis voluntatibus. l. quī testamento. s. mulier. ff. de testa. si cum dorem. ff. sol. mat. apud antiquos. C. de fur. Et hæc est communis conclusio Doct. referente Rode. Suarez in allegat. suis. Alleg. 1. nu. 1. Sed de hac doctrina latius scribunt Euseb. in locis argu. legalium in loco à contrario sensu. & viuius in suis communib. opinion. in verbo, à contrario sensu.

## C

## C O N C L V S I O X X I X.

**A P I** non potest quis ad instantiam procuratoris non habens speciale mandatum. Hanc communem op. eff. emittit Lud. Ro. in con. 241. nu. 11. ver. 2. principaliter, nisi in mandato adiſt clausula cū libera & plena potestate, que idem quod di speciale mandatum operatur Phil. Dec. in con. 404. nu. 6. Ias. in 1. l. si procurator. nu. 11. in 3. notab. C. de procur. & nouissimē Pet. Ioān. Anch. in lib. 2. famili. iuris quest. q. 3. nu. 18. & 19.

## C O N C L V S I O X X X.

**C A P T V R A** & incarceratione non conceditur, etiam in causis criminalibus nisi ante fuerit habita aliqualis informatione, licet indicia sufficientia ad torturam non præcesserint. Quam tamen sententiam multi improbare videntur, Bar. in 1. cū eo. alijs l. sacrilegii. Labeo. nu. 2. ff. ad 1. l. pecul. inq. Pro causa criminali indistincte aliquē capi possit, q̄ibi Alex. in verb. capi à iudice. approbat per autoritatē Bal. di dicentis, in criminali semper incipi posse à captura in l. cōsentaneū. nu. 11. ver. sed in criminalibus. Idque etiam videtur esse de mente do-

Bartoli. ibid. nu. 12. ver. sequitur tercia pars. ibi. dicit gl. regulariter ordinarius potest capere personam quando vult. C. quando iudex senten. profer. debeat. & in 1. 2. nu. 3. versi. & not. q̄ iudex in criminalibus potest incipere à captura personæ. & ibi apostilla. in verb. criminalibus. C. de his qui latro. vel alios criminis reos occult. Ang. de Perus. in s. scientes. nu. 8. ver. sed ac potestas. in auth. vt iudices sine quoquo sūf frag. per tex. in c. si clericos. ext. de sen. excom. Alex. de Imo. in cō. 240. nu. 3. ver. 4. quando obijicitur crimen alicui, et in arbitrio iudicis adhibere modum custodias circa personam talis, ne processus & sententia redderentur postea illusoria. I. s. ff. de custo. reor. & ita illam l. summat. Bar. & intelligit, ibi. & iudex etiam ante inchoatum processum, laborante aliqua suspicione contrarialem de delicto potest incipere à captura personæ adducens Bal. in 1. si quis curialis. nu. 1. ver. not. h̄c argumentum. C. de epis. & cler. & nonnullos alios locos ex Bal. Paris de Put. in tract. de indic. in verb. captura. nu. 12. & in ver. ac potestas possit. & in verb. quia plerūmque. nu. 1. pag. lib. mei. 357. in 2. vol. trac. refert. Quod quoque multi intelligunt iudici conceustum esse indicis nō præcedentibus. Bal. in 1. ethi certius. ff. ad Syllēia. Ang. in l. itē apud Labone. s. questionis. ff. de iniur. prout illos allegarunt & securti sunt Hipp. de Mars. in 1. l. in 1. notab. nu. 1. ff. de quæst. & in suis sing. sing. 93. incip. iudex licet sine indicis. & Cyril. Fulgeon. in lumen. crimin. in 3. par tic. tit. de poe. iud. malē iudican. s. 2. nu. 7. ver. sciendū est, q̄ in maleficiis quandocunque placuerit à captura incipere, ei permititur. & Ioā. Bertach. in suo auro Repert. in verb. captura permissa est in criminalibus, & in verb. malefactor capi potest. Sed priorem sententiam, requiri informationem aliqualem in Docto. tanquam magis communem amplectuntur. Sal. in l. nullus. nume. 4. ver. nota quintō. C. de exhib. & trāmit. reis. & idem Sal. in 1. l. si circa. si recte intelligatur. C. de quæst. Ang. Are. p̄re ea quæ ipse scribit in tract. malefact. in verb. hæc est quædam inquisitio. ver. secundō principaliter. nu. 30. in verb. q̄ fama publica præcedente. nu. 4. ver. animaduertendum est. & Augu. Apostoli. post. nu. 7. in apost. incip. tu autem adde hic in quantum. Eridē Aug. hoc adhuc melius declarat. in verb. iudex cōmūlti. q̄ lacus. nu. 4. ver. sed cauti iudices prouident, quia habita quali quali informatione de delicto iubent reum capi, si crimen sit tale quod poena sit corporis afflictio, ne verbali citatione præcedente reus auffugiat. Franc. Brun. in tract. de iudic. & tortu. in q. 9. 2. par. num. 4. ver. & aduersarii lices ipse nonnulla addat. Dec. in con. 189. in fi. Hipp. de Marli. in 1. qui tæcē. nu. 19. ff. ad 1. Cornel. de Sicar. alle. gans. Ang. dicentem non valere capturam quam iudex decrevit contra allegatum ius pectum, nisi latitem cognoverit de qualitate personæ, in l. si ab arbitrio. s. 1. ff. qui latitia cog. & in d. l. nu. 1. ff. de quæst. Quamvis ipse ibi dicat, in crimina lib. causis iudici videatur posse illum à captura etiam indicis non præcedentibus incipere, per autoritates antea adductas, tamen p̄tēta. in tract. Sal. authoritatem antea indicatam, requirentem p̄tēta. probabilitate aliquæ informationem, quam sententiam. Hipp. latius declarat in sua p̄tēta. crimin. in verb. constante. nu. 1. 2. 3. 4. & y. Et hanc sententian, tanquam magis approbat recentiores scribentes secuti sunt, Pe. Foller. in tract. crimin. in rub. noratus capiat. nu. 1. Marc. Ant. Blanc. in tract. de indic. ff. ad 1. fin. de quæst. nu. 6. dicens illam conclusionem communem esse, q̄ iudex habita aliquæ informatione polſit procedere ad torturam & carcerationem rei. Aegid. Bos. in tract. ver. crimin. tit. de captiu. nu. 2. ait. ita cōmūniter decidere Doct. in d. c. si clericos. Ita etiam intelliguntur Bal. in 1. q̄ si euitandi. in fi. Quod quis non debeat capi ante summariam fidem, vel probabilem suspicionem de receſſu. C. de conduct. obtur. cau. & Alex. in l. neminem. in verb. permiserit. C. de custo. & exhib. reor. Bal. in d. l. q̄ euitandi. allegat quoque Rober. Marant. in tract. de ordin. iud. in verb. de citatione. 1. memb. iudi. nume. 60. ver. hinc dicit. Marc. Ant. Blanc. in sua tract. crimin. s. 1. s. p̄f. p̄f. ventendo modō ad materiam defensionum reorum. nu. 26. ver. sed aduersarii cir. predicta. pag. 126. Roderic. Suarez in suis allega. c. vlti. de iudeiſſu. in cau. crimin. nu. 5. ver. practica iuridica est hæc, q̄ vbi cuncte aliquis accusatur de tali criminis, cuius poena sit corporis afflictio, informatione prius à testibus habita, sine aliqua citatione verbali, mittunt Alzazelum ad capiendum reum, & sic prouident iudices moderni, ne si verbalis citatio præcederet, accusatus confitus de criminis arriperet fugam. Hoc probat tex. singularis in l. nullus. C. de exhib. reis, ibi. et vero qui reducuntur iust. iuncta gl. singulari, ibi super parte erit, quæ dicit, scilicet re & verbo, per quā dicit ibi Sal. Quod approbatur practica qua utuntur iudices, quia informatione habita de maleficio, & malefactore, & sine alia verbali citatione, mittit ūt ad capiendum reū, ne alias conscientis de criminis fugam arriperet. & nu. 7. ver. & ad hoc ut sit carcerandus, sufficit q̄ summariam per aliquā informationem conserat de delicto. Lancillot. Cōra. in suo prætorio & curia. Brevia. tit. de cap. nu. 2. & 3. Fran. Cafenus in suis sing. q. criminā. c. 9. de capru. & carcere. in prin. in vol. tract. crimin. Anno. 270. Venerijs impressorum. & ita respondi de iure reipu. Vuismariensi, quam prudentissimus consul Dio nyssus Sager. per multos annos fideliter & cū summa dexteritate gubernauit. Quā sententia Jul. Clarus in l. 5. sen. s. fi. in q. 28. refēt & dcctō explicat, q̄ iudex habita informatione debeat formare inquisitionē, & de

# Commu.opiniones,

&c. inde cap. si. e reum intelligi de processu informativo, qui formatur a iudice assumendo indicia & informationes contra aliquem speculator, ex quibus iudex deinde cicit titulum criminis, qui est forma & subtilitas ipsius inquisitionis sive processus, de quo ipse ante fecerat mentionem in q. 3. ver. & aduerte. Ceterum hic Basis & fundatum sit huius doctrinæ. i. ff. de custo & exhibitio reor, qua afferit Vlpianus, de custodia reorum pro consulem estimare solere, utrum in carcere recipienda sit persona, vel militi tradenda, vel fideiussoribus, communica lat. vel etiæ sibi hoc autem vel pro crimini quod obijicitur quia in, & etiæ vel propter honoris, autem propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate eius qui accusatur facere solet. Quare si iudex omisla talium circumstantiarum consideratio, quem carceri manipularit, quem non debet, potest iniuriarum agi contra talen iudicem. Nec magistratus, ff. de iniur. & ita iudicatum esse in Camera Imperiali meminit Frederi Schenck ex Hiberi Baroniis à Tautenberg, in suo Viridario cœlu. Judicari farū, conclus. 97. Et si tamen in criminalibus aliquid propter suspicionem fugere, Iac. Nouel. in tract. crim. in 1. c. incip. superioribus annis. vers. indicia quæ præcedere debent. nu. 23. in ff. ibi. Quod quidem regula relinquatur arbitrio iudicis, an a personæ captura incipere velit. Bar. Bal. in d. 1. consentaneum. Alex. in addit. Bar. in d. l. sacrilegi. §. Labeo. Si tamen is qui capi iubetur offerat idoneos fideiussores, audiendus est, nec debet iudex recusare fideiussores, nisi fortassis essent crima graui, in quibus cautioni fideiussoribus tunc non posset. d. l. diuus. 1. ff. de custo. reor. Dicuntur autem graui crima ex quibus imminet supplicium mortis. Specu. in t. de accusa. §. 1. Qualiter autem in accusatione procedendum sit. nu. 8. ver. sed pone. quæ eleganter ibidem distinguit fideiussores non admitti in graibus, at in non graibus esse recipientes. & dicte Bar. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. nu. 2. ver. 3. nota. ff. quis sat is. cogit. captum ducere eum qui vult dare fideiussorem idoneum, iniuriam effe, & sic magistratum teneri iniuriarum, qui in carcere detinet violentem cauere idoneum. Idem tenet Ang. Pau. de Cast. & Ias. in d. §. qui pro rei violentes. Quod iudices qui aliquem capi iusserunt fideiussoribus non acceptis iniuriarum possint conueniri. Unde dicit Albe. Ibid. nu. 8. Mihi iniuriam facit trahendo me personaliter ad iudicem, si fas sis dare volo de me praesentando. & inquit ibi Alex. quod in omnibus casibus in quibus in causa criminali non potest carcerari, dimittendum est qui ducitur, id est, qui capituro dato fideiussore, & si capituro esset, relaxandum, tenerique iniuriarum iudicem, qui fideiussorem idoneum non acceptat, & quod de criminali ascritur. Iason intelligit, si pro criminali pecunaria poena sit inferenda, per d. l. 1. 2. & 3. ff. de custo. reor. in d. §. qui pro rei. num. 4. in 2. nota. Ita in specie consulendo scribunt Vdalricus Zaf. in cons. 19. nu. 26. 27. 28. 29. & 30. in lib. 1. con. & Hieron. Schurpf. in con. 8. 7. nu. 1. 2. & 3. Cen. His addantur quæ refert Pau. Grilland. in tracta. de relaxat. carcerat. tit. de fideiuss. reor. ip.

## CONCLVSI O XXXI.

**C A V T I O** iuratoria non admittitur, vbi aliud remedium consultum esse potest vtrique parti, quam per iuratoria cautionem. Ita vult tex. in l. si constante. §. quodens. vbi Pau. de Canu. 3. & Alex. de Imo. ver. sed contra istum tex. annotarunt. ff. sol. mat. Et hanc communem Theoricam esse refert adiunctis exemplis & declarationibus Roland. à Valle, in con. 43. nu. 49. cum seq. in 2. Tom. con.

## CONCLVSI O XXXII.

**G I V E S** habitantes in aliqua civitate, similes Originarij, vel habitantes in territorio domini habentes merum & mixtū imperii, tenentur ei præstare iuramentum: Quod adeò generale est, sive tenent res feudales a domino, sive nihil tenent, sed solum habent, siue faciant aliquam artem sive mercantiam vel aliquam industriam, debent per iusurandum assicurare dominum, & iurare. Ita habemus text. de Vasal. & familiari, rito. t. de feud. qualiter iurare debet. Vasal. Domino fidelita. vbi And. de Ifern. nu. 2. & 3. Bal. num. 2. vbi ipse triplex iuramentum, iuramentum Vasallij, iuramentum domestici, & iuramentum quod præstari ratione iurisdictionis subdit, eruditè explicat. Quod latius ibi prosequitur d. Aluarot. nu. 1. & ibi in tertia spe cie iuramenti fidelitatis, dicit ipse, quod hoc domino præstetur, vel ratio ne bonorum non feudalium, quæ ille tenet in loco subiecto iurisdictioni domini, vel ratione habitationis, quam habet in d. l. supposito iurisdictioni domini. Vnde ratione iurisdictionis quam habet dominus in eum, vel ratione bonorum tenet habitanis fidelitatem iurare, propter illud iuramenti securitatis appellatur, cum dominus terra habeat iurisdictionem in sua territorio. l. si. pupil. us. & territorium. ff. de verb. sig. Cūque pertale iuramentum removetur suspicio, & assicuretur dominus. De quibus iuramentis & alijs multa præclaras conseruent March. de Afflit. in d. t. qual. iurare debet. Vasal. do mino fidel. & Iac. de S. Geor. in tract. feud. in verb. qui quidem inuestiti præficerunt iuramento fidelitatis. Non minit quoque Guid. Papa ratione habitationis quem dicit subditum, & propterea iusurandum præ-

## Centur. V.

47

standū esse, ne domino sit nocivus, sed fidelis, in suis dec. Gratiano. q. 307. Et hanc tam Feudistarum quam Legistarum communem Theoricam appellat Roland. à Valle, in con. 53. nu. 2. in 2. Tom. con.

## CONCLVSI O XXXIII.

**C O N F E S S I O** Extra iudicis cum infamia, est secundum communem doctorum sententiam, sufficiens indicium ad torurā. Quod latè decalarunt Phil. dec. in c. cat. si clericū. q. 17. vera lata opin. principali est. Nic. Boer. in suis decisionib. q. 90. & nouis mē iact. Nevel. in tracta. crimin. in 1. c. incip. superioribus aen. nu. 11 pag. 20. ist. mei. & Marc. Anto. Blanc. ad 1. fin. ff. de quæsiōnib. nu. 20. 4. ver. confessio extra iudicis. post Lud. Carerium in tract. causerim. 5. septimum indicium est confessio extra iudicium, scilicet de delicto. nu. 1. pag. 36. Pet. Follerius in tract. iua. criminib. in verb. & si confitebuntur, versi sequitur vt videamus secundo loco de confessionibus extra iudicitalibus. num. 22. Huius conclusionis quoque meminerunt Iulius Clarus in libr. 5. senten. q. 21. ver. confessio extra iudicialis. & Claud. de Battandier in sua præc. criminis. Regul. 54.

## CONCLVSI O XXXIV.

**C O N S A N G V I N I S** si permitteretur à lege vel statuto facultas interficiendi reperitum in flagranti criminis, pollicenti si. secum socios & amicos sibi atscire, & adhibere vindictæ executionis, accid. vt proptera non punirentur. Bal. in repe. l. i. nu. 66. ver. sed quid dicemus. in fin. illius questionis. C. vnde vi. Pau. de Ca. in Irapores. nu. 6. c. de epi. & cle. Barth. Cepol. in tract. de serui. vrb. præd. c. 23. nu. 10. ver. et argumentum. & Traq. per multis aliorum Doctorum authoritatis in tract. de viro quo retract. in verb. de retract. lignagier. §. 26. nu. 71. ver. 3. intellige. Sed alij sententiam communem Doct. in contrarium esse arbitrantur, saltem quantum ad id, vt c. consanguinei ipsi possint adducere iocis vel extranceos, & curare per illos in terciis reperitum in criminis. vel vt retineamus Traq. verba, ut ipsi manu alter id faciant per doctrinam Baldi in l. vc. vim. nu. 7. in 6. q. ver. 6. queritur. ff. de iust. & iure. Cum permissione sit personalis, & statutum si retract. gradat offensum, nec egreditur personam, licet bene eos comitari, eisq; ad illi, nec propterea de sociatione vel favore teneri possint. Stepha. de Frederic in tract. de interpr. retract. in ultima parte. nu. 48. ver. & hæc in ferrī possent ad quæsiōnem, per legem, non est singulis. ff. de reg. iur. toto t. c. ne quis in cau. propria. Et hanc sententiam magis communem esse dicit Roland. à Valle, in con. 34. nu. 2. 1. 3. & 33. in 2. To. con. vbi ipse Pau. de Ca. dictum in illi posse traduci, q. illi quibus ius vindicandi compedit, possint secum socios & amicos sibi adhibere ad executionem, vñ dicitur, quam sine illis tutò peragere non possint. Quamvis & hanc Baldi posteriore sententiam aque aliorū Doct. tauriorem op. lat. appellauerit, tamen in criminalibus mitiorem partem ad absolvendū m. l. de interpretatione. l. sanctio legum. ff. de poen. sequendam. illi ipse volunt in l. i. y. vñ fructuarius. nume. 5. secundū no tabiliter. ff. de oper. noui nunciat.

## CONCLVSI O XXXV.

**C O N T R A C T U S** præsumitur vñlurarius, secundū magis communem opl. ex solo pacto de iure ouendo, cum modicitate preci. Aym. Crauer. in con. 1. 4. ver. non obstat. nu. 16. Licet multi voluerint ista duo non iustificare, nisi & adiit. terrium requistum, scilicet, q. empor si solitus scenerari. Quam sententiam magis communem appellat Socy. Jun. post Cepol. in con. 50. nu. 2. in 1. par. Sed priorem frequenter calculo à Doct. approbat. iste, adductis multorum Doctorum authoritatibus scribit Roland. à Valle, in cons. 40. nu. 12. cum seq. vbi ipse plures authoritates, quam vñluriorum in illa materia in vñramque partem congescit. in 2. Tom. consi.

## D

## CONCLVSI O XXXVI.

**E F V N C T** I ordinatio in feudo non admittitur in c. i. ibi, nulla ordinatio defensio in feudo manente, vel valente de successu. feu. c. 1. §. donare. Qualiter olim feud alien. poter. Quod ad eo generale est, vt vasallus non possit legare vel mortis causa donare feudum, sine cōlensu domini. Matth. de Afflit. in 6. §. donare. nu. 1. nec pro anima relinquare ibid. ibi, iudicato repro anima. & Fe. in c. que in eccl. sacerdū. nu. 70. atque Dec. nu. 32. ex de confit. vbi ab illis limitationes & declarationes adiçuntur. Quia prohibitus testari, prohibetur etiam feudum legare vel donare, idem Phil. Dec. in con. 1. 4. nu. 2. ver. nam dato quod concessio inuestitur & venditio valuerint & Cur. Jun. in tract. feuda. in 4. part. ex quibus cau. feu. amit. nu. 12. 5. §. penit. quarto an & quando vasallus possit de feudo testari. Quam conclusionem adeò receptam esse inquietunt, vt legatario etiam non debatur testimoniatio feudi. Jacob. de Sancto Georgio in tract. feuda in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo possint ipsi vasallii inuestiti testari num. 5. Quod quoque procedit si legatum factum

factum fuerit Ecclesiæ. Cur. Jun. in d. 4. par. in d. §. penul. quæro. ver. 5. videretur limitanda prædicta conclusio. Vbi ipse dicit hanc esse communem Doct. sententiam, quam etiam refert Roland. à Valle, in cons. 4. in. nu. 3. in Tom. 2. con.

## CONCLVSI O XXXVII.

2. DELEGATVS principis multam imponere potest, secundum sententiam Doct. communiter approbatam, referentibus Panor. nu. 12. Fel. nu. 9. & Phil. Dec. nu. 13. ver. successu. Al. b. queritur, delegatus multatque pos sit. in c. 4. incip. de causis ext. de offi. deleg. Licer alii censurint, tamen prior sententia receptio est. Alex. de Imo. in l. vni. nu. 13. & 14. ver. extr. gl. & ver. secundum fallit. Iaf. nu. 20. ver. limita tamen istam conclusionem, nisi sit delegatus principis. & Cagn. nu. 58. volentes indistincte recipi ( non considerato eo, qd multi uerint in ea sententia, delegatum principis de iure ciuii regulariter nō posse multat per l. 2. arguendo a specialibus. C. de sportu.) cu in causa delegata maior sit quoctue ordinario. c. fand. 2. ext. de offi. & potest. Iud. de le. Sed tamend delegatus principis maior, aut non sit grauen multatam imponere nō posset, quā imponere ordinarius. I. eos. C. de modo multat. & Alex. de Imo. in rub. nu. 8. ver. 4. per l. 2. ff. de offi. etus cui mandat est iuris dic. Atque hanc communem Doct. sententiam esse refutat Gaf. Valaf. in Imperium. nu. 22. ver. vlti. pro complemento. ff. de iuris. om. iud. in 1. vol. repe. & Roland. à Valle, in cons. 4. nu. 74. in 2. Tom. con. idq. que etiam de iure canonico procedit, quærit. Dec. contraria sententia defendat in d. c. 4. incip. de causis. nu. 13. II Ilus tamen rationibus bene responder Cagnol post alios in d. l. vni. ca. nu. 58. Non obstante eo, multas & aliquas differentias delegatio nis inter ius canonicum & ciuile receptas esse, cum quo ad impositionem multat non repertatur constituta differentia. Idcirco à iure ciuili perspicu determinante recedere non est in te grū. per c. 1. & 2. & quæ ibi Doct. non curat. extra, de noui ope. nunciat.

## CONCLVSI O XXXVIII.

3. D OTIS nomine si testator dixerit Margareta & Catarina, relin quo & assigno cultib[us] earum mille aureos, sicut sint coniuncte ver bis, tamen ex quo erant omnino vocatae ad diuerias res, quia partes as signate fuerant, que ad oculū ostendi potuerunt, non dabitur locus iuri accrescendi, si yna ex illis mortua fuerit. Itē si pater reliquerit mil le nomine dotis pro qualib[us] filiarū. Ita inquit Bar. in l. huiusmodi. §. quib[us]. ita nu. 2. dicens. Testator instituit filias suas in centum pro qualib[us], certe inter eas non est locus iuri accrescendi, quia separata quantitas assigna ur cultib[us]. Cuius sententiam reliqui Doct. ibid. Bal. & Aph. Cum. nu. 3. ver. vnde dicit. Bar. & Pau. de Ca. cōmuni ter approbarunt. & idem Bar. in l. re coniuncti. nu. 23. ver. secundum quæro nūquid inter coniunctos verbis tanū sit ius accrescendi. ff. de lega. 3. lo. de Imo. in l. qui filiab[us]. §. si quisita. nu. 2. ff. de leg. & fideic. 1. Alex. de Imo. in cons. 53. nu. 3. in lib. 2. con. Et hanc sententiam communem esse dicunt Iaf. in d. l. re coniuncti. nu. 10. 4. ver. ex ista fallentia. & Barth. Romuleus. nu. 92. versi. ex istis dictis Bartoli.

## E

## CONCLVSI O XXXIX.

2. M PHYTEOT A nō potest arbores fructiferas trucidare, sed benē cæduas, & si incidat priuatur iure suo emphyteotico, & expelli potest. Bar. in l. in fraudem. §. cōducitor. & ibi apostol. in verb. fructiferas cæduas. ff. de iure fil. Bar. nu. 3. & ali. Doct. in l. diuortio. §. si fundū. ff. fo. mal. in aucti. qui rem. nu. 6. ver. si item quia emphyteota in cōdendo arbores fructiferas. C. de sacros. eccl. Et hanc communem Doct. sententiam esse post plures alle gationes inquit Roland. à Valle, in con. 49. nu. 14. adiecta illa declaratione nu. 20. & in fi. consilij eam maxime procedere, vbi deterioratione fuisset notabilis, quæ tenderet ad perpetuam deteriorationem fundi. in 2. Tom. con. Quam latius declarat Iaf. in d. l. diuortio. in §. si fundū. nu. 4. versi. istam communem opinionem limita, quando extat inci sione sequeretur magnum damnum.

## CONCLVSI O XL.

2. Emphyteota per alienationē rei emphyteotica factam inconfusa domino non priuatur iure suo, etiam si res tradita fuerit emptori per constitutum. Quia requiritur actualis apprehensio possessionis. Iafan. I. f. nu. 132. ver. 19. quæro. C. de iure emphyt. Hippo. in suis sing. sing. 4. 11. & Ant. Neguan. in tract. de pign. & hypot. in 3. memb. 2. par. nu. 79. in 9. vol. tract. attestantes hanc sententiam communiter receptam esse. Sed Roland. à Valle, in con. 51. nu. 25. 2. 6. & 37. in 2. Tom. consi. dicit contrariam sententiam, magis communem esse, cum constitutus quantum ad effectum priuationis idem operetur, ac si emphyteota fundū actualiter tradidisset. Et hanc sententiam ab omnibus Doct. approba ri inquit Guid. Papa in cō. 14. 7. nu. 6. ver. item & histor. De quaqua sitione lac. disputat Roland. in con. 51.

## CONCLVSI O XLI.

3. EMP T O R qui ex vi paciē de retrouendendo, tenetur reuendere alteri, si rem empi tam alteri loca, & durante locatione redimatur, te netur redimens stare locationi factae per emporē. Bal. in l. 1. nu. 35. ver. item pone vendidi tibi fundū. C. de iure fis. lib. 10. L.udi. Gozad. in l. 2. ver. 2. 6. quæro. nu. 143. & Hieron. Cagnol. ver. 12. quaritur. nu. 77. C. de paciē inter emp. & ven. in 7. vol. repet. Et hanc Doct. commu nem sententiam esse meminit Roland. à Valle, in con. 49. nu. 3. in 2. To. con. vbi Doct. allegati rationes pulchrae sius doctrinæ retulerunt.

## CONCLVSI O XLII.

4. EPIS COP VS succedit in potestate exequenti testamēta in quibuscumque legatis, etiam non pīs hæredē non adimplente voluntatē defuncti. c. nos quidem. & ibi 10. de Imo. nu. 4. ver. nor. argumentū, qd id quod dicitur episcopum negligente hærede vel executor succede re in potestate exequendi, capit. si hæredes. & gl. in verb. ab episcopo. & idem Jo. de Imo. nu. 2. versi. nota argumentum pro opinione quæ habet, qd episcopū opus succedit in potestate exequendi testamēta, in quibuscumque legatis etiam non pīs. & Panor. ibid. nu. 7. versi. venio ad tertium. ext. de testa. & vltim. volunt. Et hanc opinionem magis com munem esse refert Alex. de Imo. in con. 239. nu. 12. in 6. vol. con.

## F

## CONCLVSI O XLIII.

1.  Eudi dominus directus si voluerit propter seruitum vel amorem patris, eo de functo sine filio masculo, filiam in uelire de aliquo feudo, hoc facere potest. c. . quæad. feud. ad filiam per incait. Quæ concessio etiam facta esset de feudo paterno & antiquo, agnatis primi inuestiti officere nō potuit. Ut communiter Freudis in c. 1. traxiderunt. Propterea Docto. illum texum de feudo novo, nō autem antiquo vel paterno intelligit, alio quin concessio non valeret, cūm de præ iudicio agnatorum agatur, quibus ex prima inuestitura ius fuit queritum. Signoro. de Homod. in con. 11. nu. 1. Nam dominus nūl potest in præ iudicium agnatorū. c. 1. de alie. feu. pater. & ita velle ornes Feudatis inquit Lu. de Gozad. in con. 8. nu. 1. ver. 9. nec princeps & lais in con. 8. nu. 26. ver. 2. in ter con. feud. Quam conclusionem, qd in feudo paterno vel antiquo dominus non possit præ iudicare agnatis non consentientibus, sibi lo cum vindicare, quando agnati quāvis transuersales, essent de descend entibus a primo inuestito, scribit post alios Roland. à Valle, in con. 41. nu. 27. in 2. Tom. vbi ipse adducit Paris. in con. 3. nu. 44. vol. 1. con. 26. nu. 123. & in con. 13. nu. 2. in eodem vol. affirment hanc communem opinionem esse.

## CONCLVSI O XLIV.

2. Feudi dominus directus potest respectu sui iuris & interesse con senire qd feudum transeat ad personas, ad quas de sui natura non esset tranliterum. Nam postquam ipsū feudum fuit apertum domino, haberipse dominus liberum arbitrium disponendi de eo. In re man da. C. mandari. Alb. Brun. in con. 65. nu. 3. in con. feuda. Curt. Jun. in con. 1. nu. 15. & permultas alias autoritates adductas per Roland. in c. con. 41. num. 23. Ex quorum authoritatibus constat hanc sententiam communiter approbari.

## CONCLVSI O XLV.

3. FEVD A T A R I V S sic è contumax non potest vigore istius contumaciae priuari feudo, nisi ter monitus fuerit, & non coparuerit, per tex. a. c. 1. de multe valal. qui contumax est. vbi & text. dicit. dominus vocat inilitum qui ab eo feudum possidebat, dicendo eum in culpare inquit, per quam feudum amittere debeat, hic non responder, que rur quid faciendum sit domino? Repondeo cum ad curia. in vocari debere, & si non veneris iterum debere cum vocari vique in spacio. tertio, septimo vel decem dierum, & arbitrio eiusdem curia. ter. man do. Quod si neque veneris ad tertiam vocationem, hoc ipso feudum anuirat, & idē debet curia dominum mittere in pollesionem. & ibi gl. in verb. tertiam vocationem. querit an vnum duntaxat edictum pro omnibus sufficiat. I. consentaneum. C. quomodo & quādo iudex. & responderet illud in feudo nō obseruari, scilicet qd pro omnibus editiūs vnum duntaxat proponatur. Quam sententia communiter iuris feudalis interpretes lequitur. And. de ller. ibid. nu. 1. ver. hac citatio. nu. 2. ver. vel. speciale. & nu. 4. in fi. ver. negari non potest. Bal. nu. 1. & 2. Aluor. nu. 6. ver. quæro cum gl. 2. Praepos. num. 1. & 2. & Matth. de Afric. ver. 8. no. ex tex. Quod ad hoc vltimus dicitur è contumax, debet esse ter citatus cum spacio 7. vel 10. dierum pro qualib[us] citatione, nec suffici semel citare cu spacio 30. dierum, quia tex. iste expressè requirit triplicem citationē, & sic una citatio pro omnibus cu peremptorio non sufficeret, & ibi ab ipso nonnulla limitatione eius doctri na adjecta suntur. Jacob. de S. Georg. in tractat. de feud. in verb. dicit que va lat

# Commu.opiniones, Centu. V.

49

vasallus promiserunt non committere Feloniam.nu.46.verfi.21. causa est, si vasallus trina vice citatus pro causa feudali nunquam compa- ruerit, Dominus post trinam citationem mittetur in possessionem ipsius feudi. & ita omnes afferere meminit Roland. à Valle, in con. 47. numer. 61.

## CONCLVSIONE XLVI.

**4** Feudum ligium est pro quo vasallus de feudo inuestitus, contra omnes homines fidelitatem domino debet, nullius alterius fidelitatem excepta, glo. in Clem. pastoralis. in §. rursus. verb. homoque ligius. & libinot. nu. 3. ver. quero quis dicatur homo ligius. Cardin. Zabarel. & Apostilla. in litera E. ver. quis dicatur homo ligius. de sent. & re iudic. Bal. in prælud. feudo. ver. alia diuissio feudorum. nu. 52. & Prepositus nu. 5. 4. ver. 13. diuissio. & Bal. in con. 291. nu. 1. 2. & 11. in 2. vol. confi. lal. super vñibus feudo. nu. 106. ver. septima diuissio feudorum est, aliud li- gium, aliud non ligium. Quam descriptione iuris interpres cõmu- niter approbare, cum adiecta vñteriori declaratione quid legalitas, quid homagium, quid fidelitas dicatur, Item an vasallus ligius duorum dominorum ex necessitate vel ex incidenti effici posset, necnon si va- fallus ligius promiserit priorem dominum & nullum alium iuvare, posset tamen ad hoc auxiliari secundò per substitutum, scribit Roland. à Valle, in con. 43. in 2. Tom. con.

## CONCLVSIONE XLVII.

**5** FILIA M dotatam patri ab intestato succedere non debere, si ita statuto prouisum fuerit, pater condidit testamentum, instituit filios, & filiam præterit, filia præterita impugnat testamentum, fratres contra illam, quod vigore statutis sit exclusa, opponunt, responderet ipsa, statu- tum excludere ipsam loßimodo ab intestato, vnde statutum non est ad casum confecti testamento trahendum. Quam sententiam pleriq[ue] approbarunt. Bal. tamen contrariam sententiam consulendo ample- xus fuerat, cuius sententia cõmuni est, videtur referente Christoph. Portio, in fit. de exhare. libe. nu. 2. 2. ver. & in fit. ad quæstionem fre- quentem, circa fit. tit. per rationes. Quia cui non competit ius petendi legitimam, non competit ius rumpendi testamentum. I. Papinius. §. sed nec impuberis. ff. de inof. test. Deinde ipse addit. materiam patri ne conficeret testamentum dari, sed tandem inquit potius consuli, ut pa- ter filiam dotatam, volens condere testamentum, institutum in duodecim imperialibus vna cum dote, ne præterita, dicat testamenti nullum. secundū gl. in 1. 3. §. proinde. in verb. patrimonium est. ff. de minoribus 25. annis. Quam doctrinam latius ibid. Alb. nu. 13. & 14. prosequitur, & inquit Bar. in d. 1. 3. §. sed verū in fit. ita obseruari de facio, cuius qua- stionis mentionem faciunt lal. in auth. nouissima. num. 13. & 46. C. de inof. testa. etiamque latius explicarunt Io. Dilect. in tract. de arte testan- di. tit. 3. Caurel. §. nu. 2. & Iul. Clarus in lib. 3. senten. §. cesta. q. 44.

## CONCLVSIONE XLVIII.

**6** FILIUS naturalis ali non debet ab hærede patris defuncti, quan- do ex operibus, & ingenio suo, vel saltem ex famulatu sibi vñctum ac- quirere potest, per doctrinā Bar. in 1. i. quis à liberis. §. sed si filius, vñ- ipse voluit, & filius legitimus, qui se ex operibus suis atere potest, alime- ta petere non poscit. ff. de libe. agnos. vnde idem Bar. scribit, filio robu- sto & fano nihil operanti à patre alimenta denegari posse, modò se- cundū conditionem natum operari ei non esset verecundū. Bar. in 1. vñc. nu. 7. C. de mendican. valid. li. 11. Laur. Calcan. in con. 59. nu. 10. in fl. Phil. Decin. com. 576. & Bal. Nouel. in tract. de dote in 6. par. in 16. priu. Vnde haec sententia multis tanquā cõmuni videtur, sed Aym. Crauet. in con. 199. permulta argumenta tuerit, qñ nihilominus pater si velit, poscit ei reliquie pro alimentis, quia non poterit semper lu- crari, nec semper se alere, & ita quoridie practicari scribit Car. Mol. in annot. ad con. Dec. in d. con. 576. in verb. quādō à seipso. De qua quæ- stione copiose quoque scribit Roland. à Valle, in con. 54. in 2. To. con.

## H

## CONCLVSIONE XLIX.

**7** AEREDES sui & necessarij non præsumuntur habere scientiam eorum que in testamento continetur, secus in hæredibus extraneis, quia illi præsumuntur habere scientiam fideicommissi, & cæterorum contentorum in testame- to. Secundūm doctrinā Bar. in 1. i. ius qui. verfi. , nota. num. 29. ff. de rebus creditis. & in 1. qui Romæ. §. duo fratres. verfi. 3. quero. nu. 13. ff. de verbo. oblig. Quam sententiam latius declararunt Alex. de Imol. nume. 8. ver. sexto nota. lal. in §. quod si stipulatus. nume. 4. in d. eius qui. & in d. §. duo fratres. Alex. num. 53. ver. primo inquantum & lal. nume. 5. ver. tertio quarti. Bar. Et Bar. sententiam communem Doc. opinione esse referunt Maria. Socy. Jun. in con. 118. nu. 30. in fl. con. & in con. 123. nu. 17. in 1. parte con. & Hiero. Cagnol. in 1. qui in alte- riis locis, qui vero communis scribentium sententia est. ff. dereg.

iur. Quam tamen conclusionem fusis explicarunt prædicti Doc. Ri- paind. §. duo fratres. ver. circa tertiam quæstanu. sc. cum seq. & Rolan. à Valle, in con. 36. in 2. Tom. con.

## CONCLVSIONE L.

**2** HOMICIDIO commisso oritur criminalis accusatio ad poenit. legis Corne. de Sica. ac etiam actio in factum ad interesse, per quam tenerur occisor vel vulnerans ad expensas medicorum, & operarum illius interfecti vel debilitati. l. fl. ff. de ijs qui detecerint. lex hac lege. ff. si quadrupes pauperi. fecit. dica. Spec. in tit. de iniur. §. se quitur. verf. sed nunquid pro libero homine occiso. nu. 3. Panor. in c. 1. nu. 6. ver. vi- terius quero. ext. de iniur. & dam. dato. Hipp. de Mars. in con. 115. nu. 19. & in con. 31. ver. nam de fure communi. nu. 4. & . . . suis sing. sin- gu. 57. incip. proximis superiori. us diebus. Robert. Meran. in tracta de ordin. iud. in 4. par. 1. distin. ver. similiter si is con. missum homicidiu. nu. 4. Ioan. Bapt. Plotus in tract. de iniur. §. 4. incip. homicidiu ergo. Henr. G. Goeden. in confi. 102. in ord. ver. non sit ergo hic estimatio. nu. 2. 4. Carer. in sua pract. crimin. §. sequitur de alijs poen. corporalis. us. nu. 47. pag. lib. mei. 1. 26. in fin. & Roland. à Valle, in con. 39. vbi ipse inquit. nu. 14. communem opinionem esse, estimationem tra- viti occisi fieri debere iuxta l. hæreditatum computationi. ff. ad 1. Fal- cid. in 2. Tomo confi. Ita c. quoque ante illum. & alios per Roland. cito- toras erit Specu. in d. §. sequitur. nu. 6. ver. sed vtque ad quod tempus estima- buntur opera. Sequitur etiam Pet. Rebuff. in 1. vñca. verific. & haec estimatio. nu. 22. & secundūm impressionem Lugnen. Anno, &c. 66. nu. 40. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

## CONCLVSIONE LI.

**3** HAERETICO fratri carnali potius quam catholico extraneo subueniendum est. i. & ibi gl. in verb. fideles. distinc. 30. Panor. in c. 1. fi quis. nu. 2. ext. de hæret. Et hanc communem sententiam esse dicit Ni- co. Arelatan. in tract. de hæret. in notab. 22. in vol. tract. crimin. vener. Anno, &c. 70. impressorum. pag. 141.

## I

## CONCLVSIONE LII.

**1** NIVRIARVM actio omnianalis est, referente Ol- dendorp. qui quid nonnulli disputerunt diuersum esse, de iniuria, vt ipsi vocant, reali. si non conuicti. C. de iniur. in tract. de vñc. & prescript. cap. de act. inter cer. temp. exercend. ver. vñc. anni. nu. 12. in 8. volu. tract. Et hoc quoque affir- mat Pet. à Placa in epito. delicto. c. 6. circa fl. reliquum est. post num. 43. inquiens: Quo sit si infra annum actio iniuria alluci illata non proponatur, anno tantum finiri ac prescribi. Quam communis confen- si receptam sententiam intelligendum fore existimo, sive iniuriarum actio iure Cælare descendat, iure prætorio, anno semper præfin- tur, nec longiori tempore extenditur ex glossi communis consensu ad- missa in verbo, triginta. in 1. 2. C. de constit. pecun. glo. in §. in verbo, constitutionibus. Inisti. de perpet. & tempo. act. & glo. in verbo, intro- ductis. §. fed & l. Cornelii. Inisti. de iniur. Et hanc opinionem Doc. com- munem esse referunt Phil. Dec. in con. 102. nu. 19. & Ioan. B. apist. de Plot. in con. 31. nume. 19. in Tom. 1. con. ad causas criminis. recens edito- rum. Licer alij contrariam sententiam amplexi fuerunt, quos recenset Roland. à Valle, in con. 39. nu. 15. in 2. Tom. con. Sed cum præstantissi- mus I. C. Ioan. Richard. Sen. cuius virtus & eruditio non solum Germanis, verum etiam alijs nationibus nota & perspecta est, in addit. ad communis opin. Baptiste à Villalobos, in verbo, actio iniuriarum. in lib. 1. & eius filius Raymund. Pius Fichar. I. C. Dominus & Collega meus, in 2. lib. Commun. Op. in verbo, iniuriarum actio tollitur per- lapsum anni, de hac sententia mentionem fecerint, et o studiosos re- mitto.

## CONCLVSIONE LIII.

Iniuriarum actio tollitur per conuersationem habitam cum offen- fore. §. tñna. cum gloss. in verbo, dissimilatore, & ibi Ioan. de Plate. in princ. Inisti. de iniur. non solum §. iniuriarum actio. ff. de iniur. lal. in 1. ver. nota etiam. in fin. gloss. nume. 15. ff. de pact. Et hanc communem Docto. sententiam esse referunt Pet. à Placa in epitom. delictor. capit. 6. ver. carcerum. nume. 4. & Iul. Clar. in lib. 5. senten. §. iniur. ver. siem tollitur. Quam ramen doctrinam intelligentio. Fab. & Ang. Aret. in princip. d. §. si motu proprio conuersatio illa habita fuerit.

## CONCLVSIONE LIV.

Iniuriarum actio quando intentatur ad vindictam sive ciuiliter sive criminaliter, non potest postea alia via agi, sed vna tollitur per aliam, quia vtraque ad vindictam tendit. verum si primò actum sive reat. tollit. restitucionem damnis securit ex iniuria, & sic rem familiarem pro sequi, postea ramen ciuiliter vel criminaliter ad vindicandam iniuriarum

Commu. op. To. 3.

D

agere potest. I. prætor. §. i. & ibi Bar. nu. i. ff. de iniur. & famo, libel. & l. & ibi Bar. C. quādo ciuil. act. criminis præiud. Et hanc communem opinionem Doct. esse inquit March. de Affl. in §. iniuria punitur. nu. 5. ver. tu dic q. veritas est, de pace iuramen. firm. & de poen. iudicibus impos. qui iust. facere neglexe.

## CONCLV SIO LV.

**4.** Iniuria quando est notoria, & poena est arbitaria, runc quis iudex esse non potest in causa propria. Panor. in c. cum venient. quem Doct. communiter sequuntur referente Dec. ibidem. nu. 6. ver. Ethoc sanè intelligitur, quando poen. quæ imponitur pro delicto notorio certa sit, secis si arbitrio iudicis imponatur. extr. de iud. Idem Dec. in l. qui iurisd. 11. l. 1. nu. 6. in 8. fallent. Zaf. nu. 11. ver. hæc regu. l. ff. de iurisd. om. iud. Roland. à Valle, in con. 48. nu. 16. in 2. To. conf.

## CONCLV SIO LVI.

**5.** Iniuria quādo est facta officiali non prætextu dignitatis, sed odij particularis, iudex esse non potest in causa propria. Cy. in l. vñica. circa si. quem alibi sequuntur. C. ne quis in sua causa iud. vel ius sibi dicat. cum iniuria personalis præualeat. l. eum qui. §. si iniuria mihi. ff. de iniur. Licet secundario pertineat ad dignitatem. Etsi hanc sententiam communis calculo receptam esse testatur Roland. à Valle, in conf. 48. nu. 7. in 2. Tom. con.

## CONCLV SIO LVII.

**6.** Iniuria punitio ad ipsum officiale offensum pertinet, vt ipse possit esse iudex in causa propria, cum iniuria sit notoria secundum Cy. in l. vñica. ver. i. casu. C. ne quis in sua causa. Doct. in c. i. de poe. lib. 5. Bar. in l. si quis. §. si quos. ff. de poen. Ang. Areti. in tract. de malef. in verb. hæc est quædam inquisitio. num. 88. ver. quæro an iudex possit. Quæ doctrina vera est & communiter recepta referente Roland. à Valle, in con. 48. nu. 14. in 2. Tom. con. Quādo iniuria illata iudici suisset notoria, quia facta publicè & sub præsenti populi, nam tunc cum sit facta notoriè iudex ipse posset punire. l. si. l. qui iurisd. 11. nu. 3. ver. limita tamen quando iniuria esset notoria. ff. de iurisd. om. iud. vel si esset illata coram decem hominibus, quia quod decem homines videtur, dicitur notorum. Cy. in l. ea quidem. nu. 2. ver. in secundo notorio. C. de accus. vel iniuria sit ipso iudice sedente pro tribunali. Alber. de Gandin. in tract. de malef. in rub. de poe. cor. nu. 26. Guid. Pa. in Dec. Gratianop. q. 557. cum similib. adductis per Roland.

## CONCLV SIO LVIII.

**7.** IVRIS DICTIO in genere comprehendit etiam merum & mixtum imperium. Bar. in l. imperium. in 3. q. nu. 4. ff. de iurisd. omn. iud. Idcirco si à principe alicui concedatur simpliciter iurisdiccionem in loco certam merum imperium concessum videtur, quia beneficia principis latè debent interpretari. l. ff. de consti. prin. & ibi notat Bal. nu. 3. versi. item nota, q. si princeps donat mihi iurisdictionem alicuius castrorum, videtur mihi omnem iurisdictionem donare, quia est nomen generis, & omnes redditus castrorum ciuilium & criminalium pertinent me. & Oldra. in con. 2. 2. incip. ad quæst. ver. mihi autem Oldrado verius videatur. Alex. de Imo. in con. 35. nume. 1. in lib. 4. con. Phil. Dec. in c. licet castrum. nu. 1. ver. sed his non obstantibus, extra, de proba. & in d. l. imperium. nu. 2. 6. vbi ipse iaso. per stringit cōtrariam sententiam approbat, per quatuor fundamenta ab ipso ibid. nu. 11. 12. & 13. relata. Quamvis iason priorem sententiam ab omnibus approbari. d. nu. 11. ver. tu aduertere, dixerit, quæ & cōmunem multi Docapellarū Dec. d. l. imperii. nu. 2. 7. Alciat. in c. quod sedē. nu. 2. 7. ver. puto contraria op. quæ est magis cōmuni, esse veriorum. & nu. 2. 8. ver. stat ergo firma conclusio. Et hanc communem esse post multos allegatos Doct. quoque Roland. à Valle, dicit in con. 4. 2. nu. 16. cum seq. in 2. volu. con. Quamvis Zaf. noster in d. l. imperium. nu. 48. putauerit contraria assertionem, quod iurisdictionem concessa merum & mixtum imperium non veniat, nisi princeps largissimam vel omnimodam iurisdictionem largiretur, veriorem esse. De qua facit etiam mentionem Caro. Molin. in consti. Paris. §. 1. glo. 5. nu. 48. & insuis addit. ad con. Alex. in d. con. 35. in ver. larg. littera D. & in additio. ad lect. Dec. in d. c. licet castrum. verb. aliud. littera A. meminit nouissime Valq. Mæchæt. in lib. 1. controuer. illustr. c. 3. nume. 9. ver. tertio colligitur. Sed Fel. distinguendum est in hoc casu arbitratus est. Aut Imperator vel princeps concedit alicui locum cum iurisdictione per viam donationis & investiture, tunc comprehenditur eo casu merum & mixtum imperium. l. 9. cum verbem. ff. de offi. præfeci. vrb. Si vero princeps concedit alicui iurisdictionem non per modum donationis vel iugementi, sed ut exerceat magistratum, tunc non comprehenditur hoc casu merum & mixtum imperium, nisi dicteretur, omnimodâ vel plenissimam iurisdictionem cōserimus in d. c. quod sedem. c. r. f. ver. cogitabam duos casus. Cuius distinctionem refert Jasper. Valascus in d. l. imperium. nu. 38. ver. item addo. Quam seculi videntur communiter

Moderni R̄mina. Cur. Aquens. Tauten. & Portuga. referente Hiero. Cagnol. ibid. nu. 91. 92. & 93. Cæterum priorem sententiam magis Doct. approbare ex eorum scriptis liquet. Alex. de Imo. in l. 1. nu. 2. ff. de offici. eius cui manda est iurisd. lo. Baptis. in d. l. imperium. nu. 6. versi. tertio quæro. Valas. nu. 3. 4. ver. circa tertiam questionem Bartoli. Purpura. nu. 61. Papien. pract. in form. libel. in act. confessoria pro seruit. in verb. plenam & omnimodam iurisd. nu. 1. ver. ad propositum. nu. 2. ver. per hoc auctem. Quam quoque approbat Didac. in suis pract. q. c. 1. quæst. vlti. ver. 2. ibi conceditur. & versi. tertio & quarto regulariter. qui omnino videntur est, cum ipse illam materiali bonis adductis distinctionibus explicaverit.

## CONCLV SIO LIX.

Actus ad introducandam consuetudinem necessarij, debant ne iudiciales esse: an vero sufficiant extra iudiciales. q. 11.  
Actus iudicarius sufficit ad probandum consuetudinem: quatenus scilicet per eum detegitur, & declaratur consensus populi. ead. q.  
Consuetudo an liger subditos extra territorium. q. 12.  
Cuius loci consuetudo consideranda & inspicienda sit, in his scilicet quæ concernunt atque respiciunt processum, instantiam, sive ordinacionem iudiciorum, in quo celebratus est contractus, an vero eius, in quo iudicium exercetur, seu lis ventisatur. q. 13.  
An simile consuetudinis vincat legem scriptam. q. 14.  
Lex reprobans, & prohibens seu tollens consuetudinem, intelligitur sicut de consuetudine futura, quam præsente. q. 15.  
Quod remedium, quæve actio oriatur ex consuetudine, & quomodo in iudicium dederatur. q. 16.  
Relecta & reprobarata opinio Bartol. & Angel. tradentium, ex contractu nominato à consuetudine inuenito, actionem nominatam ex contractu oriri, & non conditionem ex mortibus. ead. q.  
Consuetudo augens, vel diminuens solennitatem numeri testium, de jure communis requisitam in ultimis voluntatibus, an valeat. q. 17.  
Consuetudo, ut quis possit cedere ligna, vel animalia pascere, intra limites alijus territorij, an valeat. q. 18.  
Virum valeat consuetudo, quod in causa criminali, vbi imponitur pena mortis, possit interuenire fideiussor: & quod quis pro alio puniatur pena corporali. q. 19.  
Doctori adherentis consuetudinem sic esse, an & quatenus credendum. q. 20.

## QVÆSTIO I.



V AERO, An consuetudo perdat vires suas, si redigatur in scriptis: Respon. quod non, secundum Communem & receptam Doct. sententiam, ut firmat Sylvest. Aldobran. in §. ex non scripto. nu. 4. Inst. de fur. natur. gent. & ciui. L. acer enim consuetudo, quatenus est in fieri, & quatenus in esse introducitur, illa dicitur, quæ scripta non est, tamē postquam est in esse producta, potest in scriptis redigi ad probationem sed scripta

ra non est de essentia & natura consuetudinis, secundum Docto. com muniter in l. de quibus. ff. de legib. & in l. 2. ff. de vulga. & pupill. c. fin. de consuet. vt firmat Aldob. vbi supra. nu. 3. & Deci. in Rubr. col. 1. & seq. ext. de consuet.

## QVÆSTIO II.

Q V A E R O. Quid sit consuetudo? Respon. Bart. in d. l. de quibus. definiit, quod consuetudo sit ius non scriptum, moribus & viu populi, vel à maiori parte illius, ratione initiatum, & continuatum, & introductum, habens vim legis. & dicit Dec. d. Rubr. de consuet. col. 2. quod hæc definitio communiter approbata est.

## QVÆSTIO III.

Q V A E R O. An valeat consuetudo quæ est contra Ius naturale? Respon. quod non. ita probat tex. c. fin. & ibi Abb. & Doct. ext. de consuet. Rochns Curt. nu. 78. eandem opinionem firmat Alber. Brus. in consi. 43. Guliel. Mainer. l. quoties. nu. 86. ff. de reg. iur. Pau. Paris. con. 78. nu. 193. vol. 4. Alex. in consi. 196. nu. 13. vol. 2. & eam dicit esse communem Sigismund. Lofred. consi. 50. nu. 51. & Laurent. Sylvanus consi. 10. nu. 39.

## QVÆSTIO IIII.

Consensus populi requiritur ad consuetudinem introducendam, vt est tex. exp. res. d. §. ex non scripto. ibi, consensus vietum.

Sed dubium est, An requiratur tacitus consensus totius populi, an vero sufficiat consensus maioris partis: & communis & vera essentia, quod sufficiat consensus maioris partis. ita concludunt Doct. communiter in Rub. ext. de consuet. Felin. c. 1. de treug. & pace. & hæc esse communem opinionem firmat Sylvest. Aldobran. d. §. ex scripto. nu. 11. Inst. de iure natur. neque tamen requiritur, quod major pars de populo viratur, vt populus, sed vel homines de populo. Satis enim est, quod aliqui virantur, & actus illorum transeant in notitiam populi, vel maioris partis. Pet. de Anchor. d. cap. fin. vbi Curt. in s. requisito.

## QVÆSTIO V.

Sed nunquid in maiori parte populi omnium de populo habetur ratiō: Respon. quod non, sed illorum, qui habent consensus habilem ad legem condendam, exclusi illis, qui consensus habilem ad legem condendam non habet, quales sunt maiores 15 annis, infantes, mulieres, suriosi & similes, ita tenet Bart. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Anto. de Bur. Abb. & Curt. d. c. fin. & est communis opinio, ut firmat Aldobrand. d. §. ex scripto. nu. 13.

## QVÆSTIO VI.

Q V A E R O. Quanto tempore inducatur consuetudo? Respon. Glo. in d. §. ex non scripto. verb. diuturni. finaliter concludit, ad consuetudinem introducandam requiri longum tempus, quod decennium denotat, secundum communem & receptam Doct. sententiam. Ita tenet Abb. d. c. fin. quem sequuntur ibi Doct. Faber. d. c. ex scripto. nu. 9. glo. & Bart. nu. 14. d. l. de quibus. & Iaf. nume. 4.1. asserens hanc esse communem opinionem. Eadem dicit esse communem Aldobran. d. §. ex non scripto. nume. 19. & ibi Christopho. & eam tenet Thomas Gram. deci. 6.4. Crater. tract. de antiqu. tempor. 4. par. in princ. nume. 9. quamvis contrarium, sed male teneat Angel. d. §. ex non scripto. nume. 13.

n. 13. & hoc verum est de iure iusti, siue consuetudo sit contra ius, siue praeter ius, ita communiter tenet firmant prefati Doctor. & tenet Auto. de Bur. d.c.fin.las.d.l.de q. libus.nu.43. & tam firmat Corn. in consil. 125.lib.4.

Hanc communem conclusionem limitat Abb. in c. 1. nu. 4. de treu, & pace, vt non procedat, quando consuetudo est contra legem, que nunquam fuit recepta in obseruantia ignorante superioris, quia tunc secundum cum requiritur prescriptio ex annorum. Sed in contrarium est communis opinio, quia in practica durum esset recedere, ut firmat Rochus de Curte in tract. de consuet. numer. 303.

## Q V A E S T I O VII.

Sed quid de iure canonico, nunquid ibi indistincte quoque sufficit decennium? Respon. quod non, sed si sit contra ius, requiritur spaciun 40. annorum. De hoc est tex. expressus. d.c.fin. lib. non sufficit consuetudo longea. Et ibi not. Abb. Jo. And. & Doc. communiter nu. 11. Eadem sententia firmat glo. cap. fin. cod. tit. lib. 6. Bart. las. numer. 43. & 44. & Doc. de quibus ff. de legib. Alex. consil. 68. nu. 6. vol. 2. Aym. Crauert. in tract. de antiqu. temp. 4. par. prin. nu. 7. & 8. Rochus de Curte in tract. de consuet. numer. 293.

Si vero consuetudo sit praeter ius, sufficit spaciun 10. annorum, etiam de iure canonico, Abb. Panor. d.c.fin. num. 11. de consuet. Eadem opinionem tenet Oldrad. in consil. 285. numer. 3. & ita communiter tenet firmat Pet. a Duen. in reg. 139. & eam tenet Aret. consil. 23. numer. 11. Abb. & Felin. c. statuimus, de maior. & obed.

## Q V A E S T I O VIII.

Sed quero, Nunquid in inducenda consuetudine requiratur scientia principis vel superioris? Respon. quod non, ita tenet Panor. in c. fin. num. 13. ext. de consuet. quem sequuntur ibi Doct. & in specie Barbar. nu. 71. dicit haec esse communem opinionem, & eam tenet etiam Corn. consil. 155. num. 7. vol. 4. Alex. consil. 6. num. 4. vol. 1. Glo. c. fin. istis ff. leges. glo. fin. 4. distinet. Eadem opinionem tenet Geminianus c. frustra. 8. distinet. Vbi dicit quod glo. & Doct. contrarium tenentes communiter reprehendunt. & ibi Praepos. num. 9. Abb. consil. 7. vol. 2.

## Q V A E S T I O IX.

Sed quid in consuetudine, quae sit contra reservata principi, nunquid in ea requiratur eius scientia? Respon. in hac quest. est controvergia inter glo. & Doct. Nam glo. in c. p. n. de filiis presbyt. vuln. hoc causad consuetudinem inducendam requiri scientiam principis, & eam sequitur Gemi. c. in summa. 11. distinet. Bart. l. si publicanus. ff. in omnibus numer. 1. ff. de public. & v. c. g.

Contrariaam opinionem tenet Ioan. de Imol. d. 5. in omnibus, quem sequuntur plures alii relati per Felin. c. cum nobis. vbi candem sequitur. nu. 2. de praescript. las. l. imperium. nu. 21. ff. de turisd. om. iudi. Hanc dicit esse communem Alex. in consil. 6. numer. 6. vol. 1. Bald. in tract. de praescript. 2. par. 3. part. prin. q. 6. num. 22. Jacob. de S. Georg. tract. feud. verb. cum mero & mixto imperio. nu. 20. & Alex. consil. 125. nu. 1. vol. 2. Aldat. l. munus. ff. de verb. sig. Curt. junior. consil. 158. nu. 12.

## Q V A E S T I O X.

Q V A E R O. An ad consuetudinem inducendam sufficiat vniuersitatis actus, an vero plures requirantur, & quod? Respon. Communis & recepta est Doct. sententia, non sufficere vniuersum actum, quamuis notorum, habentem tractum temporis, sed requiri, quodammodo minimum duo interuenientia actus, si isti sint valde notori, si minus tot talesque, actus, tres vel plures, ex quibus verisimiliter colligi possit, hos actus ad nosdam populiperuenisse. Iudicet tanquam bono viro estimante, Ita tener glo. & Ang. nu. 11. d. 5. ex non scripto. Bart. l. de quibus, in lect. nu. 11. & in repet. num. 12. Bald. nu. 15. & las. nu. 5. Bart. l. 2. num. 12. C. quae sit long. consuet. Roch. Curt. tract. de consuet. vbi communem asserunt. Quamvis vnicum actum sufficere male teneat Fab. d. 5. ex non scripto. num. 5. Abb. d.c.fin. num. 17. Corn. consil. 290. lib. 2.

## Q V A E S T I O XI.

Sed quero, nunquid huius actus debent esse iudiciales, an vero sufficiant extra iudiciales? Respon. Communiter receptum esse, non requiri, quod actus sint iudiciales, & hoc probatur manifeste, quia consuetudo introducitur, ex vsu & moribus hominum, ergo non requiritur necessario actus iudicarius. Iacet verum sit quod ex actu iudicario introducatur consuetudo, puta quia iudex iudicavit contra I. populo sciente, & non contradicente. Ideo que actus iudicarius sufficit ad pbanda consuetudi. non ut actus iudicarius, sed qd illius actus detegitur consensus populi. Hanc opini. tener glo. c. frustra. distinet. & Ioan. Andr. Anto. de Bur. & Imol. d.c.fin. & ibi Abb. nu. 16. Curt. in 6. requisito. & eam dicit esse communem Socin. in consil. 99. col. 1. Corn. consil. 39. col. 3. in fin. volu. 1. consil. 155. col. fin. lib. 4. & hanc tenet quoque Bald. in consil. 210. lib. 1. las. in consil. 49. col. 2. lib. 1. Eadem dicit esse communem Aymon Crauert. in consil. 55. incip. reuocatur. col. 2. vers. non obstat. nu. 6. & tener Abb. consil. 73. lib. 2.

## Q V A E S T I O XII.

Q V A E R O. An consuetudo liget subditos extra territorium? Respon. quod non, ita tenet Gemina. c. vt animarum. s. 1. de confit. lib. 6. quem sequuntur ibi Doct. Eadem opinionem quoque ample citat Bart. l. nu. 50. C. de sum. trinit. Et eam dicit esse communem Felin. c. à nobis. el. 1. nume. 6. ext. de sentent. ex com. Alex. consil. 111. nume. 2. vol. 1. Rochus de Curte in tract. de consuet. numer. 729.

## Q V A E S T I O XIII.

Q V A E R O. An in resipientibus processum, instantiam siue ordinationem iudicij, sit in spicienda consuetudo loci contractus celebatur, seu iudicij? Respon. quod communis & recepta Doct. assertio est, locum iudicij inspicendum esse. Ita tener glo. c. quod clericis, de toro compet. quam communiter approbatam esse firmar. Petrus. a Duen. reg. 147.

## Q V A E S T I O XIV.

Q V A E R O. An simile consuetudinis vincat legem scriptam? Respon. quod non, ita probat tex. in d. l. de quibus ibi, tunc quod proximum & consequens est, vbi vult, quod si in casu occurrente deficit lex scripta, tunc recurrimus ad simile consuetudinis. Hanc opinionem tenet Doct. communiter ibi, excepto solo Fulgos. ut firmat ibi las. in repet. numer. 14. & seq.

## Q V A E S T I O XV.

Q V A E R O. An lex reprobans consuetudinem intelligatur tam reprobare presentem, an quoque futuram? Respon. Verior & receptor est sententia, quod etiam consuetudo futura reprobetur, ut firmat Alex. de Imol. l. si non special. C. de testam. per tex. l. si seruitus. ff. de seruit. vrbani. præd. Et not. per Bart. & Doct. in l. si mihi & tibi. s. Lu. c. ff. de leg. 1. Eadem dicit esse communem opinionem las. d. l. de quibus numer. 55. Hier. Schurff. in consil. 92. Cent. 2. & in consil. 75. consil. 58. Cent. 3.

## Q V A E S T I O XVI.

Q V A E R O. Quod remedium ex consuetudine oritur, & quomodo in iudicium deducatur? Respon. Dic, ut dicit Bart. in d. l. de quibus. in lect. nu. 16. & in rep. nu. 19. & ibi las. numer. 86. quorum sententiam communem Doc. calculo approbatam esse firmat Rochus de Curte. d. tract. suo. de consuet. Schrader. d. 5. ex non scripto. præterquam in eos quod Bar. & Ang. tradunt, ex contractu nominato a consuetudine intento, actionem nominatam ex contractu oriri, & non conditionem ex moribus. In hoc enim illorum sententia communiter reprobata est, ut refert las. in l. vnicam numero. 8. & 9. ff. de condic. ex l. & in prælud. feud.

## Q V A E S T I O XVII.

Q V A E R O. An consuetudo valeat augens vel diminuens, solenitatem numeri restium de iure communi requisitam in ultimis voluntatibus? Respon. quod sic, ista est communis opinio, ut firmat las. in l. cunctos populos. C. de sum. trinit. vide quae latè dixi cap. 3.

## Q V A E S T I O XVIII.

Q V A E R O. An valeat consuetudo, quod quis possit ligna incidere, vel animalia pastulari, intralimites alius in territorij vel agric. Respon. quod sic, ita communiter asserere firmat Abb. ca. dilecti filii. nu. 7. de arbit. dummodò consuetudo non sit violenta. Eadem opinio tener Paris. in consil. 27. numer. 3. vol. 1. Dec. consil. 350. Eadem tenet Bertrand. consil. 255. numer. 7. vol. 1. & consil. 7. numer. 4. vol. 4.

## Q V A E S T I O XIX.

Q V A E R O. An consuetudo valeat, quod in causa criminali, vbi imponitur poena mortis, possit interuenire fidetur, & quod alius quis pro alio puniatur poena corporalis? Respo. quod sic, ita tener glo. in c. cum homo. 23. q. 1. quam sequitur Roma. in fin. 129. August. Ari. mi. addit. ad. Ang. in tract. malefici. verbo, pro quibus Antoninus fides fuisse, numero primo. Cepol. repel. l. si fugitiu. numero. 61. C. def. fugit. Dec. cap. 2. numero octauo. in prima lect. & in lectur. 2. numero 26. ext. de constit. & in cap. secundo numero 58. de probat. Chassanæ. in consuetud. Burgund. sit. des iustices. Rubr. 1. s. 5. fol. 59. numero 167. Et hec videtur communis opinio, ut firmat Pet. a Duen. reg. 33. l. lit. 3. Iacet contraria. tenet Felin. d. capit. 1. secundo. de constit. & d. c. 2. nu. mer. 8. de probat. ad cuius motu respondet Dec. vbi supra.

## Q V A E S T I O XX.

Q V A E R O. An credatur Doctori asserenti aliquam esse consuetudinem? Respon. quod sic, ita tenet Bart. d. l. de quibus. numero. 21. ff. de legibus. Et hanc dicit esse communem opinionem Decius in consil. 91. numero 12. Et in dicta l. de quibus. Hippoly. de Marsil. in consil. 82. numero 14. & firmat late Cagnol. l. vnicam in prin. numero 20. ff. si quis iudicent non obstat.

## C A P V T II.

## D E F E N S I O .

## S V M M A R I A .



**E**FENSIO quibus, & contra quos permitta est. Pro defensione corporis licitum est, & Cardinales offendere ead. q. ampliat. 1.

Iussus à Tyranno alium interficere, cùm mortis periculum aliter evitare non posset, iure defendisse se, & impunè hoc fecisse traditur. ead. q. ampl. 2.

Inusorem suum occidens defendendo se non incurrit irregularitatem. ead. q. amplia. 3.

Bannito autem liceat se defendere contra aggressorem suum, stante statuto, quod banniti possint impunè offendere. q. 2.

Defensionem, ut quae sit iuris naturalis, non posse tolli à principe. ibidem.

Defensio inducta de iure naturali. ibid.

Facta potestare cuilibet occidendi bannitum, quilibet offendens intelligitur in locum magistratus eo nomine subrogatus, & constitutus executor, ibid.

Offensione existente iusta & licita, necesse est defensionem esse iniustam & prohibitam. ibid.

Defensio naturalis, quandoque si maxima subfit causa, tollitur. ead. q. iuxta fin.

An & quando liceat occidere propter solas minas, non expectatis istib. aut verberibus. q. 3.

Consuetudinem & mores minitantis esse spectandos. ibid.

Incusciens alterum, cùm fugiendo euadere, & ingruens periculum vitare potuerit, an moderamen in culpa tutele seruare videatur, & sic impunè aduersarium occidisse, an vero potius fugere debuerit. q. 4.

Fugare alium, seu terrere, iniuriam esse. ibid.

Fugam dare cum liceat resistere, turpe esse & cum quadam ignominia coniunctum. ibid.

Nemo tenetur aut cogitare fugere a facie inimici. ibid.

Propulsandi verbum, quam vim habeat, & potestatem, in auertenda & propellenda iniuria. ead. q. in fin.

An & quatenus teneatur quis defendere alium penitus extraneum. quæstio 5.

Diversa iuris canonici & civilis, in defendendo alium, obseratio. ead. q.

An pro sola defensione rerum, liceat hominem impunè occidere. quæstio 6.

Bona, & res, esse substantiam, & q. vitam hominis. ibid.

An & quando liceat impunè occidere furem fugientem, qui apprehendit non potest. ead. q.

Priuatum non priuata, sed publica vindicta uti contra inusorem. ead. q. in fin.

Vrum pro simili defensione honoris & famæ, permisum sit verbalem iniuriam, saltem verbis repellere. q. 7.

Quibus, & qualibus verbis liceat propellere & refutare iniuriam verbalem. ead. q.

Ad excludendum crimen obiectum, vel iniuriam illatam, liceit dicimus, timentiris. ead. q. ad fin.

Ex verbis ad unum, eundemque effectum tendentibus, non oriuntur diversas iniurias. ead. q. in fin.

An pro qualibet iniuria personali liceat hominem occidere. q. 8.

Dolo, vel ex proprio excedens moderamen in culpa tutele, puniendus ne sit poena ordinaria, an mitior extraordianaria. q. 9.

Dolum malum non esse sine certa animi deliberatione. ead. q. in fin.

In prouocato ad fratrem, non esse certam animi deliberationem. ibid.

Magistratus, an, quando, & quatenus liceat resistere. q. 10.

Justa & legitima defensio an probetur, si testes deponant tertium occidisse ad sui defensionem. liceat non dicant, ad defensionem recessariam. q. 11.

## Q VÆ S T I O I.



**E**FFENSIO cuilibet permitta est. Ita probat tex. 1. vt vim. & ibi Bart. Iaf. & Doct. communiter ff. de iust. & tur. & in l. 1. §. cùm arctes. ff. si quadru. pauper. secif. dica. l. qui aggressorem. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & ibi Hippol. de Marfil. Abb. c. olim. el. 1. nu. 15. & ibi Doct. de resti. spoliat.

Ampliatur haec conclusio, ut locum habeat quoque in Cardinalibus. Namque pro defensione corporis licitum est offendere. Cardinales, ita tenet glo. c. fin. verb. percussit. de poen. lib. 6. & ibi loa. Andre. Ang. d. l. vt vim. ibi Iaf. nu. 1. & Dec. nu. 7. Et hanc dicit ibi esse commun-

nem opin. Franc. Zoanet. Curt. Senior confi. 20. nu. 39. Mathæ. de Afflitt. c. 1. §. porrò. quæ fuit pri. cau. in vñib. feud.

Ampliatur, vt procedat quoque in eo, qui cùm aliter mortis periculum cuirare non potuit, iussus à Tyranno alium interfecit. Namque impunè hoc fecisse traditur. Ita tenet gl. l. si familia. verb. agi poterit, ff. si famili. furt. quam sequitur Bald. in c. 1. §. injuria. nume. 19. de pace iuram. firmand. in vñib. feud. & in l. 1. C. vnde vi. Dec. d. l. vt vita. & ibi Flor. de S. Petro. & Franc. Zoanet. qui dicit communem esse tentiam, etiā pluribus alijs relatis per Decum.

Aspliatur tertio, utrū, qui se defendendo, occidit suū in usorena non incurrit irregularitatem. De hoc tex. est expressus in Clemente ff furiosus de homicid. & ibi not. omnes Doct. vt firmat Pet. à Duen. in reg. 192. Ampli. 6. dummodò occidat ad suam defensionem, non voluntarie neque ex proposito, idem voluit glo. c. in summa. 23. q. 1. gl. & Abb. c. sicut dignum. nu. 14. de homicid.

## Q VÆ S T I O II.

**Q**VÆR O. Stante statuto, quod banniti possint impunè offendere. An bannito liceat se contra aggressorem suum defendere? Utilesthusius quæstionis est maxima, si enim bannitus prohibente lege tueretur se, & occideret aggressorem suum, vt homicida puniendus esset.

Magna est in hoc articulo inter Jurisconsultos controvacia. Nam plerique existimat defensionem banniti non denegari, etiā inducitur de iure naturali, & non possit uero d. l. vt vim. & non possit tolli à principe, ita Bald. in l. 1. nu. 15. C. vnde vi. & d. l. vt vim. nu. 3. Cardin. in Clement. 1. in ur. 32. de homicid. & Felin. in cap. dilecti. nume. 6. de exceptio.

Altera est opinio, quod bannitus cum aggressoris sui laetione in casu permisso, non possit se tueri. Hanc sententiam firmat Bart. in d. 1. vt vim. nume. 4. & ibi Ang. Paul. de Castro, & Dec. Eandem probat Florian. in l. 1. §. cùm arctes. ff. si quadru. pauper. Paul. de Castro. consil. 19. 4. Nellus in tract. bannit. 2. par. 2. temp. q. 49. nu. 49. Hippo. in tract. crimi. §. aggredior. nu. 75. Et eam dicit esse communem Franc. Zoanet. d. l. vt vim. parte pri. nume. 33. Cùm enim ex forma statuta cuilibet sit facta poresta bannitum occidendi, quilibet offendens intelligitur in locum magistratus eo nomine subrogatus, & constitutus executor. Vnde non licet se defendere banniti in actu hec. Si enim offendere est iusta, necesse est defensionem esse iniustum & prohibitam. Placet tamen mihi sententia Paul. de Castro. in d. l. vt vim. dum notabiliter distinguit, an statutum dicat bannitum posse offendendi, vt tunc locum habeat communis opinio: Secus si dicat, quod occidens bannitum non puniatur, ex quo enim tunc non est permisla offensio, sed impunita, licita est defensio. Et sequitur Hippol. vbi supr. numer. 78. Puto tamen communem procedere, quandocumque maxima subfinitente causa tollitur naturalis defensio, quo casu nō obstat fundatum. Bald. Ang. l. si ff. de leg. 1. Alex. in l. cùm mulier. nume. 12. ff. so lut. matr. Alber. l. omnes, qui. C. de epis. & cleri. Et tenet expressè Dec. d. l. vt vim. nu. 3. & 4. Florida. d. l. cùm arctes.

## Q VÆ S T I O III.

**Q**VÆR O. An propter minas licitum sit hominem occidere? Respon. Multa circa hunc articulum conflictantur Doct. Nam quod non sunt verbora expectanda, sed terror & mina sufficiunt, vt cuius se contra in gruens periculum tecatur cum aduersarij laetione, vt. et glo. l. 1. C. vnde vi. Idem tenet Bald. l. 1. C. quand. lice. se fine iudi. vind. dummodò precedunt signa & actus manifesti, quod percussurus tecat aduersarius. Eandem opinionem, quod liceat occidere minantem, si est in actu, & non aliter firmat Iaf. d. l. vt vim. nume. 14. & l. 1. nume. 4. ff. de officiis cui mand. iurid. Ang. Perus. l. quemadmodum C. de inoffic. testa. Corset. sing. metus. Hipp. in tract. crimi. §. diligenter. nume. 87. & sing. 6. 40.

Contrariam partem, quod propter solas minas aliquem occidere liceat, quando minans solitus est minas executi. Doct. communis calculo approbarunt. Ita firmat Iaf. d. l. vt vim. nume. 14. Et tenet Ang. de Perus. confi. 215. Cassan. confi. Burg. d. l. de iustices. Rubr. 3. §. 1. nu. 4. pro qua opin. est glo. c. cum dilectus. verb. violencia. ext. quod met. cau. & faciunt quæ not. Abb. c. Alba. de his quæ vi metuive cau. & per Bart. de pupilo. §. si quis ipsi prætori. in 5. 6. & 7. q. ff. de noui oper. num. per Bald. l. 2. C. de his quæ vi met. cau. Confutudo namque personæ minitantis & qualitas in id genus & similibus con troverris, sunt consideratae secundum Cyn. & Petr. d. l. 1. C. vnde vi. Praeterea cum minator minas suas executi solitus sit, aliter in periculo vita statim constituitur, aduersarius quod defensio tunc protinus reteat adhibetur, nec expectantia armata vi percussio. d. l. 1. C. quand. liceat se fine iud. Hac communis conclusio mihi videtur vera, si intelligatur secundum Bald. vbi supr. quandocumque minans est in actu percussus, vt quia gladium strinxit, & in aduersarium ferrebat. Alius non licere puto minatorem occidere, etiam si alias minas executi solitus sit. Ita quoque docet Barto. d. l. Quippe tunc, cum quis arrepti,

# Commun.opinionum, Liber I. 59

**I**n nos armis mortem nobis aut vulnera minatur, potentia nocendi proxima actu, censetur in ipso actu adesse, merito tunc differenda non est tutela, alioquin sero medicina paratur.

Hæc conclusio, quod minis licet obuiare, extenditur, & quantumcunque minator minas exequi solitus est, & est vir potens, præsumptio contra eum oriatur ad torquendum cum, ita tenet Specul. tit. de presumpt. species. vers. sed pone. Alberic. l. nictum. C. quod met. cau. Bald. Ioan. de Imol. l. fin. ff. de hæred. inst. lal. l. C. de fer. fugit. Fel. c. ctim. oporteat. nume. 9. de accusat. cap. afferte. nume. 12. de presumpt. Alber. Bru. tract. de indic. col. 13. versic. quæro vterius. Ang. ibi August. Arimi. in tract. malefi. verb. fama publica. nume. 39. Hippol. d. diligent. nume. 85. & conf. 3. num. 13. Steph. Bertrand. conf. 1. num. 7. volum. 1. conf. 127. num. 12. volum. 2. conf. 293. num. 17. volum. 3. Hanc opinionem dicit eis communem Marc. Anton. Bland. repet. l. fin. nume. 183. ff. de quest. eam sequitur Cassanæ. vbi supr. nume. 11.

## Q VÆ S T I O    IIII.

Sed quæro. Quid si fugiendo euadere & ingruens periculum vitare potuerit. An impunè aduersarij occiderit, vel potius fugere debuerit? Respon. pro parte affirmativa, quod imò si quis fugiendo absque vi armata ab inimico lè defendere possit, fugere debeat, est glossa fundit. textu in c. suscepimus. verl. interimeretur. ext. de homicid. vbi dicitur quem potius fugere debere, quām hominem interficere. Et glo. in Clement. vnica. verl. non valens de homicid. Bart. l. vt vim. dicit illud procedere in hominibus fugacibus & infamate nationis, secus in magnanimis. Verùm communis & recepta Docto. opinio est, quod nemo fugere tenetur, cuiuscunque conditionis sit. Eam tenet Bart. d. l. i. C. vnde vi. Bart. conf. 16. lib. 2. Bald. lal. & Dec. d. l. vt vim. Abb. c. olím. numr. 7. ext. de restitut. spoliat. Alex. con. 14. volum. 12. Cora. conf. 17. lib. 1. vbi communem asserunt. Nemo enim tenetur fugere à facie inimici, quoniam honorem suum & famam tueri debet. Præterea fugare alium siue terrere, iniuria est, & quilibet iniuriaria à se iure propulsat. Ergo nemo tenetur fugere. Quinimò fuga potest illi esse multò periculosior, quam resiliens, & sic fugallum non defenderet, sicut periculo se exponere nō debet. Hanc parrem sequitur Angel. & Salic. d. l. vt vim. ibi Claud. de Seydl. & Curt. qui communem dicunt. Eam quoque tenet Fab. §. ius autem gentium. & ibi Ludol. Schrad. communem dicit, Inst. de iure natu. Hanc opinionem tener quoque Zenzelius, Petr. de Anchor. Clement. vnica. de homicid. Abb. c. significati. el. 2. vbi dicit eam esse de rigore iuris veriore. Alex. de Imol. conf. 109. volum. 1. Et probatur hæc opinio expressè in d. l. scientiam. Ad l. Aquil. & d. l. vt vim. qui textus generaliter loquuntur de vi propulsanda, quod verbum propulsare non fuga sed pugna illatam vim reiçere nobis licere denotat.

## Q VÆ S T I O    V.

**Q**VÆRIO, An quis teneatur alium defendere penitus extraneum? In hac q. Docto. variant. Quidam volunt sequi glossam in l. culpa caret. ff. de reg. iur. que distinguit inter Ius Cano. & Ciuite, ut scilicet Iure canonico quis alterum, cum honestè potest, defendere de beatis, & verbis falso mente iuare. Iure autem ciuii si nolit, non teneatur, nisi ratione potestatis subiectus illi periclitanti quis effter. gl. vt verum. verb. confiq. ff. ad l. Pompei. de parricid. Dyn. c. non est sine culpa. de reg. iur. in sexto. Hanc opinionem tenet etiam Andr. Sicul. cap. 1. ext. de offic. deleg. Abb. cap. 1. de rest. spol.

Contrariam opinionem, quod scilicet neque Canonico neque ciuii iure alterum quis extraneum defendere teneatur, tener Bartol. d. l. vt vim. & l. secund. §. sed in eo. ff. ad S. C. Syllecia. Bart. l. metum. §. sed licet. arg. istius textus. ff. quod met. cau. Eam opinionem sequitur Angel. l. vt vim. & ibi Bald. Dec. & lal. communem dicunt, & eam communem dicit idem Dec. d. l. culpa caret. Sali. sequitur l. quisquis. §. id quod. Cad. l. Jul. Maiest. Abb. cap. 1. de offic. delegat. Damhaud. in pract. crimin. cap. 80. nume. 6. communem dicit. Zoannet. d. l. vt vim. part. 1. nume. 97. communem testatur, licet ipse inclinet in contraria partem. Et mouentur Docto. communiter ea ratione, quia si pro eo, quod quis facer teneatur, pecuniam accipit, vt faciat id, turpiter facit, & reddere deber, sed pro iuuando alium, si quis accipit, eam pro mercede eximij laboris iustè accipit, neque restituere cogit. d. l. metum. §. sed licet ergo. Hæc communis conclusio intelligenda est, quem non obligari vinculo efficaci, vt conueniri possit, quia non legitur actio, aut poena in his speciebus constituta, sed humanitatis nexu teneri non dubito, quarenus homo homini officium debet.

## Q VÆ S T I O    VI.

**Q**VÆRIO, An pro sola defensione rerum licet hominem impunè occidere? Respon. Glossa l. vt vim. verific. nam iure. ff. de iust. & iure. tenet quod sic, dummodo sit cum moderamine inculpate

tute. l. iuxta l. i. C. vnde vi. quæ sequitur Bart. lal. Dec. Claud. de Seyfello, qui communem dicit & Curt. Bartol. l. i. numer. 7. C. vnde vi. & l. iure. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Zoanner. vbi communem dicit. d. l. vt vim. gl. l. itaque. verb. l. tronem. ff. ad l. Aquil. & Docto. in cap. 2. ibi, te tuaque. de homicid. eam tener lal. in princ. institut. de actio. numer. 69. Chassanæ. in consuetud. Burgund. vbi nondabilius examinat. titul. des justices. Rubr. l. §. fol. 42. colum. 2. numer. 11. Damhaud. pract. crimin. cap. 78. numer. 2. communem dicit. l. rati. est, quia res nostræ sunt hominis substantia, & vita, secund gl. iunct. tex. l. adiutori. verb. vitam ibi Bald. tener. C. de adiutor. divers. iud. Vnde sicur pro defensione corporis, ita & pro tutela rerum id permittum est.

Contraria opinionem, quod scilicet pro sola rerum tutione non licet hominem occidere, tenet Joann. de Ana. Panormi. & Pe- lin. numer. 4. cap. 2. de homicid. & cap. 1. scipimus. etiam res alter defendi non possint, cum nullum sit iure probetur, immo tex in glossa. d. l. vt vim allegatis solū considerant periculum personæ. & non rerum. Namque lex 3. §. cum iigitur loquitur, quando ponetior in discrimen vitæ venerat defendendo suam politionem, & qua aduersarij suus ipsum volebat armis deficer, ut pacet ibi, qui cum armis venit. Vnde cum possessor defendendo suam politionem constituitur in vita periculo, quia arma in ipsum feruntur, impunè scilicet defensioni rerum intentus, vita periculum uitare non possit, inualorem occidit. Et ita textus ille rectè loquitur in discriminatione personæ principaliter. Similiter textos in l. itaque. simpliciter loquitur de periculo personæ, dum dicit insidiante mihi. & in eadem l. §. duodecim tabularum. vbi simpliciter permittitur furem nocturnum impunè occidere, sicque pro sola defensione. Dicendum est Caium ibi rectare nudam legi duodecim tabul. dispositionem, quæ interpretatione prudentium admittit, ut scilicet ita denum furem nocturnum impunè quis occidere possit, si parcere ei sine suo periculo non possit, alijs non. Et ita interpretatur Vipiani. l. iure. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Et Sex. us Cecilius referente Gellio libr. 20. nec. Artic. cap. 1. de personæ periculo principaliter. Secundum quem in intellectum, non male concordat ille textus cum l. iure. licet Jason dicat vix illos posse ad concordiam reduci, & seruat etiam suam naturam aduersarij, de qua lal. d. l. vt vim. Namque in primo membro occido furem & eundem gratarorem nocturnum, qui & rerum & salutis meæ insidiator venerat. In secundo autem occido furem diurnum, qui mihi principaliter non venerat insidiatus, sed volenti mihi comprehendere resistebat armis.

In hac ardua q. Dec. quem sequitur Zoannet. d. l. vt vim. distinguunt. Aut quis defendendo res suas incurrit in periculum vitæ, quia aduersarij resiliunt cum armis, & impunè licet occidere. d. l. iure. ff. de Sicar. & d. l. i. fraue. d. l. 3. §. etiam iigitur. & hoc casu locuserit communis opinioni, quamvis impunitum magis sit ob vita periculum, quam rerum.

Aut vero solum agitur de periculo rerum, citra vitæ discrimen, velut si fugientem cum rebus furem insequor, & tunc impunè occidendi ius non est. d. l. furem. Sed contra hoc ultimum membrum est text. in l. sed est. in fin. ff. ad l. Aquil. vbi si fur potest apprehendit, non potest occidi, ergo à contrario sensu si non potest apprehendit impunè occiditur. Vnde si vera esset conclusio, quod furem non licet occidere, etiam si res aliter seruari nequeant, licet direcè contrahit textum. fateor quidem, si fur ille notus sit, non ita impunè fas esse tunc cum fure occidere, cum testimonio multorum cum fure de furore iure agere possit. secundum Bartol. d. l. iure. fin. Secundus vero, si sit ignarus. Namque tunc insequendo si apprehendere non valeat, impunè occidere licet, & ita communiter intelligere Docto. refert Clau. d. de Seyf. d. l. vt vim. ibi Curt. dummodo ramen res sint non leues, sed magni preti. si exp. gl. tabernarius. ff. ad l. Aquil. Ad quam opin. ego tenet mande moueor, quia magistratus impunè furem propter res suspendit, & si non sit facultas priuato adeundi magistratum, magistratus porrigit gladium, ve posset ipsius officio fungi. Vnde si priuato hoc casu id non licet, nec magistratus permettere. Nam inuasione vitetur priuatus non priuata, sed publica vindicta.

## Q VÆ S T I O    VII.

**Q**VÆRIO, Nunquid pro defensione simplicis honoris & famæ, permittum sit verbalem iniuriam faltem verbis repellere? Respon. quod licet inter Docto. sit concertatio: tamen communiter in eam proclives sunt parrem, quod licet prouocato ad defensionem honoris sui, verbalem iniuriam verbis repellere. Ita tener Bald. d. l. i. C. vnde vi. nu. 16. Guliel. de Cun. Paul. de Castr. & Jacob. de S. Georg. l. fin. ibi Alexan. nu. 3. & lal. nu. 5. ff. quod quisq. iur. Albe. de Rosat. & Alexan. l. i. in princ. ff. de liber. & posthum. Alex. l. si quis extraneus in princ. ff. de acquir. haered. Abb. cap. cum te. nu. 28. Fel. c. dilecti. nume. 10. ext. de except. Francis. Curt. l. vt vim. nu. 10. ibi lal. & Dec. nume. 36. qui communem asserunt. ff. de iust. & iure. l. i. iudicata opinionem

opinōnem firmat Jacob. de Castello in tracta. de duello.lib. 4. cap. 1.  
nu. 2. & 3. Lucas de Penna. Ierat. C. de Caſtre. pecul. Schrad. con. 40.  
nu. 19. & 6. i. inter confilia Doct. Germa. Deci. confi. 487. num. 4. & 5.  
Verūm hæc communis conclusio intelligenda est, secund. Doct. non  
omnibus verbis iniuriam verbalem repellere fas esse, sed illis tātum  
quæ tendunt non ad vindictam, sed ad excludendum crimen, vel ini-  
uriām illatam. Ideoque eum qui vocavit aliquem furem, latronem,  
non permitetur rufus vocare furem, quia hoc tendit ad vindictam,  
sed licet dicitur, tu mentiris, quia hoc tendit ad defensionem, Bart.  
I. quæ omnia. §. i. ff. de procurat. vel tu mentis ut sur vel latro, cum  
ista verba, ad vnum eundemque effectum tendunt, & certum est quod  
secundum communem & receptam Doct. sententiam exillis verbis, quæ  
ad vnum eundemque effectum tendunt, diuersas iniurias non oriantur.  
Bart. I. item s. ait prætor. nu. 2. de iniur. Didac. de Couar. varia.  
resolut. lib. 2. c. 10. nu. 8. Per. à Placa in epit. delict. lib. i. c. i. nu. 19.

## Q VÆ S T I O VII I.

Q V A E R O. An pro qualibet iniuria personali liceat hominem  
interficere? Respon. quod sic secundum communem & receptam Doct.  
sententiam, ut firmat Ias. d. l. ut vim. nu. 10. & 36. & ibi Frakſ. Zoan-  
net. liceat ipse in contraria inlinet partem, & eam tenet Bart. in I. I.  
nu. 7. C. vnde vi. Ang. Aret. §. ius autem gentium. Inst. de iur. natur.  
Ang. I. is quæ aggressorem. nu. 2. ff. de Siccar. & liceat Decius velit com-  
munem intelligendam esse, si talis iniuria personalis immineat, quæ  
cum virgo periculo coniuncta sit: Tamen magis communiter Doct. lo-  
quuntur, etiam quando talis iniuria cum periculo viræ coniuncta  
non est. arg. d. l. itaque. Placeat mihi tamen sententia Deci. per. c. signi-  
ficiasti. cl. 2. & ibi glo. ext. de homicid.

## Q VÆ S T I O IX.

Q V A E R O. Andolo vel ex proposito excedens moderamen  
inculpatae tutelæ, sit puniendus poena ordinaria, vel mitiori extraor-  
dinariæ? Respon. Hæc quæstio misericordie controvensa est. Nämque non  
nomnulli existimauerunt taliter delinquenter tantum pro solo ex-  
cessu puniendum esse. Bald. d. l. 1. q. 9. C. vnde vi. & cap. i. in pñ. num.  
7. de pace tenend. Alex. confi. 76. confi. 107. nume. 7. lib. 1. confi. 2. 4.  
nume. 2. confi. 14. o. confi. 24. nu. 5. lib. 2. confi. 119. lib. 7. Vbi dicit am  
esse communem Hipp. præc. crimi. §. quoniam. num. 8. eandem dicit  
esse communem Zoannet. repet. d. l. ut vim. 2. par. nu. 83. & ibi Ias. li-  
cer. Dec. dubitatur.

Alijverò contra censuerint, poena ordinaria puniendum esse,  
Bald. Lyn. nec verò C. de emend. seruo. Anto. de Bur. c. significati.  
el. 2. ext. de homicid. Decd. l. ut vim. & ibi Zoannet. Verūm a com-  
muni non est recedendum, cum dolus malus esse non possit sine cer-  
ta animi deliberaſione, quæ non est in prouocato ad iram.

## Q VÆ S T I O X.

Q V A E R O. An magistratus liceat resistere? Respon. proha-  
benda veritate distinguo secundum communem & receptam Doct.  
sententiam. Aut iudex procedit ex ratiōnali de factō contra ius,  
& tunc cui liber etiam priuato lictum est de facto resistere, & indistin-  
ctè siue grauamen est reparabile, siue irreparabile. l. probabilitum. C.  
de iure fisci. & tener Alex. & Doct. communiter. I. sed eximēdi. §. item  
si quis. ff. ne quis eum, qui in ius. Abb. c. conquerente, de resist. spo-  
liat. & in hoc nemo est, qui disrepatis, ut dicit Marant. in disput. i. nu.  
14. cum pluribus per eum alleg.

Aut verò iudex procedit iudicialeiter, & tunc aut damnum est irre  
parabile, & tunc liceat resistere, ita communiter tenet omnes, & in hoc  
nullus disrepatis, ut firmat idem Maran. d. disput. i. nu. 35. liceat contra  
rium velit Bald. d. l. ut vim. quæst. 7. Aut damnum est reparabile, &  
tunc aut non constat notoriæ iniurias, & debet ei obtemperari, quia  
concessa est appellatio. text. I. 2. ff. de appell. Bar. & Doct. d. l. ut vim. &  
ibi communem dicit Zoannet. aut evidenter constat de iniustitia, &  
liceat resistere, ita tener glo. & Doct. communiter, teste Zoannet. d. l. ut  
vim. num. 43. ibi Ias. nu. 19. & Deci. nu. 26.

## Q VÆ S T I O XI.

Q V A E R O. An probetor defensio, si testes deponant terrium  
occidisse ad sui defensionem, liceat non dicant ad defensionem neces-  
sariam? Respon. Doct. variavit. Nämque alijs existimant, quod debent  
deponere, occidisse causa necessarie defensionis, quoniam, scilicet aliter  
se defendere non potuit, ita tener Bald. I. vni. C. de confels. quia ne-  
cessitatem alleganti incumbit onus probandi, Alij verò contra cen-  
suerunt, sufficerit si testes simpliciter deponant, quod occidisse ad sui  
defensionem, liceat non dicant, ad defensionem necessariam, ita tener  
Bartol. confi. 100. liby. 1. Bald. libi contrarius. I. Solam. nume. 11. C. de  
testis. Alexand. confi. 110. numer. 6. libr. 1. Zoannet. d. l. ut vim. vbi  
communem dicit. 2. par. nume. 36. Defensio enim necessitatem quan-  
dam in se continet, quam testis potuit ex multis circumstantijs collig-  
ere, & ex imminentib. periculo, ideoque debet statu ejus simplici

dico, & ab hac recedendum non est.

Cautius tamen facit testis si dicat, aduersarum ei insultum fecis-  
se, id est causa defensionis interemptum. Nämque ex eo, quod dicunt  
insultum fecisse, patet occisorem in periculo vitæ constitutum, & ob  
id defensionem ei permittam.

## C A P V T III.

## S T A T V T V M.

## S V M M A R I A:

**R** V B R I C A E statutorum, aut constitutionum, an &  
quando possint allegari ad decidendas causas. q. 1.  
Rubricam seu titulum statuti, aut constitutionis, recte alle-  
garai ad decisionem omnium casuum, qui sub gene-  
rali Rubrica comprehenduntur: sicut specialiter in nigro ( ut lo-  
quuntur) non exprimantur. q. 2.

Rubrica generaliter concepta, hoc modo: Extantibus filiis masculis,  
filiam doraram succedere non debere. Atque deinceps in nigro spe-  
cialiter caueatur, & exprimatur, filiam doratam exrantibus mas-  
culis, non succedere debere matris, vel autem maternæ, licet patris  
mentio non fiat, ramen propter generalitatem rubricæ etiam a pa-  
tris successione eam excludit. ibid. §. hinc infertur.

Verum Rubricæ statutorum prohibitoræ, orationem perfectam  
continenti possit renunciari. q. 3.

Statutis prohibitoris renunciari non posse. ibid.

An quilibet populus, vel ciuitas possit statutum condere. q. 4.

Statuta contra bonos mores, aut super rebus, vel negotijs, super qui-  
bus disponentes non habent potestatem, inutilida esse. ead. q. 5. &  
hæc conclusio.

Statutum, quo disponitur filios spurios patri suo ex testamento, vel  
alia ultima voluntate posse succedere, non valere: & quæ sit hu-  
ius ratio. ead. q. 6. secundò infertur.

Statutum, quo cauetur, vt creditor, si infra decennium non petierit,  
perdat debitum, nec possit vterius exigere, non valere: & quæ sit  
huius ratio. ead. q. 7. secundò infertur.

Malam fidem excludere quamcumq; præscriptionem, siue ciuilem,  
siue canoniam. ead. q. 8. secundò infertur.

Bartoli opinio, de præscriptione debiti decennali, per statutum intro-  
ducenda, reflecta & improbata. ead. q. 9. contrarium.

Sciens rem esse alienam, nunquam potest eam per præscriptionem,  
vel yscupionem sine peccato acquirere. ead. q. 10. contrarium.  
in fin.

Statutum, quo permititur in aliquo casu, non scrupare iuramentum,  
& sic occasio datur per iurij, si contra ius Diuinum: Ideoq; non  
valere. ead. q. 11. tertio infertur.

Statutum quandoque per indirectum condi posse contra iuramen-  
tum, vel eius obliterantiam. ead. q. 12.

Statutum tollens legitimam liberis debitam, an & quando valeat.  
questio 5.

Legitima descendenterib. debita iuris naturalis est. ead. q.

Ius naturale esse immutabile. ibid.

Statuta contra ius naturale non valere. ibid.

Statutum generaliter aliquem a successione excludens, an & quando  
videatur eum a petitione legitima quoq; exclusisse. q. 6.

Per statutum in torum tolli posse legitimam propter fauorem agna-  
tionis, & familiæ, quæ conferuntur per masculos. ead. q.

Liberos non possunt excludi ab alimentis, etiam ijs casibus, qui bus le-  
gitimam eis auferre licet. ibid.

Statutum obligans & iubens patrem soluere ex legitima pro deli-  
cto filij, valeat. q. 7.

Legitima ascendenterib. debita, an penitus tolli possit statuto. q. 8.

Statutum respiciens personam alicuius præiudicium, vel odium, an  
& quatenus valeat. q. 9.

Abbatis opinio, existimantis statutum in alicuius præiudicium, vel  
odium conditum, nullum esse, ac ipso iure non valere, probata: Et  
in qua specie sit admittenda, eiusdemque cum communi concilia-  
tio. ead. q.

Statutum in præiudicium alicuius factum, vt infirmetur, appellatio-  
ne, vel protestatione, aut contradictione opus esse. ead. q.

Statutum dimissuens solemnitatem testamenti circa nu. 7, testium de  
iure communem & receptam Doct. sententiam. q. 10.

Septem testium solemnitas requirita in testamento, introducta est de  
iure ciuilis. ead. q.

Contra ius ciuile, aut ea quæ iure ciuilis disposita sunt, statuta condi-  
posse. ead. q.

In parris testamento inter liberos, duo: & a rusticis condito, quinque  
testes sufficient. ead. q.

Principem

# Commu.opinionum, Liber I.

61

Principem ex iusta & rationabili causa, posse distinguere sive natura-  
le, vel gentium. ead. q.

Constitutio principis vel Imperatoris, ius naturale, vel gentium; ob  
iustam causam, distinguens in ijs casibus, quibus ratio distinctionis  
cessat, locum habet non dicitur. ead. q.

Iure diuino, in ore duorum, aut trium consistere omne verum. ead. q.  
Amplius, quam duorum, si numerus testium numerus iure civili statu-  
rus, diminuitur, mutarique statuto potest. Idque auctoritate iuris di-  
uini. ead. q. in fin.

An & quatenus statuta alicuius loci, vel ciuitatis ligent forenses, vel  
non subditos, tam in ultimis voluntatibus, quam contractibus, ite  
successionib. ab intestato. q. 11.

In his quae respiciunt formam & solennitatem contractus. Item quod  
ad decisionem litis & cause merita ex ipso contractu originem  
trahentia, inspicienda sunt statuta loci contractus, cel. cibra-  
ti, sive subditi sint, sive extranei, qui contrarerunt. ead. q. 5. pri-  
mus casus.

In repetitione, seu exactione doris, non statuta loci celebrati contra-  
ctus, sed statuta loci domicilij mariti, in spicim. ead. q. 5. limita.

In his quae respiciunt processum & ordinacionem litis, seruanda sta-  
tuta loci iudicij, non contractus celebrati. ead. q. 5. in his vero.

Statutum minuens numerum 7. testium, in testamento de iure com-  
muni requisitum, extenditur quoque ad extraneos, in loco, vbi  
statutum viger existentes. ead. q. 5. secundus.

Statutum, quod ad bona, in loco, vbi statutum viget, sita, exten-  
ditur etiam ad forenses: sive statutum hoc respiciat utilitatem &  
commodum forensium, sive damnum & praefuditum. ead. q.  
5. tertius casus.

Stante statuto, quod mater non succedat filio, nisi in certa parte  
bonorum, mater forensis vel extranea non admittitur ad suc-  
cessionem filij ab intestato, nisi in illa parte tantum. ead. q. 5.  
hinc infertur.

In successionebus ab intestato semper attendimus statuta illius loci,  
in quo bona defuncti sita sunt. non autem vbi defunctus dece-  
dit, aut haeres domicilium habuit. Idque indistincte, sive sta-  
tutum sit conceptum in rem, sive in personam. ead. q. in fin.

An statutum prohibens vendere certis personis, pura, non subditis, in-  
cludat clericos. q. 12.

Vtrum statutis, vel consuetudinibus alicuius Regni, vel Ducatus, ob-  
ligentur ipsi Reges, vel Duces. q. 13.

An & quatenus praecepit legi sua teneatur. eadem. q.

Quories provincias, castrum, vel villa, quod ad districtum, & iurisdictionem  
adjectur alicui Ducatu, aut Comitatui accessoriis, neque re-  
tinet nomen regalis dignitatis, tunc homines eius regi secundum  
statuta & constitutiones Regni vel Ducatus cui adjicitur: seculis si  
non accessoriis, sed principaliter adjicitur. q. 14.

Statutum, quo cauetur, ut testamentum coram tribus vel 4. testibus  
factum, valeat, extendit etiam ad bona extra territorium sita. q. 15.

Statuta permittentia, quod iure communis quidem in genere licet, sed  
ratione solemnitatis, de qua statuto disponitur, prohibetur, extra  
territorium vigorem suum extendere. ead. q.

Actus, sicut iuxta solemnitatem statuti, & a subdito celebratus, sed ta-  
men extra territorium, in quo statutum viget, in iudicis est. ead. q.  
Actus celebratus secundum statuta alicuius territorii, etiam a non sub-  
dito, an & quando valeat. ead. q. in fin.

Statutum de hereditate ab intestato alteri disponens, quoniam iure com-  
muni cautum est, an extendatur ad bona extra territorium statu-  
tum sita. q. 16.

Statutum similesque aliquid disponens, debet intelligi secundum ius  
commune, etiam si ita intelligendo nihil addat iuri communi: &  
que sit huiusmodo. q. 17.

Stante statuto, quod in instrumentum confessionatum habeat execu-  
torem paratam, tamen non denegari more purgationem, ead. q. in fin.

An statutum, disponens, quod in causis decidendi rigor iuris seruari  
debeat, excludat morsa purgationem. q. 18. remissio.

Stante statuto, quod pro aliquo delicto manus amputetur,  
an si delinquis habeat manum aridam, illa debeat abscondi. q. 19.

Statutum disponens & loquens in contractu, habeat ne locum in libe-  
ratione, & renunciatione. q. 20.

Quae feminis, prohibente statuto, sine consensu propinquorum obli-  
gari non potest, neque haereditatem circa eorumdem consensum,  
potest adire. q. 21.

Mulier statuto prohibita contrahere sine consensu propinquorum,  
nihilominus haereditatem adire potest. q. 22.

Adire haereditatem, non est proprii contrahere, sed quasi.  
ead. q.

Verba statutorum proprii & stricte esse intelligenda ead. q. in fin.

Statutum disponens, quod in mortua uxore sine liberis, maritus lucre-  
tur doceat, habere locum etiam in dose promissa, nec dum tradi-

ta. q. 23.

Cum statuto cauetur, quod filia debeat dotari arbitrio propinquorum, an  
propinquus possint arbitrari minus ligata. q. 24.

An statutum imponens poenam capitalem, debeat intelligi de poena  
mortis. q. 25.

Primogenito, qui ex statuto succedit in regno, praeioriente, reliquo  
filio, sit preferatur patruo suo in successione regni. q. 26.

Arbitri electus ad pronunciandum secundum iura potest & debet iu-  
dicare secundum statuta & consuetudines. q. 27.

Nomine, seu appellatione iuris, contineri quamcunque iuris partem  
vel speciem. ead. q.

## Q VÆ STIO I.

**V**AERO, Vtrum Rubrica statutorum, aut constitu-  
tionum ad decendas causas allegari possint? Respon.  
Ceteri munis & recepta Doct. opinio est, quod Rubrica, sive titu-  
li statutorum aquæ ad causas decendas allegari possint,  
sicut ipsa statuta aut constitutiones, dummodo orationem perfectam  
contineant. Ita tenet gl. in procem. 6. verb. tit. gl. distin. 1. tit. de poenite.  
§. haec autem verba. Et firmat Abb. in procem. decret. verb. rex. nume-  
ro 2. Felin. Rubr. ext. vt sit non contest. Alex. in consil. 190. numero 5.  
lib. 2. Ioan. de Imol. Rubr. ff. de verb. oblig. Alex. numero 4. ibi Ias. &  
Rip. numero 9. & ultra prædictos Doct. de communi testantur plures  
alii relati per Eberhar. in Topi. in loco ad Rubro in prin.

## Q VÆ STIO II.

Sed quid si statutum vel constitutio sit specialior rubro? Respon.  
quod Rubrica nihilominus allegari possit ad decisionem omnium ca-  
suum, qui sub generali Rubrica comprehenduntur, nec restringatur  
per tex. specialiem. Ita tener glo. Auth. vt fac. no. constit. verb. huiusmo-  
di. Et firmat Alex. l. 1. nume. 4. & ibi communem dicit Rip. nume. 13.  
ff. sicut cert. Card. Paris. consil. 53. numero. 95. Alex. in consil. 190. nu-  
mero 4. lib. 5. consil. 6. lib. 3. Dec. consil. 527. Petr. Gerhard. sing. 7. incip.  
quando Rubrica est generalior nigro. Alex. in consil. 1. numero 7. libr.  
3. Eberhar. d. loco. versic. quod autem contra. & tener glo. l. vni. & ibi  
Bar. C. de capl. ciuit. cens. exim. quam communiter approbatam esse di-  
cit Ias. d. l. 1.

Hinc infertur, si in Rubr. statuti generaliter dicatur, quod extanti  
bus filiis masculis filia dorata non succedat, & postea nigrum specia-  
lius statut. quod filia dorata extantibus masculis non succedat ma-  
tri, vel auie matrone, & de patre nulla fieri mentio, propter titulum  
generalem, filiam doratam etiam à patris successione excludi, ita con-  
sulendo tener Pau. de Castr. consil. 134. incip. præsens casus modicam  
dubitatem habere videatur, quem sequitur Alexand. d. l. 1. ff. sicut cer-  
tum petatur. Ias. rubr. insti. de actio. nume. 17. Petr. Gerhard. d. sing. 7.  
Et hec opinio secundum eos magis communis & vera est, licet con-  
trarium teneat Ias. d. l. 1.

## Q VÆ STIO III.

Sed quæro, Nunquid rubrica statutorum prohibitorum oratio-  
nem perfectam continent posse renunciar? Respon. quod non, sicut  
nec ipsa statutis prohibitorum ita tener glo. communiter approbat  
l. 1. C. ne fidicis dot. dent. Barto. l. 2. C. cod. titu. & firmat Ioan. de Imo-  
l. c. cum contingat. extra, de iure iuri. & Ias. vbi communem dicit. nu.  
l. 2. si aduer. vendit. Tiraq. in tract. de iur. primogen. quæst. 24. Eberhar.  
d. loco. in fin.

## Q VÆ STIO IV.

**V**AERO, An quilibet populus, vel ciuitas possit statuta con-  
dere? Respon. quod sic, & ista est communis opinio, sive is populus fu-  
ritudinem habeat, sive non, vt firmat Ias. in l. omnes populi. in lect.  
nume. 2. & nume. 26. & in repet. numer. 7. ff. de iustitia & iure. Alber.  
de Rola. in tract. statu. parte 1. quæstio. 8. Canonistæ communiter, &  
in specie Abb. in cap. quod clericis. extra, de foro compet. c. fin. & ibi  
Roch. Curt. extra, de consuet. Alexand. l. 1. ff. de iuris di. omn. iud. Fan-  
dem opinionem firmant Bald. Salic. & Alber. d. l. omnes populi. Bal.  
l. 2. C. de constit. pecu.

Et hec conclusio indistincte procedit in ijs rebus, vel negotijs de  
quibus statutis liberam habent statuendi potestatem, queaque prin-  
cipis aut superioris præiudicium non respiciunt, aut etiam bonis ma-  
ribus non repugnant, neque libertatem ecclesiasticam infringunt.

De alijs vero, super quibus disponendi potestate non habet, statuta  
condita in ualida sunt, secundum communem & receptam Doct. sen-  
tentiam, vt firmat Doct. in locis preall. g. Abb. Fel. & Dec. in c. que  
in ecclesiis ext. de const. Baptis. de Caccialup. l. cunctos populos.  
nu. 169. & seq.

Ex quo infertur non valere statutum, per quod disponitur filios  
spurios patrio suo ex testamento, vel alia ultima voluntate posse succe-  
dere,

dere, quia tale statutum est contra bonos mores, & probet occasionem forniciandi, quemadmodum de fureur. Et hæc opinionem tenet Aretin. in d.l. cunctos populos. nume. 15. Bald. nume. 13. Ias. l. ait prætor. in prin. nu. 12. ff. de fureur. Eandem dicit esse communem Dec. in c. præsentia numero 12. 4. de probat. Nicol. Boer. decif. 127. numero 9. Baptis. de Caccalup. d.l. cunctos populos. numero 160. Hanc quoque dicit esse communem ferdin. Loazes in tract. de matrimo. 2. dubio. numero 7. cum multis per eum allegatis. Joan. Gualden. in tract. de arte testandi. tit. i. cap. 14. numero 1. Guliel. de Bened. repet. c. Rainutius. in princ. nu. 39. Et eam tenet Bar. Socyn. in conf. 95. nu. 9. vol. 4. Aret. in l. testamenti factio. ff. de testam.

Secundo infertur, non valere statutum, quo disponitur, quod creditor per dat debitum, nec possit viteri exigere, si infra decennium non petierit, tanquam nutritiū peccati, & quod fundatur in mala fide, quæ omnipotens excludit quamcumque præscriptionem cuiuslibet sive canonicam, ita tenet Bart. contra morem sibi contrariis in reper. l. omnes populi. nume. 24. ff. de iustit. & iur. Ang. & Imol. l. quod te. ff. si cert. per Alex. in confilio. 51. volu. 5. Ethane opinionem Barto. in d.l. omnes populi dicit esse veriorem Imol. l. sequitur. s. si viam. ff. de vsu cap. & eam dicit communem in confil. 16. nume. 1. & confil. 46. nume. 2. Eandem dicit esse communem opinionem Crotus in d.l. omnes. & in l. nemo potest. vers. querit etiam Bart. & ibi Ripa numer. 116. ff. de leg. i. Balb. in tract. præscrip. 2. par. 3. par. princip. q. 13. & 14. Gomes. in princ. Insti. de adi. o. numer. 67. Et hanc quoque dicit esse communem Philip. Prob. in addit. ad Joan. Mona. in c. 1. nume. 16. de præscrip. lib. 6. Et hoc tenet Matthæ. de Afflīct. in confit. Neapol. lib. 3. Rub. 31. nu. 4. Gozad. in confilio. 56. numer. 13. Bertrand. confilio 184. numero 5. vol. 2.

Contrarium, quod tale statutum valeat, tenet Bar. in d.l. sequitur. s. si viam. numero 4. & in l. 1. numero 3. ff. de vsu cap. idem in fortioribus terminis tenet in d.l. nemo potest. numer. 22. dicens, quod in tantum procedat, vt nec pacto renunciari possit, quia tale statutum introductum est in fauorem publicum, & odium negligenter, & istam sententiam amplectitur Ias. in prin. Insti. de adi. o. nu. 100. sed prima opinio verior & communior est, vt ex alleg. patet. pro qua etiam facit, quia causa statuti non excludit peccatum, iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam. d.l. omnes. nu. 22. cum res aliena ab eo, qui eam alienam nouit, nunquam absque peccato possit acquiri.

Tertiò infertur, non valere statutum permittens non seruare iura mentum in aliquo casu, cum sit nutritiū peccati, & inuitet homines ad delinquendum, quia iuramentum hoc casu absque peccato per furiū nemo transreditur, quod est contra ius diuinum. Ita probat tex. in c. si verò. c. cum contingat. ext. de fureur. & ibi Doct. communiter. Hanc opinionem tenet quoque Paul. de Castr. in Auth. sacramenta puberum. & ibi Ias. dicit hanc sententiam Pauli esse veriorem. nume. 82. Joan. Andr. quem sequuntur ibi omnes Doct. c. tua nobis. cl. 1. ext. de decim. Fran. Aret. confil. 8. incip. abunde. Eadem opinionem tenet idem Paul. de Castr. in l. si quis pro eo. ff. de fidei iuss. & est communis secundum Ias. in d. Auth. nu. 83.

Limita tamen, quod. licet statutum contra iuramentum vel eius obseruantiam directè conditum non possit, per indirectum tamē id fieri posse, receptum sit, ita tenet Bart. in l. omnes populi. 1. q. 3. princip. dices, quod ita vidit obseruat, quem ibi sequuntur Doctor. ff. de iustit. & iur. Paul. de Castr. & Salye, d. Auth. sacramenta puberum. & ibi Ias. dicit hanc esse communem opinionem. numero 85. Panor. in confil. 72. in cip. quinque dubia. vol. 1. Rom. cō. 12. incip. viso facto proposito. Ale. con. 59. incip. viso instrumento. vol. 1. con. 38. incip. via petitione. vol. 3.

### Q V A E S T I O V.

Q V A E R O. An valeat statutum, tollens legitimam filiis debitam? Respon. Communis & recepta Doct. sententia est, legitimam filiis debitam statuto aut confusione vel alio iure ciuium penitus tolli, aut distinguere non posse, nisi ex iusta & rationabili causa, ita tenet Barto. in l. Ticio centum. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Alex. in confil. 55. vol. 2. con. 134. nume. 32. vol. 7. Hanc dicit esse communem opinionem Ias. in l. questionam in prioribus. nu. 3. & in Auth. nouissima. nu. 56. C. de inossi. testam. Dec. l. iurafang. trinit. ff. de reg. iur. Ratio est, quia legitima in generе descendentiis debita, est iuri naturali, quod immutabile est, & certum est, statuta contra ius naturale condita non valere, si ius naturale vel penitus tollat vel absque iusta & legitima causa distinguat, vt communiter tradunt Doct. in d.l. omnes populi. & in spele. Baptis. d. Caccalup. & Crotus. Canonistæ cōmuniter, post Ab. Fel. & Dec. c. quæ in eccl. star. ext. de constit. arg. c. pastoralis. de sent. & re iudic.

### Q V A E S T I O VI.

Sed quero. Vtrū statutū excludēs aliquā à successione, intelligatur ipsum exclusisse quoq; à petitione legitimæ? Respon. q; in ijs casibus in quibus statutū potest in specie aliquā excludere à legitima, si excludat ipsum generaliter à successione, intelligitur quoq; exclusisse à pe-

tione legitimæ, vt firmat Ang. con. 105. incip. statuto cauetur. Pau. de Cast. con. 10. incip. si domina Cornelia. & con. 135. incip. viso puncto. Ale. l. Gallus. §. & quid si tantū ff. de liber. & posthu. vbi subdit se nū quā voluisse consulere pro parte cōtraria. Eandē dicit esse cōunem Socyn. confi. 288. cum sequen. vol. 2. & Dec. confi. 26. cum multis per eum alleg. & in con. 276. Aym. Orat. confi. 11. & vltimo. Dec. cō. 305. nu. 9. Et eam tenet Bald. in l. cum lege. C. de episc. & cler. Vbi dicit quid fauore agnationis & familiæ, quæ per masculos conservatur, potest statutum in totum in legitimam collere, & tenet Curt. lun. confi. 10. licet ab alimentis excludi non possint. Eandem cum pluribus allegatis dicit esse communem Tho. Gram. Decif. 10. 1. nu. 6.

In ijs autem casibus, in quibus statutum non potest aliquā in specie excludere à legitima, statutum excludens aliquā simpliciter à successionē, non intelligitur ipsum exclusisse à petitione legitimæ, ita cōmuniter teneri firmat Socyn. in con. 150. vol. 1.

### Q V A E S T I O VII.

Nunquid autem statutum, inducens, quod pater teneatur solvere condonationē vel legitimā pro filio valeat, dixi infra. cap. filius. q. 23.

### Q V A E S T I O VIII.

Sed quero. Nunquid legitima ascendentibus debita penitus statuto tolli possit? Respon. q; sic, & hæc est communis opinio, secundum Bald. l. 1. §. ius naturale. ff. de iustit. & iur. & firmat Ang. con. 105. Rom. con. 32. & Pau. de Cast. con. 344.

### Q V A E S T I O IX.

Q V A E R O. Vtrum statutū respiciens singularis personæ præ iudicium, vel odium, valeat? Respon. quod non, dummodò fuerit appellatum, ita tenet in l. omnes populi. nu. 53. ff. de iustit. & iur. Bal. & Ias. l. prima. nu. 3. cum seq. ff. de legi. Franci. Ripa. lib. 1. Respon. cap. 22. nu. 4. Joan. Crot. d.l. omnes populi vers. decima cōclusio. Licer contrarii sed malè teneat Ab. c. cum omnes nu. 2. ext. de constit. c. consulfuit. el. 3. nu. 4. de appell. quod scilicet ipso iure non valeat, & ita q; possit dici nullum. Sed primam opinionem contra Abbat. dicit esse communē Dec. c. cum omnes. & d. c. consulfuit. nu. 32. quod ita demum non valeat, si ab eo appellatum vel illi reclamatetur. Eandem opinionem contra Abbat. dicit esse communem Curt. Jun. l. fin. nu. 25. C. de dic. Diui. Hadrian. toll. & in l. 2. nu. 7. ff. quod quisque iur. possit tamen hæc opiniones conciliari, si dicatur opinio Abb. procedere, quando statutum esset conditum in præiudicium alicuius de collegio, qui tempore conditi statuti contradixisset vel reclamatasset: tunc enim statutū est nullum, ex quo contradicentes est senior pars capituli, in quo videtur residere ius capituli. Idem si alterius non de collegio præiudicium recipiat, & vnu de collegio contradicat. Ita concordat Aret. Rubr. nu. 46. Rubr. de constitutionib.

### Q V A E S T I O X.

Q V A E R O. Vtrum valeat statutum diminuens solennitatem numeri septem testium de iure communis requisitam? Respon. Diversæ sunt opiniones, vt per Ias. in l. cunctos populos. lect. 1. nu. 37. cū seq. & lect. secunda. num. 81. & seq. Sed magis communis est, quod valeat ut dixi infra cap. 4. q. 36. quia solennitas testium 7. est solum introducta de iure ciuiili. hæc consulfissima. C. de testam. & certum est contra ea, quæ iure ciuiili disposita sunt, statuta condi posse. §. sed natura. lla. In ist. de iur. natur. Sic Imperator statuit in testamento patris inter liberos duos testes, & à rusticis condito quoque sufficere. Vnde sicut lege contraria Imperator hoc statuit, ita etiam statuto vel consuetudi ne id fieri posse dubium non est.

Non obstat, quod tale statutum inducat occasionem delinquendi, falsitatis scilicet committenda, quia non est presumendum id suisse de mente statuentis, sed quod plurimum considerent de legalitate suorum ciuiuum, vnde cum cesserat ratio, scilicet fraus, testamētū valer. Namque licer princeps ex iusta & rationabili causa possit ius naturale vel gentium distinguere. Tamen si eo cau de quo agitur, cessat illa ratio siue causa, constitutio illa feruenda non est. Vnde quoque cum ius diuinum generaliter disponat in ore duorum aut trium cōsistere omne verbū, licer leges ciuiiles ampliorē numerū re quirant, falsitatis evitandæ gratia, si illa causa in rei veritate cesserat, minorē numerū statuto induci posse certū est. Vtrū autū tale statutū extēdatur ad forēs, statim dicemus.

### Q V A E S T I O XI.

Q V A E R O. Vtrū forenses, vel non subditiligentur statutis alicuius loci vel ciuitatis? Respon. quod in hoc casu plures sunt consideran di casus.

Primus casus est in contractibus, in quo concluso secundū doctrinam Bar. cōmuniter approbatam in l. 1. C. de sum. trinit. vt firmat ibi Ias. in 2. lectur. nu. 55. quod in his, quæ respiciunt formam sive solennitatem contractus, attendi debent statuta loci contractus celebrati, sive contrahentes sint subditū, sive extranei, Barto. Bald. Ias. d.l. 1. Cardin.

# Commu.opinionum, Liber I.

63

Paris. consil. 99. nusme. 54. vol. 1. Idem in his, quae decisionem litis vel merita cause respiciunt, si ipsa oriuntur ex ipso contractu, inspicimus enim locum contractus celebrati. Bart. Bald. Ias. nu. 22. & 58. 2. leet. & Doct. communiter d.l. Socin. con. 2 66. vol. & consil. 103. 2. vol. 1.

Limita hanc communem non procedere in dotis contractu, quia quod ad effectum inspicimus statuta loci domicili mariti, non loci contractus celebrati. De hoc est tex. expressu in l. exigere dotem. & ibi communiter Doct. ff. de iudic. ut firmat Gram. decif. 103. nu. 132. Mattha. de Aifl. decif. 226. nu. 1100. & 10. vbi dicit ita tenendum esse. Eadem opinionem tenet Ang. d.l. exigere dotem. dicens, quod haec est veritas. Auto. de Butr. c. 1. & ibi Abb. de sponsal. Et hanc dicit quo communem opinionem esse Ias. d.l. cunctos populos. numer. 24. & firmat Alex. consil. 101. incip. ex inspectione dictorum statutorum.

In his vero, quae processum, & ordinem iudicij respiciunt, inspicimus locum iudicij, non contractus, ita tenet Bart. Bald. Ias. d.l. prima. nume. 20. leet. 1. & leet. 2. nu. 57. quae doctrina Bart. communis calculo approbata est.

Secundus casus est in ultimis voluntatibus. In quo concludo, statutum minuens numerum. 7. testium, in testamento de iure communis requisitum, extendi quoque ad extraneos & forenses in loco vbi statutum viget, existentes. Ita tenet Bart. & Doct. d.l. cunctos populos. Et ibi Ias. dicit hanc esse magis communem opinionem. numero 450. 1. leet. & idem Bar. I. de quibus. ff. de legib. Bald. I. si non speciali. C. de testam.

Tertius casus est in successione ab intestato. In quo concludo, statutum indistincte extendi ad forenses quod ab bona in loco vbi statutum viget, sive tale statutum viget, sive talum ultilitatem forent, sive damnum vel praedictum respiciat, & ista est communis opinio, quam firmat Abb. alleg. 101. Alex. 111. volu. 7. Socyn. consil. 36. nu. 7. vol. 1. Per. de Anchor. c. canonum statuta. ext. de constit.

Hinc infertur, stante statuto, quod in mater non succedat filio nisi in certa parte bonorum, matrem quoque forensem non admittit ad successionem filij ab intestato, nisi in illa parte tantum. Et haec est verior & communior opinio secundum praet. Doc. Licer contrariam voluerit consulendo idem Alex. in consil. 41. vol. 7. Namque in successonibus ab intestato semper attendimus statuta illius loci, in quo bona defuncti sita sunt, non autem vbi defunctus defecit, aut heres domicilium habet, idque indistincte sive statutum sit conceptum in rem, sive in personam, atque haec sententia communiter recepta est, ut firmat Alex. in consil. 19. vol. 6. & consil. 128. consil. 16. vol. 1. Corn. consil. 162. lib. 3. & consil. 202. lib. 2. Socyn. consil. 298. vol. 2.

## QVÆSTIO XII.

QVAERO, An statutum prohibens vendere certis personis, pura non subditis, includat clericos? Respon. quod non, quia esset centralibetatem ecclesiasticam, & haec est communis Doct. sententia, ut firmat Felin. in eccl. S. Marci, ver. nono quero. Et eam tenet Ioan. Andr. & Gem. c. fin. de immu. eccl. lib. 6. Bart. I. filius familiæ. s. diu. ff. de legat. 1. Alex. in consil. 214. vol. 2.

## QVÆSTIO XIII.

QVAERO, Vtrum statutis vel consuetudinibus aliquius regni vel ducatus obligatur ipsi reges vel duces? Respon. quod sic, dummodo eiusmodi statutum regni vel ducatus consensu sint condita & promulgata. Et haec est communis & recepta Doct. opinio, ut firmat Socyn. consil. 58. vol. 3. Andra. Tiraq. de vitroque retract. par. 1. s. 1. gl. 13. nume. 29. Licer enim princeps, quatenus princeps non ligetur lege sua; tamen ipse quod ad patrimonium suum priuatum, ut priuatus obligatur ex dispositione legis sua. Zaf. & Doct. in l. digna vox. C. de legib.

## QVÆSTIO XIV.

QVAERO, Vtrum statutis aliquius ducatus ligentur homines alterius provincie, castræ vel villæ isti ducatur quo ad districtum & iurisdictionem subiecta est? Respon. quod secundum communem & receptam Doct. sententiam, provincia si adjiciatur regno, vel castrum aur villa comitatui accessoriæ, neque resineat propriæ nomen regalis dignitatis, tunc regi debent secundum statuta & constitutiones istius regni vel ducatus, secus si non accessoriæ sed principaliter adjiciatur. Ita nota. Bart. I. si contulerit, s. si infusa. ff. de pign. actio. quem ibi sequuntur Salyc. Pau. de Cast. & Doct. Bar. post glo. in l. ex ea. ff. de post. Et haec est communis opinio ut testatur Alex. I. prima. numero decimo. & seq. & Rip. numer. 16. ff. de leg. 1. Abb. c. 2. numero quinto. ext. de relig. domib. Socyn. Jun. consil. 80. numero nono. volum. primo. Ruin. consilio 219. numero septimo. volum. 1. Crat. in tract. de antiqu. tempe. par. 4. s. transfo. nu. 35. Et eam tenet Hier. de Mont. in tract. de finibus. cap. 3. nu. 1. Ias. I. si eadem. nu. 3. ff. de accessor.

## QVÆSTIO XV.

QVAERO, Vtrum statutum, quo caueritur, ut testamentum coram tribus vel quatuor testibus factum, valeat, extendatur ad bona sita extra territorium? Respo. Doct. in hac quest. fuerunt varijs, refert

Specu. in tit. de instru. edit. §. compendios. vers. quid si de consuetudine. Verior tamen & communior opinio est, tale statutum extendi quoque extra territorium, quod ad hoc, ut in bonis etiæ extra territorium sitis ratum sit. Et quod ista sit communis opinio, firmat practica Papiens. in for. lib. quo pet. harcd. ex testam. Et eam tenet Bar. nume. 36. & 37. post Cyn. in d.l. cunctos populos. & ibi Ias. nume. 91. in secund. leet. dicit hanc esse communem opinionem. Namque communiter receptum est, statuta permitteria id, quod secundum iuris communis dispositionem in genere quidem permisum est, sed ratione solennitate, de qua statuto disponitur, prohibitum, extra territorium vigorem suum extendere, non quidem ut talis actus secundum solennitatem statuti extra territorium etiam a subdito celebratus valeat, sed ad hoc ut intra territorium etiam a non subdito celebratus ubique locorum valeat, non tantum in iis bonis, quae habuit in loco, vbi actus geritur, sed in omnibus ubique locorum sitis, ut firmant Doct. alleg.

## QVÆSTIO XVI.

QVAERO, An statutum de haereditate ab intestato aliter disponens, quam iure communis cautum est, extendatur ad bona extra territorium statutum sitarunt. Respon. In hoc articulo Doctor. variè locuti sunt. Bartol. in d. I. prima, C. de sum. trini. distinguunt an statutum conceptum sit in rem, vel in personam. Primum casu, ut si statutum dicat, quod bona defuncti perueniant ad filium primogenitum, vel quod bona descendenter perueniant ab intestato ad alcedentes exclusis transuersalibus, tunc debent attendi statuta istius loci, in quo bona sita sunt.

Secundo casu, ut si statutum disponat quod primogenitus discedat, vel quod ascenderent succedant ab intestato descendantibus, exclusis transuersalibus, tunc statutum extendit etiam effectum suum extra territorium ad quæcumque loca. Ita tenet pract. Papiens. de for. lib. quo pet. harcd. ex testam. verb. vallatum.

Contra rāmen opinio communiter recepta est, quod statutum simpliciter aliquid disponens, debet intelligi secundum ius commune, etiam si ita intelligendo nihil addat iuri communis, quando alias quis indebitate damnum patetur. Ita tener glo. quam sequitur Barto. & Doct. omnes. I. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. Et ibi Ias. nu. 12. dicit ita communiter teneri.

Hinc infertur, stante statuto, quod instrumentum Guarantigatum, seu confessionatum habeat executionem paratam, non tamen denegari mora purgationem, ut dixi infra, lib. 2. post Doct. communiter cap. 1. de mora. quest. 16.

## QVÆSTIO XVII.

QVAERO, Vtrum statutum disponens, quod in causis decideden- dis rigor iuris feratur, excludat in ore purgationem? dixi infra d.ca.

## QVÆSTIO XVIII.

QVAERO, Stante statuto, quod pro aliquo delicto manus amputetur, si delinquens habeat manum aridam, illa debeat abfcendi? Respon. Dixerat in hoc articulo sunt opiniones. Cyn. in Auth. sed nouo iure. C. de ser. fugi. existimat bonam manum esse amputandam. Alter sentit Bal. in d. Auth. distinguens, An in statuto de certa manu dextra vel sinistra sit facta mentio, vel non.

Sed communis & recepta Doct. opinio est, quod si statutum simpliciter dicat, manum amputandam, tunc arida debet abfcendi, ita communiter teneri firmat Ioan. And. in addit. ad Specu. Rub. de po. quem refert & sequitur August. Arimi. in addit. ad Ang. in tract. malef. verb. quas si non soluerit intra decem dies. nu. 4. Et eam tenet Jacob. de Butr. in d. Auth. sed nouo iure. & Albe. de Rosat. & lat. Raph. Fulgo. Eadem dicit communem esse opinionem Alex. in consil. 104. vol. 1. Cœpol. d. Auth. sed nouo. nu. 34. & plures relati per Pe. a Duen. reg. 393. limit. 9. in fin.

## QVÆSTIO XIX.

QVAERO, An statutum, disponens in contractu, habeat locum in liberatione, & renunciatione? Respon. quod sic, & est communis opinio, ut testatur Ias. in l. more. nu. 37. ff. de acqui. hred.

## QVÆSTIO XX.

QVAERO, An statutum, quo disponitur vel caueritur, mulierem sine consensu propinquorum non obligari, prohibeat quoque haere ditatis aditionem? Respon. quod sic, ita tenet Bart. Sal. & Doct. in d. I. more. b. ii Ias. nu. 19. qui dicit hanc esse communem opinionem.

QVAE

## QVÆSTIO XXII.

Sed quid si statutum dicat, quod mulier non possit contrahere sine consensu propinquorum, nunc quid potest adire haereditatem? Respo. quod licet in hoc articulo varie locuti sint. Tamen magis communis opinio est, stante tali statuto, mulierem nihilominus haereditatem adi re posse, ut firmat Alex. I. mutum. ff. de acquir. haered. Et ibi eam tenet Saly. I. m. Cuma. & Aret. Eandem dicit esse communem Ias. d. I. mo re. nu. 33. Quia adire haereditatem non est propriè contrahere, sed qua si. Vnde cum verba statutorum strictè & propriè sint intelligenda, se cundum receptionem Doct. opinionem, statutum loquens in contra stu, ad haereditatis actionem extendi non debet.

## QVÆSTIO XXIII.

QVÆR O. Vrum statutum disponsens quod mortua vxore si ne liberis maritus lucretur dotem, habeat locum in dote promissa. Respon. quod sic, & ista est magis vera & communis opinio, ut testatur Paul. de Castr. & Alex. I. si donaturus. s. lin. ff. de cond. ob. cau. Eandem opinionem dicit esse magis veram Alex. in consilio 54. vol. vlt. quem refert Anto. Capy. decif. 176. numero 32. Ias. d. Rubr. ff. sol. matri. numero 23. Bald. in l. post dorem. ff. eod. tit. Vbi dicit, quod si statutum non haberet locum etiam si dote promissa, sequeretur maximum absurdum, quia promissor ex mora solutionis præmium conse queretur, & ita esset aperta via malitijs.

## QVÆSTIO XXIV.

QVÆR O. Stante statuto, quod filia deberet datur arbitrio propinquorum, an propinquoi possint arbitriarim minus legitimam? Respon. quod non, & ista est communis opinio, ut testatur Gram. decif. 10. i. nu. vige simo. Et eam tenet Saly. Ias. nu. 28. & Do. in Auth. res quæ. C. commu. deleg.

## QVÆSTIO XXV.

QVÆR O. An statutum imponens poenam capitalem, debeat intelligi de poena mortis? Respon. quod non, sed poena illa capitalis interpretanda est in mitiore partem, ut comprehendat deportationem. Hanc opinionem probat tex. in l. præsent. C. de his qui ad eccles. confug. Eteam tenet Felinc. qualiter & quando. el. secund. numero 52. de accusat. Ioan. de Aria. c. 1. de homicid. Chafian. in confuer. Burg. tit. des iustices. Rubr. 1. 6. 5. fo. 43. & fo. 54. nu. 119. Ioa. de Villana ti. in rep. l. Diuus. numero 70. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Ias. in l. transfe re. & ibi Riminald. nu. 4. C. de translat. Alciat. in l. licet capitalis. ff. de verb. signif. Ias. in l. diuortio. numero 16. Vbi dicit ita tenere omnes Doctor. post supradictos, ultra eos vide, quæ d. infra libro 2. capi. de poen. q. 2.

## QVÆSTIO XXVI.

QVÆR O. Stante statuto, quod primogenitus succedat in re gno, si primogenitus decadat relatio filio, An filius præferatur par tro suo in successione regni? Respon. Doct. in hac quest. sententijs va riant. Quidam volunt quod talis filius primogenitus præferatur par tro. Ita consuluit Oldrad. Laud. consilio. 224. incip. istæ sunt allegationes. Et tener hæc opinionem Bal. I. libert. C. de oper. libert. l. ex hoc iure. q. 6. de iust. & iur. Eandem opinionem sequitur Abbi. consilio 86. incip. in præsentij q. Et eam dicit esse communem Barbat. in consilio 12. 2. parte. Aret. consilio 163. incip. diligenter & mature ex cussis.

Pro contraria parte, quod scilicet secundò genitus præferatur. tex. in c. pastoralis. de re iudi. & eam tener Bart. in Auth. post fratres. C. de legit. veri. Old. Laud. ibi contraxis consil. 94. Vbi dicit eam de iure veriorem. Hanc quoque dicit magis communem Alex. consilio 4. volum. 4.

## QVÆSTIO XXVII.

QVÆR O. Vrum arbiter electus, ad pronunciandum secun dum iura, possit & debeat iudicare secundum statuta & consuetudines? Respon. quod sic, ita tener glo. in proce. Clem. in prin. verb. iuris. Vbi sub nomine iuris comprehendit quodcumque ram statutarium, quam alterius speciei. Hanc opinionem tenet Anto. de Buer. c. quin taur. 1. nume. 49. de iure iur. Abb. in procem. Clem. in prin. & in c. cum venissent. nume. 4. de eo qui mit. in posses. & in c. Cumana. nume. 11. de elect. Praepos. c. ius generale. nume. 8. distinet. 1. Et hanc opinionem dicit esse communem Ias. I. præscriptione. nu. 20. C. si cont. ius vel vti lit. pub. Et eam tenet in l. omnes populi. leet. 1. nume. 3. & 2. leet. nume. 19. Et ibi eandem dicit esse communem Crot. I. nor. Baptis. de S. Seuer. Dec. c. licet causam. numero 20. de probat. Eandem dicit esse communem Claud. de Seyfel. I. us pluribus. numero 4. & ibi tenet Paul. de Castr. ff. de iust. & iur. Licet nonnulli Doctor. teneant contrarium, relati per Rocham Curt. Rub. de consuet. quest. 5. nu mero 50.

## CAPVT IIII.

## VNIVERSITAS.

## SVMMARIA.

**V**NIVERSITAS, iusta in tempore, minore quadriennio, an ad petendam restitutionem in integrum habeat in integrum quadriennium. q. 1.

An personæ de vniversitate repellantur à testimonio in causa vniversitatis vel saltem eis minor fides habeatur, respectu qualitatibus personarum, & lucri quantitatibus. q. 2.

Personæ de vniversitate in Iribus nemorum, maximè cum aliquid sol lunt. Item in questionib. de molendinis, alijsq; rebus, vndē utilitas in commune prouenit, idonei testes habentur. ead. q.

Testes ex personis vniversitatis non plenam fidem sed præsumptionem facere ead. q. in fin.

An vniversitas possit prescribere per particularium de vniversitate personarum professionem, vt si singuli de vniversitate, lignando possederunt syluan. q. 3.

Vrum vniversitas, vel collegium licitum & approbatum, possit in his, quæ ad ipsum collegium, vel vniversitatem pertinent, valida concedere statuta. q. 4.

Ad celebrandum actum vniversitatis, in his quæ sunt communia plus tribus & vniversis, ad minimum duæ partes adesse debent. ead. q.

Ad celebrandum actum vniversitatis, omnes de vniversitate esse vocandos, præter absentes: Alias actum non valere. q. 5.

Quod ad solemnitatem vocandi eos, qui ad vniversitatem pertinent, servatur cuiusque loci confuetudo ead. q.

In conuocanda vniversitate constare debet, quod nuncio commissum sit de vocacione. ead. q.

## QVÆSTIO I.

**V**AER O. Vrum vniversitas ad petendam restitutionem in integrum, si iusta est in tempore minori quadriennio, habeat quadriennium? Respon. Magna est disceptatio Legistarum & Canonistarum. Doct. Legistar. tenent, quod non detur quadriennium, sed tantum tempus, quantum fuit quod induxit ei iestinem. Eam opinionem tenet Dyn. s. rursus. In si de actio. Iacob. de Aret. I. c. t. e. C. de restit. milit. I. item expresso tenet Bar. & Bal. I. interdum. ff. de minor. & d. l. quod tempore. licet contrarium velit. I. ab hostibus. s. fed quod columna septima. ff. ex quibus cau. mai. vbi plenissimè. Et tener quod sit speciale in ecclesia, ut detur quadriennium ad petendam in integrum restitutionem aduersus minus tempus quadriennio, sed in minore aliud est. De vniversitate vero nihil dicit. Eandem opinionem tener Paul. de Castr. I. prima. & d. l. quod t. e. C. de restit. milit. I. ac. de Buer. d. s. rursus. Ie cundūl. I. ibi, qui dicit, quod ipse non recedet ab opinione Bulgari, qui idem tenuit. In c. dilecta. de verbis. signific. Contrariam opinionem quod scilicet tempus quadriennij, quod datur ad petendam restitutionem in integrum, est vniiforme, sive laeti sive respectu contractus, sive respectu sententijs, sive respectu temporis ultra quadriennium, sive minus quadriennio, tenuit Placent Martinus Odofred. Guid. de Suza. Pet. de Bellaperti. Cyn. Alber. de Rosat. d. l. supervacuum. C. de temp. in integr. restit. qui dicit, quod ista opinio est approbata de iure Canonico. Clement. i. de restit. in integ. Idem voluit Ioan. Andr. ibi in glossa, & Pau. de Leazaris, quod ista opinio est approbata: Cardi. Florent. ibi dicens, quod iure non probatur, quod restitutio in integrum debeat peti intra tantum tempus, quantum fuit tempus impedimenti. Vnde dicit, quod communiter d. Clement. i. intelligatur, quod sufficit proponere restitucionem in integrum intra quadriennium. Hanc opinionem tenet quoque Faber. d. s. rursus. Et Paul. de Castr. I. diuortio. s. non solm. ff. sol. matri. dicens, quod opinio Martini communiter approbatur. Eandem opinionem tenet Petr. Anchara. c. 1. de restitu. in integr. libro 6. dicens, quod licet magna sit alteratio inter Legistas, tamē hodie ista quæst. sit decisa per dictam Clementinam primam.

## QVÆSTIO II.

QVÆR O. An personæ de vniversitate repellantur à testimonio in causa vniversitatis vel saltem eis minor fides habeatur, respectu qualitatibus personarum & lucri quantitatibus? Respon. Doct. in hac quest. sententijs variant. Abbas in c. super. numero secund. extra, de testibus. in ea est opinione, quod propter utilitatem & communitatem, quod singulis de vniversitate evenit, non quidem in totum restringantur à testimonio, sed quod minus credatur, habito respectu ad personarum qualitatem, & lucri quantitatatem. Idque verum putat, si alii sint testes pro aduersa parte, secus si non sint, nisi testes de vniversitate, tunc enim plenèprobant.

Aliam opinionem tenet Folgo. in consilio 174. vbi vult communem

# Commu.opinionum, Liber I.

6

Aliam opinionem tenet Fulgos. in consi. 174. vbi vult communitatem elicit, quod testes de vniuersitate in causa vniuersitatis admittantur a iustitiam, quando ex via iusta nullum sint habituri communitas. Eum sequitur Corn. consi. 333. nu. 27. volum. 1.

Alia fuit opinio Alexandri, in consi. 99. nu. 15. volum. 5. videlicet, quod testes de vniuersitate in nemorum litibus admittantur quando ali, quid daturis solunt pro lignis. & consi. 68. nu. 16. volum. 2. vbi vult, quando quaestio est de molendino, vel alijs rebus, quarum utilitas in communione peruenit, quod tunc illius homines erunt idonei. Hanc opinionem sequitur Capyc. decisi. 15. num. 6. & Am. Venefici. consi. 8. nu. 25. Alter in hac quaestione sentit Guid. Pap. quaest. 193. vbi vult, quod illi de vniuersitate possint in causa vniuersitatis deponere, licet reportent commodum in vniuerso, per not. per Cyn. & Doct. parentes. C. de testibus.

Aliam sententiam amplectitur Lanfran. c. quoniam contra. vers. testimoni. nu. 121. quod si illud, super quo litigatur, singulorum commodum concernit, ut putat, si est lis super nemore, in quo quilibet potest pro visu suo ligna secare, tunc unus de vniuersitate non poterit testificari, eam opinionem tenet quoque Bertrand. con. 51. volu. 2. Paris. consi. 27. nu. 98. con. 104. nu. 137. volum. 1. Hipp. §. Ieruus. nu. 1. de quaestio. Vbi hanc opinionem magis communem esse affirmat, quod unus de vniuersitate possit testimonium perhibere in causa vniuersitatis, hanc ratione, quia nemo de vniuersitate dicitur deponere in causa pro priâ, cum aliud sit vniuersitas & aliud singuli de vniuersitate. Eam prius tenuit Abb. d. super.

Alia fuit opinio Baldi in consi. 468. incip. qualiter. nu. 6. volu. 3. videlicet, quod si testes non sentiunt commodum, vel incommodum immediatum, possint pro sua vniuersitate deponere. Eam opinionem sequitur Roma. consi. 7. num. 4. Petr. de Girar. in singul. 24. incip. utrum ciuius. vbi distinguit. Aut non litigatur principaliter de vtilitate spectante ad ciues & sunt idonei. Aut quaestio est super re principaliter spectante ad commodum, vel incommodum ciuium, & non sunt idonei testes. Paris de Put. c. quis sepe. nume. 1. & 2. de fini. feud. Eam opinionem communitate teneri Docto. refert Hier. de Mon. tract. de finibus. c. 58. nu. 2.

Aliter & melius sentit Cepolla in tract. de seruit. rust. præd. tit. de iure pauculandi. nu. 10. & 11. Vbi dicit vniuersitatis testes non sentientes commodum vel incommodum admittendos esse, sed eis de fide diminuendum, & quod non faciant plenam probationem, sed præsumptionem, id est quia habent aliquam affectionem erga suum communitem, ideo non sunt omni exceptione maiores. Et hanc sequendam esse omnino dicit Hieronim. d. tract. c. 58. nu. 72. in causa prohibitionis. nu. 4. vol. 2.

Contra fuit opinionem quod scilicet vniuersitas per particulatum personarum de vniuersitate possessionem, ut si singuli de vniuersitate lignando possederent solum. Respon. Bald. in consi. 373. volum. 3. alij mat, quod vniuersitas per possessionem hominum particularium non prescribat, nec dicatur possidere vel possidisse, nisi probetur istos homines possidere cum mandato vniuersitatis. Eandem opinionem, tenet Corn. consi. 333. incipien. capio. num. 29. & consi. 145. incip. viii. in fine. volum. 1. consi. 65. & incip. eti in hoc. volum. 4. con. 294. incip. multa in remedium. volum. 3. Paris. consi. 27. nume. 73. consi. 104. num 131. volum. 1. Aym. Crauet. consi. 317. incip. in causa prohibitionis. nu. 4. vol. 2.

Contra fuit opinionem quod scilicet vniuersitas per particulatum hominum possessionem prescribat, absque eius mandato, tenet Cepolla. in d. tract. de seruit. rustico. præd. Dummodo tamen scientia vniuersitatis, vel cum regentum, interuenient, quia scientia per patientiam presumitur, & patientia loco mandati haberet. Eandem opinionem tenet Dec. in consi. 221. nu. 10. vbi dicit, quod si vniuersitatis homines singulares cum coram animalibus pauculati fuerint in nemore, tanquam esset vniuersitatis, presumitur, quod ipsa vniuersitas possederit, & prescriperit, licet non appareat de mandato; quia vniuersitatis presentialiter loco mandati haberet. Idem voluit Paris. consi. 111. nu. 6. 4. volum. 1. Petr. Anch. consi. 153. incip. ex narratis in facto. col. 6. Felin. c. omnes de constit. ver. 6. declaratio. Hanc communem esse dicit Hier. de Mont. d. tract. de finibus. cap. 72. Fran. Curt. Senior. consi. 77. Bertrand. consi. 2. 4. nu. 1. vol. 1.

## Q VÆ S T I O . IIII.

Q VÆ R O , Vtrum vniuersitas vel collegium approbatum, possit in his quae ad ipsum collegium, vel vniuersitatem pertinent, validam condere statutam? Respon. Bart. & Doct. communitate. I. omnes populi. ff. de iustitia & iure, tenent quod sic. Ita refert Zoannet. d. I. vt vim. part. tertia. nu. 63. vide sup. statutum.

Clarum est in iure, quod in actu vniuersitatis celebrando, in his quae sunt communia pluribus & vniuersis, debent ad minus duæ partes adesse de tribus. I. nouation. II. C. de decur. lib. 10. I. quod maior. Cad muni. Specul. de Syndic. ver. 1. Alex. con. 1. col. 3. vol. 3. & con.

I. vol. 4. con. 110. tercia & quarta col. vol. cod. Abb. c. cum omnes. vbi dicit communiter teneri ext. de constitutionib.

## Q VÆ S T I O . V.

Sed quero an requiratur quod omnes sint vocati, vel major pars tantum? Respon. Communis omnium Doct. opinio est, quod si præ dicta conclusio locum habeat, quando omnes sint vocati solenniter. I. & ibi glo. C. de decur. lib. 10. Ita communitate teneri refert Anton. Capyci. decisi. 1. nu. 3. & in hoc quo ad solennitatem statutum fuerit loci secundum Bart. d. I. 2. & debet constare, quod nuncio commissum sit de vocatione. Absentes autem à civitate, vocandi non sunt. Ita dicit teneri omnes Docto. in c. cum omnes. de constit. idem Capycius d. decisi. quarta.

## C A P V T . V.

### C O N F I N E S .

#### S V M M A R I A .

**R**IPLEX modus procedendi in iudicio quaestionum finalium. n. q. 1.

Potestas in novis terminis constituendis, alijsq; quibusdam rebus pro arbitrio ordinandis, permissa iudicii in iudicio fin. regundorum. cad. q.

In probandis finibus, maximè antiquis, exactam probationem non requiri. q. 2.

Vbi res sunt multum antiquæ, difficilè esse probationem. cad. q. in fin.

Vbi cadit difficultas probationis, admittuntur probationes minus integræ. ibid.

Tépus antiqui, aut antiquissimi in materia probationis, quod dicitur, ad hoc, ut imperfecta probatio in antiquis plenè prober. q. 3.

Vitæ hominis longæ terminum, esse spaciū 100. annorum, cad.

q. circa fin.

An & quatenus plenè probentur confinia, dominium & possessio, per verba enunciatiua scripta inter alios, in pluribus instrumentis publicis antiquissimis. q. 4.

Fines nouos non probari per verba enunciatiua scripta in instrumentis. ead. q.

Iurisdictionem, eiuscemus fines probari per antiqua prætoria. q. 5.

Fines probari per cacastum vñā cum solutione productum: secū si scriptura catasti per se sine solutione producatur. q. 6.

Catastum repertum apud personas cyprias, iunctis alijs administris idoneum esse ad probandos fines. cad. q. in fin.

Fines an & quatenus probari possint, ex scriptura & literis incisis in lapidibus terminorum. q. 7.

Literis & scripturis in lapidibus atque columnis, non minorem haberi fidem, quam literis publicis. ead. q.

Fines limitatos, sive priuatrum rerum secularium vel ecclesiasticarum, sive publicarum rerum, aut dignitarum ecclesiasticarum & temporalium, nunquam prescribi posse. q. 8.

Principes seculares male facere, qui quotidie aliorum territoria, cum graui animarum preiudicio occupent. ead. q.

Divisionem regnum, territoriorum & diocesos spectare ad solum Papam vel principem. Eiusq; esse referuata in signum vniuersitatis iurisdictionis, & imperii. ead. q.

Commissione maleficio in confinio durarum ciuitatum, si dubitetur in virtus territorio sit commissum, ad quem spectet cognitio. q. 9.

Delictum in mari inter duas ciuitates æqualiter distantes, perpetratum, censetur in confinio utriusq; ciuitatis cōmuni, factum: Ideoq; ad utriusq; pariter cognitorem pertinere. ead. q.

Tot videri delicta, quorū sunt personæ offendit: Ac vnumquemque possit agere in solidum. ead. q.

## Q VÆ S T I O . I.

**Q**VAERO, Qualiter in iudicio finalium quaestionum procedatur? Respon. Abb. in c. ex literis. nu. 9. ext. de probat. Ponit vnam practicam sive modum procedendi, ut scilicet iudex primò cognoscat de possessione, secundò de proprietate: tertio, Agri- mensore emitat: quartò, per suam sententiam terminos statuat. Habent enim iudex potestate de novo terminos statuendi, sed euidentiorib. signis, ut evidentur scandala & tollendo de fundo alterius, ac dando alteri, faciendo tamen ei pecunia refundere. I. 2. & 3. ff. fini. regund.

Alios duos modos tradit id est Abb. in c. quia indicate. nu. 9. ext. de p̄scriptio. Vnus est ut deposita querela iudex inquirat, quis possidat & quantū, deinde videat circa proprietatem quantum debet qui liber habere, & hinc informatione habita, vadat cum agrimensoribus, Commu. op. I. To. 3.

E

vel agrimenso remittat partibus citatis, ac injungat, ut circa probacionem haec tam agrum mensuram, vnicuiusq; assignando quod suum est, & terminos figat, & postmodum pronunciet, illos obseruandos fore in futurum. hanc opinionem tenet Bald. l. si quis numer. 2. C. fin. regund. Ang. §. quædam. nume. 12. Iaf. nume. 78. Inst. de action. Felin. d. cap. quia indicante numer. 3. Hanc communem dicit esse & certiorum Hier. de Mont. tract. de finibus. cap. 30. nume. 6. Secundus modus est ut index habita informatione, pronunciet terminos esse ponendos, secundum informationem vel probationem habitam.

### Q VÆ ST I O II.

**Q V A E R O**, Qualis probatio requiratur in probandis confi-  
nibus? Respon. In probandis confi-ibus maxime antiquis exactam  
probacionem non requiri, ita tener Corne. consil. 333. nume. 3. volu.  
1. Socin. consil. 86. nu. 4. volum. 1. consil. 66. nu. 2. volum. 2. vbi commu-  
nem asserit. Bertrand. con. 171. nume. 5. volu. 3. Barol. Chassanae. con.  
15. nume. 18. Aim. Crauer. de antiqu. temp. 1. part. sect. viso. numer. 31.  
Paris. con. 27. nu. 15. consil. 104. num. 14. con. 107. num. 7 & 8. volum. 1.  
consil. 68. & 69. numer. 5. volum. 1. Ratio potest esse, quia, vbi resunt  
multum antiquæ, difficilis est probatio, & vbi cadit difficultas pro-  
bationis, admittuntur probaciones minus integræ. cap. tertio. ext. de  
probat.

### Q VÆ ST I O III.

Sed hic quæro. Quando dicatur antiquum vel antiquissimum?  
Variae sunt opiniones, vna fuit Antonij de Bur. in cap. veniens. cl. 1.  
de testibus. quod scilicet requiratur 40. annorum spaciū, cum se-  
quitur Barba. consil. 17. incip. præclarè. colum. 26. vol. 2. Bart. Chassa-  
nae. con. 15. nu. 19.

Alia fuit quorundam opinio tenentium, quod iudicis arbitrio  
reliquerat, quando dicatur antiquum tempus in materia probatio-  
nis. Eam opinionem tener Hostien. cap. illud. de præsumptio. Alex.  
con. 4. & con. 187. vol. 2. idem voluit Socin. con. 22. Matth. de Afflict.  
decis. 84. nu. 7. Ang. Inst. de vñscap. in princip. nu. 6.

Alia fuit opinio tenentium, quod requiratur tempus 100. annorum  
metam excedens. Innoc. cap. vñscens. ext. de verb. signific. quam di-  
cunt communem esse. Alexan. & alijs. l. cum aliquis. C. de iur. delib. Pecif. Tholofa. 4. 39. Alexand. consil. 7. incip. viso themate. in fin. volu.  
1. consil. 83. incipient. viso themate. nume. 9. volum. 3. consil. 134. numer.  
8. & 9. volu. 7. Curt. Senior. consil. 33. nume. 24. Socyn. consil. 39. nume.  
7. volum. 1. Bertrand. consil. 107. volum. 1. con. 41. nume. 6. volu. eod.  
Carol. Ruin. consil. 141. nume. 2. & 18. consil. 161. nume. 5. vol. 3. consil. 17.  
nume. 3. vol. 3. Iaf. consil. 81. nume. 3. con. 10. 4. nume. 6. volum. 1. consil.  
148. nume. 8. volum. 4. Dec. cap. cum dilecti. nume. 18. de appell. consil.  
321. colum. 4. & con. 13. nume. 8. vbi dicunt centum annorum spaciū  
quod vitæ longærae hominis terminus est, requiri, ut imperfecta pro-  
batio in antiquis plenè probet, & ita communiter teneri. A qua op-  
nione non est recedendum. Eam quoque tener Hipp. de minore. §.  
plurim. nume. 65. ff. de quæst. Crauer. consil. 146. incip. respondi. nume.  
3. volum. 1. Limitatur hæc communis, vt per Crauer. de antiqu.  
temp. part. 1. in princip. nu. 5.

### Q VÆ ST I O IV.

**Q V A E R O**, Verum verba enunciatiua in pluribus instrumen-  
tis publicis antiquissimis inter alios scripta, plenè probent confiniā,  
dominium & possessionem? Respon. Barto. l. cum aliquis. C. de iure  
deliber. dicit confiniā non probari per verba enunciatiua scripta in  
instrumentis, velut si in his continent actu in tali loco, in domo talis,  
per hoc enim non probatur item dominum esse in tali plebanatu,  
vel secundum Paul. de Cafr. ibi. & Abb. in con. 62. nu. 2. vol. 2. indu-  
cerent tantum vñscensem præsumptionem.

Contrariam opinionem, quod videlicet verba enunciatiua in  
pluribus instrumentis antiquissimis inter alios scripta, in quibus enun-  
ciatur, aliquem locum esse de iurisdictione vel dicitur vel distric-  
tu, plenè probent non solum confiniā, sed etiam dominium & pos-  
sessionem rerum particularium, notat gloss. cap. si Papa. verb. prolat. de  
prævile. in 6. Abb. c. cum olim. ibi glo. verb. instrumenta. de consil.  
cap. super eodem. nu. 3. de paro. Abb. Felin. & Dec. cap. cum caufam.  
de probat. Barbar. con. 17. incip. præclarè. colum. 22. 26. consil. 6. vol. 2.  
& in cap. ex literis. in fin. de probat. Guid. Pap. in consil. 88. numer. 2.  
Cornel. consil. 333. iii. ip. cap. nume. 9. volum. 1. Socyn. consil. 63. num.  
7. & consil. 88. & consil. 166. volum. 1. Iaf. consil. 81. numer. 2. consil. 14.  
nume. 5. volum. 7. Dec. consil. 42. numer. 7. con. 42. 8. numer. 26. volu.  
1. Aym. Crauer. consil. 74. incip. quæritur. numer. 11. volum. 1. & in  
tract. de antiqu. temp. part. 1. in princ. nume. 7. Paris. de Put. cap. quia in  
materia de finib. feud. Bald. d. l. cum aliquis. quem sequuntur Salye.  
Alexand. Iaf. l. ad monendi. nume. 2. 4. 4. ff. de iure. Soeyn. consil. 187.  
nume. 5. volum. 2. Hieron. de Mont. tit. de finib. vbi communem asse-  
rit post Aym. Crauer. vbi sup. cap. 60. nu. 3. & limitat hanc commu-  
nem, ut non procedat, quando agitur de probandis confi-ibus no-

uis, quo casu vera est, & saluator opinio Bart. ita tener Alex. Bald. Sa-  
lye. & Iaf. d. l. cum aliquis. Iaf. con. 63. nu. 1. vol. 3.

### Q VÆ ST I O V.

**Q V A E R O**, An priuilegia antiqua probent iurisdictionem &  
eius fines? Respon. Bald. Rubr. C. de emptio. & vendit. tener, quod sic.  
Idem voluit Socyn. consil. 187. nu. 6. vol. 2. & Arctin. con. 42. in princ.  
vbi dicit omnes Doct. communiter ita tener, & dicit, quod præsum-  
ptio & probatio resultabat, vt quicquid in antiquo priuilegio conti-  
netur, sit de finibus illius cuius sunt fines in illo descripti.

### Q VÆ ST I O VI.

**Q V A E R O**, Vtrum catastum probet confiniā? Respon. in hac  
questione distinguitur. Aut catastum producitur vna cum solutio-  
ne, & facit probationem, quia per impositionem census & collecta-  
rum deprehendit, quod locus soluens collectas sit de territorio il-  
lius loci, cui soluitur. Ita tener Alex. con. 35. incip. viso processu. nu. 4.  
vol. 4. Bald. l. 3. C. de natur. liber. arg. text. Corn. con. 333. vol. 1. num. 6.  
Aut catastum de per se producitur sine solutione, & non probat. Fel.  
cap. cum causam. nu. 2. ext. de probat. Aymo. Crauet. de antiqu. temp.  
1. par. sect. quartò limitatur. num. 71. & quod catastum non probet de  
per se dominium, vel possessionem contra eos, qui scripturae catasti  
non conferunt, neque interferunt, tener Bald. l. si pater. C. de actio.  
empt. & in l. solennibus. C. de rei vend. Alex. con. 62. nu. 16. vol. 7. con.  
77. incip. viso processu. nu. 11. vol. 6. Lanfranc. cap. quoniā contra  
verb. testif. num. 165. de probat. Et hanc esse communem opinionem  
attestatur Paris. con. 104. in fin. vol. 1. & Roman. con. 275. Barbat. ta-  
men dicit, catastum siue æstimatum, si fuerit repertum apud egregias  
personas, iunctis alijs adminiculis, probare confines. con. 17. vol. 2. &  
con. 6. vol. eodem.

### Q VÆ ST I O VII.

**Q V A E R O**, Vtrum literæ in lapidibus terminorum scriptæ  
probent confiniā? Respon. Felin. in c. cum caufam. ext. de probat. nu.  
8 & 27. dicit, quod tales scriptæ in lapidibus sculptæ non probent,  
sed administrantur, vbi agitur de graui præiudicio, dato quod esse  
mus in facto antiquissimo, & ita Doct. communiter tener. Idem vo-  
luit Abb. cap. cum caufam. nu. 1. vbi dicit quod scripturae in columna  
vel lapide credatur, & facere probationem plenam in ijs, que non ten-  
dunt in aliquo præiudicium, in alijs vero administrari secundū loci  
qualitatē, vbi reperiuntur & secundum præiudicij quantitatē.

Contrariam partem, quod scilicet ita credatur scripturis in lap-  
idibus, sicut scripturis publicis, & quod confiniā per eas probentur,  
tenet Guid. Pap. quæst. 193. in verb. sexto. Paul. de Castr. si à furio-  
so. in fin. C. de testam. Corn. consil. 171. incip. videtur in hoc. nu. 10. vo-  
lum. 1. con. 333. nu. 5. eod. vol. consil. 162. nume. 6. vol. 3. Laurent. Calca.  
consil. 9. nu. 7. Et hæc mihi verior videtur, quia ex quo in lapidibus  
terminorum scriptura reperiatur, & ita ordinatum esse presumitur.

### Q VÆ ST I O VIII.

**Q V A E R O**, An fines præscribantur? Respon. Quod fines si  
sint iuncti, siue priuatarum rerum, secularium vel Ecclesiasticorum, siue  
publicarum rerum aut dignitatum Ecclesiasticarum & temporalium,  
nunquam præscribi possunt. Ita tener Abb. c. super eod. in fin. de pa-  
ro. Vbi subdit, Principes secularis male facere, qui quotidiū aliorum  
territoriis cum graui animarū præiudicio, occupant. Idem tener Car-  
dinal. Zabarel. Clemen. parochialis. vers. vi. illud. nu. 4. dñe iud. Iaf.  
§. quædam actions. 38. Institut. de action. Paris. de Put. cap. at si fines.  
numer. 9. de finib. feud. Ioann. Lecitier tract. de primoge. quæst. 4. nu-  
mer. 2. lib. 2. tom. 7. Lauren. Calcan. consil. in consil. 90. incip. quia ista  
quæstio. nume. 6. vbi dicit, quod id ideo, quia diuissim regnorum, ter-  
ritoriis, & diœcesis spectat ad solum Papam vel principem, &  
eis sunt referata in signum. Vniuersalis iurisdictionis, imperij &  
ætatis. Id quod priuatorum possessio nihil operatur cōtra illud, quod  
statutum & ordinatum a principe fuit, & cōtra illud præscribi non  
poterit. Eadem opinionem tener Guid. Pap. consil. 88. nu. 5. vbi dicit  
Doct. communiter in ea residere sententia.

### Q VÆ ST I O IX.

**Q V A E R O**, Si maleficium sit cōmissum inter duarum ciuitat-  
um confines, & dubitatur in cuius territorium sit cōmissum, ad quæ  
specter cognitio? Respon. Bart. in tract. de iurisdictione omni. iud. nu-  
mer. 14. tener, quod ratione dubi, vtriusque ciuitatis rector proce-  
dere poterit. Idem tener ipse Bart. in l. iurisperitos. §. cum oriundus.  
nu. 2. ff. de excus. tur. Maria. Socy. eandem tener opinionem, vbi dicit  
ita communiter obseruari, in cap. postulati. vers. circa septimū. ext.  
de foro compet. Idem in simili tener Capolla, in tractat. de seruit. ru-  
sticor. præd. in tit. de mari. c. 2. nu. 20. vbi si delictū erit perpetratum  
in mari, inter duas ciuitates æquè distantes, dicitur perpetratum in  
confino, quod est cōmune viriūcī ciuitatis, ideo ad viriūcī pariter  
spectabit

spectabit cognitio. Ratio potest esse, quia quando ex delicto perpetratore resultat offensa in plures personas, tunc non sunt delicta, quia sunt personae offensa, & unus quisque poterit agere insolitum: ita dicit Arct. con. 58. incip. diligenter consideratis. n. 2.

## CAPVT VI. DOS.

S V M M A R I A.



N & quando dos possit esse sine matrimonio. quæst. i.  
Dotem, quæccepit esse, contracto semel matrimonio, non desinere esse dotem, eo postea quacunque ratione soluto. ead. q.  
Dotem esse ius quoddam vniuersale: secundum magis recepta Doct. sententiam. q. 2.  
Dotis causam, seu præstationem & restitutionem, fauorabilem esse ratione publice utilitatis. q. 3. in prin.  
Patrem compelli per iudicem dotare filiam suam, secundum vires sui patrimonij. q. 3. in prin.  
An pater teneatur dotare filiam diutinem. ead. q.  
Patrem regulariter teneri filiam dotare, de bonis proprijs. ead. q.  
Patrem teneri dotare filiam, non iure obligationis, actionis, sed officio iudicis. q. in fin.  
Aius paternus tenetur dotare neptem, propter inopiam patris & matris: quib. opulentis existentibus, non tenetur. q. 4.  
Fratrem teneri dotare sororem ex eodem patre natam: non autem veteriam. q. 5.  
Patrem cogi dotare filiam, nubentem sine ipsius voluntate: nisi nubat indigno & in honore. q. 6.  
Dominum rei dotalis, in maritum sine traditione non transferit: idem que iurari in dote vniuersali. q. 7.  
Contractum dotis, quod ad translationem dominij per traditionem, non esse priuilegium. ead. q. in fin.  
Mulierem, etiam sterilem, gaudere priuilegio dotis. q. 8.  
Dotem non vitari proper incertitudinem: ut in alijs sit contractibus, vel quasi. q. 9.  
An & qui possit alienari res dotalis mobilis. q. 10.  
Dotem soluto matrimonio restituendam mulieri superstiti. q. 11.  
Muliere adulterium committente, an & quando dos cedat lucro mariti, aut eius hæreditibus. q. 12.  
Mulierem mortuo marito, stuprum viduitatis tempore committentem, non amittere dotem. q. 13.  
Crimen stupri levius esse, quam adulterij. ead. q. 8. contraria.  
Mulier stuprum committens tempore viduitatis, incidit in omnes poenas, statutas in has, quæ conuolant ad secundas nuptias. ead. q. sub fin.  
Bona mariti tacite obligari pro dote. Mulieremque in tacita hypotheca praeferriri cæteris creditorib. itidem tacitam hypothecam habentib. q. 14. in prin.  
Etiam minoris bona curatorem habentis, contracto matrimonio tacite pro dote obligari: Et quæ sit huius ratio. ead. q.  
Sponsam non habere hypothecam priuilegiata in bonis sponsi. q. 15.  
Mulierem habentem hypothecam expressam, non praeferriri creditorib. habentib. similiter expressam anteriorem: Et quæ sit diuersitas ratio. q. 16.  
Obligationem honorum pro dote, in dubio presumi præcessisse obligacionem extraneam in bonis mariti. q. 17.  
In repetitione dotis admitti compensationem: si modò ex vtraque parte quantitas debetur. q. 18.  
In contractu dotis præsumi stipulationem, quam dubium sit intercessus filii: Aut singuli, quam constet non intercessus. q. 19.  
Promissionem de constituta dote habere evidens effectum, ac si dote esset constituta. q. 20.  
Quid iuris, si quis promittat fæse obligatum ad decem. ead. q.  
Patrem non posse filii dare dotem minorem legitima: Alijs peti supplementum congrue dotis. q. 21.  
Filiae non posse supplementum dotis petere: cum extantibus masculis, filia statuto a successione excluduntur. q. 22.  
Dotem per metum promissam ipso iure nullam esse nec opus esse rescissione, ut in contractibus alijs, per metum initis. q. 23.  
Mulierem post annum non posse petere alimenta, siue vissuras dotis: nisi hæreditibus moram committentib. aut ipsa die a lege inducta, pro homine interpellante. q. 24.  
Marito vergente ad inopiam, dotem repeti posse constante matrimonio. q. 25.  
Repeti item posse dotem constante matrimonio, incipiente marito male vti substantia sua. q. 26.  
In dubio proditib. respondere, melius est ea. q. in fin.  
Repetitione dotis locum non esse, si vxor sciens contraxit matrimonio cum viro inope, & non existente soluendo. q. 27.

Reip. interesse dotem manere saluam. ead. q.  
Casum inopinatum facere locum repetitioni dotis, matrimonio constante. ead. q. in fin.  
Mulier sciens contrahendo matrimonium, videtur vitam, mores & facultates viri approbare. ead. q. in fin.  
Privilgium repetitionis locum habere & in sacerdoti recipiente dotem, ac vergente ad inopiam. q. 28.  
Quid iuris, si pater recipit dotem, suo & filij nomine (quo casu consti-  
tuuntur duo redditib. pro restituenda dote) & alter corum ver-  
gat ad inopiam: possint neagti aduersus virumque, an alterum tan-  
tum, an vero cum neutrō. q. 29.  
An & quando paupertas vnius, noccat alteri. ead. q.  
Maritus, vel sacerdos, offerentes mulieri fideiussores de dote conseruan-  
da, ad evitandam exactiōem dotis, an sint audiendi. q. 30.  
Duos extraneos posse constituī pro dote correos: Non autem fideiussores  
pro dote conseruanda dari posse, vel debere. q. 31.  
Pro dote profectitia simpliciter tradita: Item si pater stipulatus sit sim-  
plicer, dotem reddi, actionem communem esse patris & filii. q. 32.  
Si mulier decedat, superstite patre, & reliquis liberis: non patri, sed libe-  
ris restituendam dotem. q. 33.  
Filiam fam. in dote profectitia hæredem habere, ijs casibus, quibus a-  
ctio solus est filiæ. q. 34.  
Quibus casibus actio pro dote, solius filiæ sit. ead. quæst.  
Actionem dotis profectitiae pro filia emancipata datae, competere so-  
li filiæ: perinde, vt, quæ ante communis erat, post emancipationem  
incipit esse solius filiæ. q. 35.  
In dote aduentitia esse solius filiæ actionem: Sicut vice versa, in dona-  
tione propter nuptias aduentis, solius filiæ. q. 36.  
Filiam fam. in dote aduentitia, solum sine consenseru patris stare posse in  
iudicio: eo maximè casu, quod propter inopiam mariti constante  
matrimonio dotem repetit. Sed & soluto matrimonio idem iuris  
esse. q. 37. & 38.  
In casu inopiae mariti, licet ægio communis sit filiæ & patris: tamen  
& solum patrem agere posse ad restitutionem dotis. q. 39.  
Maritum teneri, & condemnandum in solidum, eo casu quo vxor co-  
stante matrimonio propter inopiam eius dotem repetit. Et quæ sit  
huius ratio. q. 40.  
Mulierem eo casu, quo potest agere ad dotem constante matrimonio,  
non posse conuenire extraneos possesse honorum quæ tempore  
re datæ dotis erant mariti. nisi excusis præsumtis bonis mariti. Neque  
in hac parte gaudere aliquid priuilegio præ cæteris creditoribus.  
q. 41.  
In iudicio dotis procedendum ex hono & æquo. ead. q.  
Non attendi apices iuris, æquitati cum locus esse potest. ead. q.  
Extraneum dote pro muliere soluentem, sibi que soluto matrimonio  
reddi stipulante, non posse constante matrimonio agere, marito  
vergente ad inopiam: Sed mulieri competere ex æquitate officiū  
iudicis: Atque extraneo præstandam cautionem, de restituenda do-  
te solito matrimonio. q. 42.  
Actionem, quæ competit marito, ut dos tradatur, æquæbonæ fidei  
esse, atque cum, quæ ex stipulatu competit mulieri, pro restituenda  
dote. q. 43.  
Actionem extraneo competentem pro restituenda dote, non esse bo-  
na fidei, sed stristi iuris. q. 44.  
Dotem, si in rebus soli constitut, soluto matrimonio ab hæreditibus ma-  
riti statim restituendam: si in mobilitate: unum hæreditibus mariti da-  
ri. q. 45.  
An hæredes mariti, eo casu, quo annum habent ad restituendam do-  
tem, ipsi interim alere teneantur mulierem. q. 46.  
Hæredes mariti, primo anno dilationis finito, non cogedos amplius  
alere mulierem. q. 47.  
Mulierem non cogi, per id temporis, quo alia hæreditib. mariti de-  
bet, commorari & habitare in domo hæredum: sed petere sepa-  
ratam habitationem posse. q. 48.  
Hæredes mariti lucrari omnes fructus dotis primi anni, quo alitur v-  
xor. q. 49.  
Pactum inter virum & vxorem, de tota dote lucranda valere  
q. 50.

## QVÆSTIO I.



V A E R O , An dos possit esse sine matrimonio?  
Respon. Communiter ea recepta est sententia, quod  
licet esse non possit, quando nunquam contractum  
est matrimonium. Tamen postquam semel est con-  
tractum, & dos esse coepit, non desinit esse, licet po-  
stea matrimonium dissoluatur, ita firmat laf. Rubr.  
ff. solut. mariti. lect. nu. 4.

Commu. op. Tom. 3.

E 2

## QVÆSTIO II.

QVAERO, An dos sicutius quoddam vniuersale? Respon. Bal. in l. i. ff. solut. matr. tener quod non; idem in l. fin. C. de sent. quæ sine cer. quantia, vbi dicit, communem esse op. contra Bar. Eandem sententiam amplectitur Ang. Cuma. & Paul. de Castr. d. Rubric. ff. solut. matrimo.

Contraria opiniōem, quod imo dos sit ius vniuersale, tenet Bart. si marito. & fin. cod. it. per illum tex. quem sequuntur Imo. Roma. Alex. & Recentiores, & in hanc sententiam magis communiter statum est à Doct. nostris, vt firmat idem Ias. d. Rubr. nu. 28. dicens, ab ea non esse recedendum.

## QVÆSTIO III.

Doris causa & præstatio, item restitutio, fauorabilis est, ratione publica utilitatis, vt inquit Iurisconsultus in l. i. ff. solut. matr. & ibi Doct. communiter, teste Ias. ibi. Hinc priuilegium doris, quod pater compellitur per iudicem, dotare filiam suam secundum vires sui patrimonij, vt est tex. expressus, l. qui liberos, 19. ff. de ritu nupt.

Sed quero, Nunquid pater teneatur dotare filiam divitem? Respon. Doc. in hac q. sententia variant. Vna est illorum, q. pater teneatur dotare filia de suo proprio patrimonio, quamuis filia sit diues & habeat bona propria scilicet materna. De hoc est tex. expressus in l. fin. C. de dot. promis. & ibi eam sententiam amplectuntur Bald. & Ange. Alex. in l. mulier. 19. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. Angel. Auth. quæres. C. commu. delegat. Et dicit Ias. in l. i. ff. solut. matrim. quod videtur ista esse communis opinio. nu. 25.

Alia est opinio Bar. in d. 9. cùm proponeretur, quod si filia diues est, pater non teneat cam dotare, ex quo pater non iure obligationis astrictris est, ad dotandam filiam, sed officio iudicis tantum, quod in sequitate consistit, æquitas autem cessat, quando filia est diues, & habet, vnde se possit dorare. Hanc opiniōem dicit esse veriorem Ias. vbi supr. secundum quam, si causus contingeret, veller iudicare.

## QVÆSTIO IV.

QVAERO, An aius paternus teneatur dotare neptē? Respon. quod sic, ita tenet Salyc. d. l. fin. post Bart. in l. vbi Ias. nu. 26. dicit, q. ista sit communis opinio, & q. omnes Doct. ita tenent. Intellige tamē hanc communem, vt non procedat eo casu, quopat erit diues, quia teneat filiam de suo dotare, ita tenet Bald. in d. Auth. res quæ. quem sequuntur ibi Alber. de Rosat. Salyc. & Fulgo. Eandem opiniōem tenet Roma. & Alex. in d. l. i. ff. solut. matr. Franc. Aret. con. 17. incip. consideratis diligenter. & dicit Ias. d. l. i. nu. 26. quod ista est clara & indubitate conclusio.

Item limitata, in patre fratre, & matre diuise, quia mater teneat dotare filiam. Ita tenet Cyn. & Dyn. Bar. Bal. Alber. de Rosat. & Fulgo. d. Auth. res quæ. Raph. Cuma. Ia. filia. ff. ad Trebel. vbi dicit, quod ista est communis opinio, licet contrarium teneat Ang. & Salyc. d. Auth. res quæ. Raph. Cuma. & Alex. d. l. i. ff. solut. matrin.

## QVÆSTIO V.

QVAERO, An frater teneatur dotare sororem? Respon. verior Doct. sententia est, quod sic, dummodo ex eodem patre pata sit, secus si sit uterina, ita tenet gl. l. non omni. C. de administ. tutor. quam gl. ibi sequuntur Cyn. & Bar. Bal. l. ff. C. de dot. promis. Ab. in con. 12. incip. & videtur materiam videtas, & quod ab istanemo est, qui discriper, di cit Ias. d. l. i. nu. 29.

## QVÆSTIO VI.

QVAERO, Si filia nubat sine voluntate parris, an nihilominus pater cogatur filia dotare? Respon. recepta & communis opinio. Sicut sententia est, quod secundum iur. Canonica pater teneat dorare filiam etiam si nubat sine voluntate ipsius, dummodo digno nubat, ita tenet gl. c. cum causa, ext. de raptor. Et eam sequitur ibi Archid. Eandem tenet Bald. l. si pater. C. de sp. A. b. d. c. cum causa. Alex. con. 97. incip. principis dubitatio. vol. 1. Nec obstat tex. in Auth. sed si post. C. de inoff. testam. quem ibi adhuc not. Paul. de Castr. ex quo enim pater secundum texum ibi, potest exhaeredare filiam, quæ nubis sine eius consentiu ante annum. 25. multo magis non cogitur eam dorare. Namque illa Auth. de iure Canonico correcta est, secundum communem & receptam Doc. sententiam, vt firmat Ab. in c. i. de sponsal. impub. Hanc opiniōem dicit communiter receptam Ias. l. 2. ff. si patris numer. 28. ff. solu. matr.

## QVÆSTIO VII.

QVAERO, An dominum sum rei dotalis transferatur in mariti sine traditione? Respon. quod non, ita tenet Bald. Imo. & omnes Doct. indifferenter, vt testatur Ias. l. y. nu. 5. ff. solut. matr. Quod intellige quo que procedere in dote vniuersali, quando scilicet mulier vniuersali ter omnia bona dedit sit in dotem, ita no. gl. singularis. l. i. ver. vniuer. s. ff. pro dore. & eam sequitur Bald. Imo. & omnes Doct. teste Ale. in d. l. y. & ita contractus doris quo ad translationem dominij, non est priuilegium.

## QVÆSTIO VIII.

QVAERO, An priuilegia ratione doris concessa, competant etiam mulieri sterili? Respon. videtur dicendum, quod non, ex quo doris causa priuilegiata est fauore Reip. qui fauor verius circa sobolem procurandam, secundum communem Doct. sententiam in l. i. ff. solut. matr. Vnde cessante causa, cessare debet effectus.

Contraria tamen opinio communiter recepta est, quod scilicet mulier sterilis gaudet priuilegiis doris, propter alias rationes, ita tenet Bart. d. l. & sequitur ibi Ias. qui dicit: quod omnes Doct. cum decisione Bar. transcant, & cum opinionem tenet Bald. d. l. Auth. quæ res.

## QVÆSTIO IX.

QVAERO, An dos virtutur propter incertitudinem? Respon. quod non, & hoc speciale est in dote, ita tenet Doct. communiter, vt firmat Ias. d. l. i. nu. 32.

## QVÆSTIO X.

QVAERO, An res mobilis doris constante matrimonio possitalienari? Respon. quod non, nisi seruetur dispositio Auth. sive a me. Cad. Velleia. Et est communis opinio, vt restatur Ias. d. l. i. nu. 33.

## QVÆSTIO XI.

QVAERO, Quando dos posuit repeti? Respon. q. regulariter dos restituenda est mulieri super iunctum solutum matrimonio, de hoc tex. est expressus in l. 2. ff. solut. matr. & ibi Doct. crebriori calculo ap probant.

## QVÆSTIO XII.

Sed nunquid si mulier adulterium commisit, actio de dote nihilominus manet salua? Respon. quod non, & dos cedit lucro mariti & haeredum eius, ita est tex. in l. cum mulier. ff. solut. matr. l. ex contentu. C. de repud. Et hæc conclusio verissima est & indubitate, quando maritus in vita conquestus fuit de adulterio vxoris, vt notant omnes Doct. communiter in d. iurib. & in l. rei iudicante. ibi Alex. restatur. ff. solu. matrim. & firmat late addit. ad Angel. in tract. de malefici. verb. che me hai adulterato. nu. 29. Sed dubium est, si maritus priuilegii que relaret, decepsit, nunquid fuit priuandus mullerum iure doris transeat ad haeredes mariti? Respo. quod in hoc sunt diuersa sententiae. Scribentum. Vna est illorum, qui volunt, quod si maritus silentio transiit, nec inquietauit mulier, sed tacuit, per haeredem eius non possit obici crimen adulterij, ad hoc vt perdat dorem, per tex. d. l. rei iudicant. & & haeredi. & ibi no. gl. & communiter scribentes, vt restatur addit. ad Ang. quæ incipit: Mulier propter adulterium perdit dorem. d. verb. che me hai adulterato. nu. 29. & tenet Spec. ti. de exce. verb. item quæritur. Sall. ff. C. de adul. And. de Iler. c. i. §. porr. que fuit pri. cau. benef. amittit. vbi dicit, q. si dominus in vita nihil dixit, haeredes eius non possunt auferre feudum vasallo secundum receptionem Doct. opinione, vt firmat Ripa, repel. l. fin. nu. 2. §. C. de reuoca. dona. Eandem opiniōem tenet Signor. de Homod. in con. 50. vbi dicit, q. hoc casu, si contra petitionem doris excipiatur de adulterio mulieris per haeredes marit. ex quo ipsi tractant de lucro captando, contra ipsos replicabitur de lenocinio mariti, & paria delicta mutua compensatione tollentur. Secus vero si maritus non tacuit, nec approbavit mores mulieris, sed conquestus est de offensa, quia tunc optimè possunt haeredes de adulterio, etiam si maritus in iudicio non egerit, nec accusauerit, opponere. Hanc opiniōem tenet Bald. lo. de Imo. & Pau. de Ca. d. l. cùm mulier. Ro. l. Lucius. eo. ti. lac. de Bu. Cy. Bal. Sal. Auth. fed. hodie. C. de adul. & eam dicit esse communem, addit. ad Ang. in tract. malefici. ver. che me hai adulterato. quæ incip. non obstant in contrarium. & dicit ab ea in iudicando & confundendo non esse recedendum. Alia est opinio Bar. q. haeredes non possint excipere de adulterio, sed requiratur accusatio & inscriptio. l. miles. §. sacer. ff. de adul. & §. quia vero. Auth. vt liceat matr. & aui. Et hanc dicit esse magis communem Vgoli. de Arim. in addit. ad Ang. vbi supr. quæ incip. non obstant. Quam opiniōem roboret secundum eum tex. gl. & Doct. plures majoris authoritatis, ideo quæ magis communem esse, quam vt veriorem approbat gl. in d. §. quia vero. clariss. gl. in l. consensu. §. vñ quoque glo. & glo. verb. sibi haeredi. Et hanc dicit esse tenendam Ant. de Bu. c. plerunque. de dona. inter vir. & vxo. Quare cum haec sententia tex. gl. auctoritate & numero Doct. priorem vincat, ab ea tanquam magis communem recedendum non est, maximè cum maioris aequitate natiuit. c. i. de decimis. Abb. c. sunt non nulli. ver. tantorum patrum. 16. q. 1.

## QVÆSTIO XIII.

Sed pone, quod mulier mortuo marito stuprum viduitaris tempore recommissit, nunquid amitteret dorem? Respon. Pau. de Castr. in l. for. rem. C. de his quibus vt indig. tener quod sic, idem tenet in l. fideicommissum. C. de fideicom. & in consi. 147. incip. reuocatur in dubium. volu. 2. quam opiniōem sequitur & summe commendat Ias. l. nu. me. 6. ff. sol. matr. August. Arimi. d. verb. che me hai adulterato. nu. 30. Eandem

# Commu.opinionum, Liber I.

69

Eandem opinionem tenet Hyp.de Mars.in sing.234.& in l. i. f. item dius.nu.4.ff.de Sica.Gerard.de S.Petra in sing.48.Pala.Ru in repe.Rub.de dona.5.67.nu.6.& 5.81.nu.6.Hanc quoque tenet Ripa in Rub.de iudic.nu.21.Ioan.Neuiza.in sylu.nupt.lib.2.nu.4.4.& dicit Petr. à Duen.in reg.12.nu.3.quod pro hac opinione communiter per Doct.allegatur.tex.& glo.l.penul.ff.de adult.

Contrarium opinionem tenet Alex.d.l.sororem, quem sequitur Dec.pastoralis.nu.8.defiudic.Molin.in confut.Parisiit.1.5.30.q.28.nu.142.Crotus1.4.f.carof. de verb. oblig. & plures alij relati per Duen.vbi supr.quia leuius est crimen stupri,quam adulterij, quia leuius punitur, & minor est iniuria, que fit defuncto, quam illa, que fit viuenti.Preterea mulier in viduitate stuprum committens, patitur omnes poenas statutas in illas, que secundas nuptias contrahunt, inter quas non numeratur amissio doris, & haec opinio verior & sequitur, ut testatur Pet. à Duen.d.reg.12.Cum enim leges loquentes de priuatione dotis, sint poenales, potius sunt restringenda, quam amplianda, ut tantummodo loquantur in casu adulterij, & si viuente marito.Li ceteraliter distinguat Alciat.in tract.præsumpt reg.2.præsumpt. 9. numero 2.

## QVÆSTIO XIII.

Vulgaris conclusio est, quod bona mariti tacite sunt opignoratae pro dote, de qua est tex expressus in l. i. 5. & vt plentus.C.de rei vxo. aitione, quodque mulier in tacita hypotheca præferatur ceteris creditorib.tacitam hypothacam habentibus, ut est tex. l. fin.C. qui poti. in pig.

Sed quero. Nunquid si minor habens curatorem, matrimonium contrahat, bona eius tacite sunt obligata pro dote? Respon. quod Bar. in l. si constante. 4.q.tenet, quod non, quem sequitur Fulgo & Salyc.l. certi iuriis.C.loqui.loan.de Imol.d.l.si constante.vbi dicit opin. Bart. securi se quedam.

Contrariam tamen partem communis calculo approbarunt Doc. nostri, ut testatur Alex. in d.l.si constante. & ibi tener Bald. Ang. & Röma. & ita determinat glo. & Cyn.l.fin. C.de legit. tuto. & ibi Bald. & Ang.dicit Bald.hanc esse commu.opi.Eandem tener idem Bald. l.vni ca. & vt plentus. & l.i.C.de dot.promis.Eandem opinionem tenet Si gnor.de Homod.in con.49.Et eam dicit esse communem Gram. decif.103.nu.17.Ex quo enim lex permittit principale scilicet matrimonium contrahere sine curatoris auctoritate, & decreto iudicis, accesso rium quoque permittere videtur consequenter, immo in hypotheca legali non requiritur decrevum iudicis, sed sufficit decrevum legis.

## QVÆSTIO XIV.

Sed quero. An similiter sponsa quoque in bonis spōsi sui habeat hanc hypothecam prīuilegiatam? Respon. Cōmuni & recepta Doct. opinio est, quod non, ita tener gl. l.eos.C. qui portio. in pigno. Bart. l. 2. f. in ff. de priuile. cred. Angel. f. fuerat. numero 12. de actio. Schrader in titul. de nupt. in prin. in materia sponsal. de futuro. vbi communem dicir.

## QVÆSTIO XV.

QVAERO. An mulier habens expressam hypothecam, præferatur creditorib. habentibus similem expressam anteriorē? Respon. In hoc articulo diuersae sunt opiniones. Ange. f. his conseqüens. Auth. de æqual.dot.tener, quod sic, & dicit. quod ita de consuetudine servetur, quam opinionem sequitur Aret. l. i. f. solut. mari. & Bald. Nouel.in tract. de dote. 10.part.limit.16.vbi dicit eam esse sati. æquam.

Contrariam opinionem tenet ipse Bald. Nouel. in d. tract. io. part. sibi contrarius. & Salyc.l. f. si d. i. C. qui, portio. in pigno. Eandem tener Dyn. Bart. & Alber. de Rosat. & reliqui Doct. d.l. i. vbi hanc dicit esse magis commu.opi.laf.2.lett.nu.11.Ratio diuersitatis est, quia quād oportaque est tacita hypotheca, tunc & veraque prouenit exprouisione legis, vnde tunc voluit lex magis auferi dote. Secūs est quando veraque est ex prouisione hominis, quia tunc lex non voluit alienū denegare auxiliū, secundum glo.communiter approbatam, ut dicit Ias. supradicto loco.

## QVÆSTIO XVI.

QVAERO. Nunquid in dubio obligatio honorum pro dote præsumatur præcessisse obligationem ex parte in bonis mariti? Respon. q. sic. in ambiguis. ff. de reg. iur. & ita potest intelligi d.l. i. ff. solut. mari. Hac opinionem tenet in d.l. i. Dyn. Bart. & Bald. Et dicit ibi Ias. nu.1. quod ita tenent omnes Doct. & hoc est unum prīuilegium dotis,

## QVÆSTIO XVII.

QVAERO. An in reperiotione dotis admittatur compensatio alterius debitis? Respon. q. sic. dummodo ex virtute parte quantitas sit debita, est ita est tex. in l. diuortio. f. ob donationes. ff. solut. mari. l. eti. C. de donat. inter vir. & vxor. Secūs verò si ex una parte species, ab altera qualitas debetur, de quo est tex. l. i. f. riteat. secundū cōmuni-

intellectū. C. de rei vxor. ait. Nec est speciale in dote, ut cesset cōpenia. Et hæc est cōmū. op. ut certe testatur Signor. de Homod. in suo con. 40. vers. prædicta non obstant.

## QVÆSTIO XIX.

QVAERO. An in contractu dotis præsumatur intercessio? C. populatio? Respon. q. sic, etiam si verò non intercessit. Ita est tex. in l. i. f. in prin. C. de rei vxor. ait. & ibi hoc tenet Bald. iniquens. Aut coniug. quod non intervenit, & singitur. Aut est dubium, & præsumitur, aut utiliter intercessit, & tuncest vera. Eandem opinionem tenet præct. Papiensis in for. libell. quo vxor agit ad doctrinam princ. priuile. 4. Angelus f. fuerat. & ibi Ias. Instit. de action. Et eam est cit crebriori calculo approbatam esse Gram. decif. centesima. c. tia. nu.7.

## QVÆSTIO XX.

QVAERO. An promissio de constituta dote, operetur cum dem efficiat, si dos esset constituta? Respon. quod sic, ita ter. et Ioan. Andr. in addit. ad Specul. iur. de obligationib. & solutionib. in Kubri. vbi signanter dicit, quod ille, qui promisit levi ligaturum ad decem, potest statim ad decem conueniri absq; alia obligatio, scusa cul tandi circuitum. Eadē op. sequitur Alex. l. cum fundus. f. scrum. ff. si cert. pet. Erira sentire hoc communiter in predictis locis firmat Gram. decif. 103.nu.19. & ita in specie decidit constit. Neapol. decif. 61. Matth. de Affl. 1.

## QVÆSTIO XI.

QVAERO. An si dos sit data minor legitima, possit peti supplementum congrua dotis? Respon. q. sic, ita probat tex. iuncta glo. l. vni. f. quæ à nobis. C. de rei vxor. ait. Et hanc opinionem firmat Bald. Nouel. in tract. de iur. dot. par. 6. priuile. 16. Luc. de Pen. in his. in fin. C. de præ. lib. 11. Math. de Afli. decif. 160. Eandem sententiam firmat Sal. Auth. nouissima. C. de inoffi. restam. Corn. con. 134.nu.31.vol. 6. Card. con. 83. Socyn. con. 1/3. con. 207.vol. 1. & in cō. 157. vol. 4. vbi in specie dicit, q. dos non debet esse minor legitima. Hanc dicit communem Dec. con. 180. Eandem dicit esse communem & in legendō & cō sulendo firmat Socy. l. haeredes. f. vbi ita. ff. ad Trebel. Curt. iur. conf. 28. Ias. d. Auth. nouissima. Alber. Bru. in tract. de statu. exclud. filias à succeli. art. 9. in prin. vbi dicit indistincte patrē nō posse filiae assignare dorem minus legitima. Et dicit hanc opinionem canonizaram communem & veram esse, & ita pluries iudicatum esse dicit Socyn. in con. fil. 150.vol. 2.

## QVÆSTIO XII.

Sed quid si exter statutū excludens filias à successione extantibus masculis, nunquid poterit suppiementum petere? Respon. Hæc est ardua quæstio, & à Doctor. vari. in tibus sententijs mirificè disputata. Communior tamen & receptior est sententia. hoc calu filias, sicurā petitione legitime etiūque supplementi, ita quoque à dōis supplemento, quæ in locum legitimæ succedit, excludi. Ita confundendo tener Ang. consil. 105. incip. statuto cauter. Paul. de Cast. consil. 1. 8. incip. si domina Cornelia & con. 135. viso puncto. Et dicit esse cōmū. op. Socyn. con. 288. vol. 2. cum alijs alleg. per Dec. con. 16. vbi id est statutum de communī opin. & con. 276. cum plurib. alleg. per Gram. de cōf. 101. nu. 60. & quod legitimam non possit petere, dicit magis communem Iulius Clarus de testam. quæstio. 42. vers. quæ quidem conclusio.

## QVÆSTIO XIII.

QVAERO. An contractus dotis per metum initus sit ipso iure nullus? Respon. quod licet contractus metu initus non sit nullus ipso iure, sed rescindatur per actionem, quod merus causa. Tamen speciale est in dote, ut si per metum promittatur etiam per expressam stipulationem, non valeat ipso iure, de quo est tex. expressus in l. si mulier. ff. quod met. cat. Et ita tener gloss. Innocent. & Doctor. communiter. c. 2. ext. q. metus caus & ibi Abb. ut attestatur Bald. Nouel. in tract. de dote. part. 6. priuile. 39. Eandem dicit esse communem Gram. decif. 103. nu. 68. Et eam tenent Doct. omnes relati per Bald. d. loco. Licet contrarium voluerit Bar. d. l. si mulier. q. scz. si per expressam stipulationem dos promittatur, valeat ipso iure, cuius opinio communiter reprobat, secundum prædictos Doct.

## QVÆSTIO XIV.

QVAERO. An mulier post annūm possit petere alimenta siue vñras dotis? Respon. q. non. Et est magis communis opinio ut firmat Alex. in l. diuortio. ff. solut. mari. & in con. 21. incip. ex isto themate. vol. 4 & in con. 74. incip. viso titul. quæst. & con. 147. incip. perspect. in instrumētis. vol. 5. Eandem dicit esse communem Gram. decif. 103. nu. 91. Ratio, quia ipsa habuit in sua potestate dorem suam petere, unde sibi iupputet quod temp̄ estū non peti. Preterea quicquid accedit sorti, vñra est. Eandem opinionem tenet Barto. lat. qui natura. f. non tantum ff. de negot. gest. Innoc. Joan. Andr. Ant. de Butr. & communiter Doct. c. salubris ext. de vñr.

Commu. op. Tom. 3.

E 3

Inclige tamen commu. opī. vt non procedat, si postquam mūsier petiū dōrem, hāredes in mōra exēserunt. Namque tunc interesse dāni emergentis peti. pōtest. Ang. lo. de Imo. Pau. de C. & Alex. in d. l. diuortio. & hāc ratione concordant opī. Cyn. in. l. omnem. C. de bonis mīster. tēnētis contrariorū. Eandem limitationē amplectitur Ab. d. c. fālubrīter. Et hanc dicit esse cōmūnēm opī. Lancel. d. l. diuortio. & testatur ita alia's esse cōsultum Sēnis tempore suo. Et cā quoque tenet Perr. de Anchora. in con. incip. in questione, quā vertitur. & d. c. fālubrīter. Quod erām procedi: si nulla facta est interpellatio de dōte restituenda, ex quo dies ipsa à lōge inducta interpellat pro homine, & æque cōstituit in mōra sicut dies exp̄ressa, vno. gl. & Imo. & Doct. in l. si mōra. ff. solu. matr. Bald. Rubr. de const. pecun. Et hanc opinionem tenet Alex. in con. 172. incip. in causa & lite vertente. con. 220. incip. per perspectis narratis. vol. 6.

## Q V A E S T I O     X X V.

Q V A E R O. Vtrum contestante matrimonio non possit dos repetita, marito vergente ad inopiam? Respon. quōd sic, & de hoc est tex. exp̄ressus in l. si constante & ibi no. Doct. communiter, vt testatur ibi Alex. & Iaf.

## Q V A E S T I O     X X VI.

Sed quāro, An hoc locum habeat, si maritus sit quidem soluendo, sed tamen incipit malē vti substantia sua? Respon. q. sic, & ista est magis communis opinio, vt firmat Alex. in d. l. si constante. & dicit ab eām consolendo & tūdificando non esse recedendum, & hanc opinionem tenet glo. l. vbi adhuc. C. de fūre dōt. Eandem dicit esse communem loan. de Imo. d. l. si constante. addens difficile esse in præt. obtinere contrarium.

Contrariam tamen partem tenet gl. in §. istud. A.uth. de æqual. dōt. dōt. vlt. tex. d. l. vbi adhuc, esse in tūdigungā iuxta. l. si constante scilicet quōd vīro inchoante malē vti substantia, ita quōd eius facultates non sufficiant ad exactiōnē dōtis, & solutionē aris alie- nis, tunc possit dos perī, & non aliter. Eam opinionem tenet Dyn. Ioan. de Imo. & Roma. d. l. si constante, & eam in pūnto iuris dicit substan- tabilem ibi Alex. Sed prima verior, ex quo in dubio semper fauendit est dōtibus.

## Q V A E S T I O     X X V I I.

Q V A E R O. Nunquid hāc repetitionē locū habeat, si vxor sciens contraxit matrimonium cum vīro inopie, & non existente soluendo? Respon. quōd in hoc sunt diuersae opiniones. Affirmatiām partem tenet Bart. d. l. si constante. q. 6. 1. par. prīnc. & hanc dicit ibi Alex. sibi magis placere. Pet. de Anchor. & Imo. c. propter sterilitatē quā plūlī cōvīlūtūtis interest, quōd dos maneat salua.

Contrariam partem, quōd scilicet mulier repellitur, tenet Cyn. d. l. vbi adhuc. q. 4. Dyn. d. l. si constante. & eam approbat Canonistæ in c. per vestras. ext. de donat. int. viri un. & vxor. Alber. de Rofat. Bal. Ant. Ang. Imo. & A ret. d. l. si constante. vbi Iaf. dicit esse magis commu. opī. Bald. in A.uth. quōd locum. q. 7. C. de collat. Et hanc opinionem dicit veriorem, & magis æquitati consonam præf. Papīens. in for. libel. quo agitatur ad dōtem. & eam tener. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. §. fin. vers. quid si mulier. tit. de donat. int. vir. & vxor. Casus enim inopinatus fact locum repetitioni, non sicut prausiis & cognitus. Vldetur enim sciens contrahendo mulier, vitam. mores & facultates viri approbare.

## Q V A E S T I O     X X V I I I.

Q V A E R O. An hoc priuilegium repetitionis dōtis habeat quoque locum in sacerō recipiente dōtem. & vergente ad inopiam? Respon. quōd sicut tener glo. d. l. vbi adhuc. & d. l. si constante. & ibi tenet Cyn. & Ang. præf. Papīens. d. for. libell. verb. vxor. Et hanc cōmu. opī. firmitat Iaf. repet. d. l. si constante. nu. 24.

## Q V A E S T I O     X X I X.

Sed quid si pater recepit dōtē nomine suo & filii, quo casu sunt duo rei dōbendi pro dōte, & vnu. eorum vergat ad inopiam, an possit agi contra alium? Respon. Doct. in hac quāst. sententijs variant. Bar. d. l. si constante. tenet quōd paupertas vnu. nocet alteri, ad hoc vt possit cōueniri.

Contrariū tenet Bald. Ang. Cuma. in d. l. si constante. & eam dicit ibi æquorem Alex. Eandem dicit ibi cōmūnēm esse opinio- nem Iaf. nu. 2. q. 4. q. scilicet inopia vnu. alteri nocere non debet.

Tertia opinio est illorū, qui volunt, q. neueri hoc casu possit cōueniri. Et hāc tenet Pet. de Bell. Petri. Iaco. de A ret. in d. l. si constante. vbi dicit hoc esse indubitate, & sequit Roma. Iaf. n. 43. quē etiā videt mihi statis equa ex quo vxoris fatis prouisum est dōdece. altero existente soluēdo.

## Q V A E S T I O     X X X.

Q V A E R O. Nunquid si maritus vel sacer offerat nullērī fidei fūs forē, de dōte cōferuāda, cūtābit exactiōnē dōtis? Respon. Bar. in d. l. si constante, tenet q. nō. quāsequitur Ang. §. illud. A.uth. de æqualit. dōt. Et hanc opinionem dicit cōmūnēt approbatam esse Alex. d. l. si constante. & dicit eam sequi Doctoriūs Canonici. d. c. per vestras. quā mū-

ller non debet se committere fragilitati cautionis.

Contrariam partem tenet Ang. sibi contrarius. & Roma. d. l. si cōstante. & eam dicit sibi magis placere Iaf. in pūnto iuris. nu. 188. per d. c. per vestras.

## Q V A E S T I O     X X XI.

Sed quid, An duo extranei possint constitui pro dōte correi? Respon. Joan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de donat. intervir. & vxor. §. pe- nūl. tenet quōd non. Eandem amplectitur loan. de Imo. d. l. si constante. Paul. de Caſt. l. si cōmūnēt dōt. ff. solu. matr. Licet se bene firmare non audeat. Alex. d. l. constante. §. quoties.

Contrariam opinionem tenet Bar. l. fin. C. de do. cau. non nu. quod scilicet in dōte possint constitui duo rei dōbendi, licet fidei fūs forē dāni non possint, & hanc opinionem tenet Ang. Joan. de Imo. sibi contra- rius. d. l. si cōstante. Bald. & Salyc. l. 2. C. ne fidei fūs dōt. dent. & eam dicit esse cōmūnēt opī. Paul. de Caſt. sibi contrarius in cons. 160. incip. cum tempore.

## Q V A E S T I O     X X XII.

Vulgaris est conclusio, quōd in dōte pro fētūtia simpliciter tradi- ta, actio fit cōmūnēt patrī & filiā, de quo rex. cōf. in l. 2. §. q. si in patrī & ibi cōmūnēt Doct. ff. solut. matrī.

Idem dicit, si pater stipulatus est simpliciter dōtem reddi, Namque actio ex stipulatione est cōmūnēt patrī & filiā. Ita not. Paul. de Caſt. in l. post dōtem. & ibi Bal. Ang. Imo. & Iaf. qui hāc dicit esse cōmūnēt opī. nu. 2. l. ff. solut. matrī.

## Q V A E S T I O     X X III.

Q V A E R O. Quid si mulier deceda superflūtib. liberis & pa- tre, An ne patrī vel liberis hoc casu debet restituī dōs? Respon. magna est in hoc articulo controvēsiā glōssatorū Ioannis & Martini. Ioan. tenet quōd dōs debet restituī patrī, & hāc opinio cōmūnēt calculo approbata est, vt attestatur Anton. de Alex. l. post dōtem. ff. solu. matrī. & Imo. in l. eod. tit. vbi dicit opinionem Martini cōmūnēt reprobari. Hanc opinionem dicit veriorem, & quōd eam tenet omnes Doct. Paul. de Caſt. l. 1. C. de bon. quā liber. Eandem dicit cōmūnēt Capyc. Decis. 176. nu. 1.

Contrariam opinionem scilicet Martini, quōd dōs hoc casu debet esse liberorum, tanquam æquorem de cōsuetudine appre- batam esse, dicit Baro. d. l. post dōtem. Eandem dicit vīsū p̄rāuale glōss. in l. dōs à patre. & ibid. affirmat Bald. veritatem esse pro Iō. Sed contrariam de cōsuetudine seruari, & dicit Salī. quōd vīsū cōmūnēt approbat opinionem Martini æquissimis ratio- nibus. Hanc quoque dicit magis æquām Bald. l. post dōtem. & eam tenet plures Docto. relati per Alex. ibi, & Curt. in addit. ad Alex. vbi addit. q. ista non est propriētate cōsuetudo, sed generalis intellectus legum, & interpretationē dubij propter autoritatē tantorum Docto. Eandem teneri & seruari de cōsuetudine, firmat Bal. Nouel. in trac. de dōte par. 6. priuileg. 2. 6. & hāc mihi semper vīsa est æqua.

## Q V A E S T I O     X X IV.

Q V A E R O. Vtrum filias in dōte profectūtia habeat hāredē? Respon. q. sicut in ijs casib. in quib. actio est sōlius filiā, vt quā ipsa stipula- tāta est dōtem profectūtia sibi reddi, vel pater nomine ipsius filiā, vel alio modo donavit filiā cōficiōnē. Namque filia p̄adestinata patrī, dōs transit ad filios eius, vt hāredes. Hanc opinionem tenet Bar. d. l. post dōtē, q. 4. ibi Iaf. nu. 92. Et est expeditū per iura A.uth. §. 1. A.uth. de hāredē ab intēst. Vbi tex. dicit, q. omnia quā per filiam patrī non queruntur, transiunt ad eius hāredes descendentes. Et hāc dicit esse cōmūnēt opinionem, Capyc. Decis. 176. nu. 23.

## Q V A E S T I O     X X V.

Q V A E R O. An pater in dōte profectūtia data filiā emancipatē habeat cōmūnētē? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, q. sicut filia, p̄otē quam pater eam dorauit, emancipata acquirit do- tem, & non consolidatur amplius in patrem, vt est tex. in l. 2. §. q. si in patrī. ff. solu. matrī. ita etiā si pro emancipata dōs effet soluta, vt at- testatur Iaf. d. l. q. quā si in patrī. nu. 21. Si enim actio cōmūnēt patrī & filiā per emancipationē tollitur, & consolidatur in solam filiam, ex quo emancipatio facit eam extra patrīam potestate; multō for- tius a principio tollitur. Quia facilius aliquid tollitur a principio, quā ex post facto.

## Q V A E S T I O     X X VI.

Sed quid in dōte aduentūtia, an actio fit patrī & filiā cōmūnēt, an verō sōlius filiā? Respon. q. fit sōlius filiā. Et hāc est cōmūnēt opī- nō, vt testatur Iaf. d. l. q. si in patrī. nu. 15. vbi dicit, q. in hoc omnes concordant, & nu. 19. dicit, quōd omnes tenent indubitanter.

Ampli a hāc conclusionē procedere quoq. in donationē pro- pter nuptias aduentūtia, quā actio eff. sōlius filiā, & in hoc omnes con- cordant, teste eod. Iaf. in d. l. q. quōd si in patrī. nu. 16.

Q V A E

# Commu.opinionum, Liber I.

71

## QVÆSTIO XXXVII.

Sed quero, nūquid in huiusmodi dore aduentitia filia falso posse esse in iudicio sine consensu patris? Respon. quod sic & hoc indubitanter procedit, quando filia agit constante matrimonio in casu inopie mariti, ex quo tunc do's nihilominus seruire debet oneribus matrimonij. Itaque patris nullus competit in vsu fructus. Ita tener glo. d. s. quod si patris quam sequitur Bart. & Doct. communiter, ut dicit Ias. tam Antiqui, quam Moderni.

## QVÆSTIO XXXVIII.

Sed dubium videtur, an generaliter procedat, etiam si filia ageret soluto matrimoniorum? Respon. Communis opinio est, quod sic ita tener gl. in auth. quod locum verb. cum mater. C. de collat. quam ibi sequuntur Bar. Bal. Saly. c. & re centiores. Idem tener gl. illud. verb. hoc valere. ibi laco. de Belusia. a. urth. de æqual. dot. Eandem opinionem dicunt esse communem Imo. Roma. l. Caius. ff. solu. matt. Alex. licet ipse contraria partem in puncto affirmet esse veriorem ind. s. quod si patris. & ibi l. s. nu. 17.

## QVÆSTIO XXXIX.

QVAERO, An in casu inopie mariti, quando communis est actio patris & filiae, ut supradictum est, solus pater possit agere ad repetitionem doris? Respon. quod sic, nisi filia habeat iustam causam contradicendi, ut quia pater esset turpis persona, ita tener gl. l. si constante. & ibi Bar. q. 3. & 4. ff. solu. matrim. Hanc opinionem dicit esse communem Alex. ibidem. Ratio allegatur, quia periculum spectat ad eum, quia tener redoret filiam, & haec est communis, licet eam reprehendat Ias. d. l. si constante. nu. 55.

## QVÆSTIO XL.

QVAERO, An hoc casu, quo vxor constante matrimonio propter inopiam mariti, dotem repetit, maritus in solidum teneatur. An vero habeat beneficium, ne teneatur, ultra, quam facere possit? Respon. gloss. d. l. si constante. videtur velle, quod non teneatur ultra, quam facere possit, deducto ne egeat.

Contra verò tener glo. d. l. vbi adhuc ibi ad sustentationem, quod scilicet exigatur in solidum, & hanc esse communis opinio testatur Ias. d. l. si constante. nu. 11. Et eam tenet Cyn. Bald. d. l. vbi adhuc. Imo. Pau. de Cast. Roma. d. l. si constante. Ratio, quia dos hoc casu nihilominus seruit oneribus matrimonij, & vir ab uxore alendus est, secus solut. matr. Et haec indistincte procedunt, siue agat actione reali mulier, siue personali.

## QVÆSTIO XLI.

QVAERO, Mulier in casib. prædictis si agat contra extraneos possessores bonorum, quae erant tempore doris datae mariti, an requiratur prius excusio de bonis a marito possessis? Respon. Doc. sententijs variant. Vna et illorum, qui volunt excusationem non requiri, haec tener Ludovic. Roma. d. l. si constante. & sequitur Bal. Nouell. in tract. de dote. part. 8. priuileg. 37. quia in iudicio doris debet procedi ex bono & sequo, quo casu non debent attendi apices iuris, eam quoque videtur approbare Ias. d. l. si constante. nu. 201.

Alia est opinio glo. ord. in d. l. vbi adhuc. verb. qui non potiora sua, quod scilicet requiratur excusio, exemplo carerorum creditorum, quodque in hoc casu non sit priuilegium. Hanc opinionem glo. communiter approbatam esse firmat Alex. d. l. si constante. & ibid. Ias. dicit hanc sibi videri magis communem. nu. 200. & eam tener Specu. tit. de donatione virum & vxore. s. fin. vers. sed quo iure. Cyn. & Bal. l. vbi adhuc. pract. Paphen. in for. l. s. b. quo vxor agitat dote. verb. vxor.

## QVÆSTIO XLII.

QVAERO, An extraneus quoque qui dedit dotem, & stipulatus est eam sibi reddi, possit agere, marito vergere ad inopiam? Respon. communis & recepta Doct. opinio est, quod extraneus non possit agere, sed ipsa mulier, ut firmat Ias. d. l. si constante. nu. 56. & tener Bart. ibi. Cyn. d. l. vbi adhuc. q. 7. Angel. s. illud. Auth. de æqualitate. dot. ex quo enim extraneus pactus est dotem sibi reddi soluto matrimonio, vel similierte quod id est, in casu omisso videtur donasse mulieri. Licet Paul. de Cast. & quidam moderni velint hoc casu mulieri non competere actionem, sed tantum officium iudicis ex æquitate, ne sic fame pereat, & maneat indotata. Nota tamen quod hoc casu extraneus bene poterit petere, ut sibi caueatur de dote restituenda soluto matrimonio, ut communiter tenet Doct. teste Ias. vbi supra. nu. 58. & 61. Licet contrarium teneat gl. l. 2. cod. tit. ff. solu. matr.

## QVÆSTIO XLIII.

QVAERO, Actio ex stipulatu, quæ competit mulieri pro restitione doris, est honesta. s. fuerat. Instit. de actio. an idem sit in actio. ne, quæ competit marito, ut dos tradatur? Respon. quod sic, ita tener

gl. in l. de divisione verb. possessio. & est commu. op. vt firmat ibi l. s. nu. 9. & seq. ff. solu. matr.

## QVÆSTIO XLIII.

Sed quid in actione, quæ competit extraneo? Respon. quod actio ex stipulatu hoc casu non est honesta, sed stricti iuris, ita tener glo. l. 2. ff. solu. matr. & est communis opinio, ut attestatur Alex. sibi. Fab. & Ang. d. s. fuerat. Licet contrarium teneat Bar. d. l. 2. ff. contrarius.

## QVÆSTIO XLV.

QVAERO, Quando dos debeat restituui soluto matrimonio ab hæredibus mariti? Respon. Communis & recepta est Doc. opinio, quod si dos constat in immobilibus, tunc statim debet fieri restitutio, ita est tex. l. vniuersal. exactio. C. de rei vxor. actio. Sin viri in mobilibus, tunc datur annus, ita tener gl. l. diuortio. verbo, factio. ff. solu. matr. quam communiter approbatam dicit ibi l. s. nu. 18.

## QVÆSTIO XLVI.

Sed nunquid hæredes interim tenent virorem alere? Respon. sibi, ita tener gl. in d. l. diuortio. quam communiter approbatam esse te statut Pau. de Cast. ibi, & in pract. obseruari dicit Alber. de Rosat. & ab hac opinione in iudicio non esse recedendum, consult Ias. ibi nu. 18. Licet ipse in puncto iuris contrarium partem velit esse veriorem. Eandem opinionem tener Anton. Capy. Decis. 2. 4. vbi omnes Docto. ita tenere affirmat.

## QVÆSTIO XLVII.

Sed quid finito primo anno dilatioris? Respon. q. non tenentur eam allere ita communiter teneri firmat Rapha. Cu. d. l. diuortio. Eandem dicit esse communis opinio Alex. consil. 27. incip. viii. themate supra scripto. vol. 4.

## QVÆSTIO XLVIII.

QVAERO, Ulterius, Nunquid interea temporis, dum alitur, virorum stare in domo hæredum? Respon. quod non, sed potest petere separatis, & haec est communis opinio, ut firmat Ias. d. l. diuortio. in prin. & in lib. libert. s. l. eod. tit. tener eam Barro. Eandem tener Paul. de Cast. l. 1. C. de legat. Ang. l. cum hi. s. fin. ff. de transact. Ioan. de Ana. consil. 54. incip. viii. his que in facto. vbi dicunt ita semper obseruari. etiam si mulier possit honeste viuere cum hæredibus mariti, utre fert & sequitur Capy. d. decis. 2. 4. nu. 8.

## QVÆSTIO XLIX.

Sed nunquid hæredes mariti lucentur omnes fructus doris istius primi anni, quo alitur virorum? Respon. quod sic, ita tener Bart. d. l. diuortio. q. 3. Bald. Ang. lmo. Roma. & Rapha. Cuma. Et hanc dicit ibi communem esse opinionem Ias. nu. 25. à qua in consulendo & iudicando non sit recedendum.

## QVÆSTIO L.

QVAERO, Virrum valeat pacificum inter virum & vxorem, de ratione lucrandi? Respon. quod sic, ita tener gl. in l. 2. in prin. verb. dos debeat. & ibi Doct. communiter tradunt. ff. solu. matr. Hanc dicit esse communem opinionem Nicol. Boer. decis. 2. 4. nu. 1.

## CAPVT VII.

## IVRAMENTVM.

## SUMMARI A.

**I**uramento de promissione in futurum, nullam nasci. Iuramentum re ciuilis obligationem, vel actionem. q. 1.  
Ex iuramento in futurum promissorio, ne quidem sure canonicum actionem dari, sed tamen promittentem per de nunciationem euangelicam posse compellit ad obseruatiem eius, quod cum iuramento promisit. q. 2.  
Iuramento spoliati, quod ad probandum estimationem rerum ablatur, reperiarumque, praecedente ramen iudicis taxatione, creditur. Quod in hæredibus spoliati locum non habet. q. 3.  
Iuramentum habere vim clausulae. Raro manente pacto. q. 4.  
Iuramentum assertorium veritatis de præterito, cum scilicet in instru mento futurum est, omnia & singula esse vera, impedit opponere exceptionem. Non numerata doris. Idem quoque probare contra iuramentum q. 5.  
Dispositionem Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. locum habere in donatione, ut firmiter iuramento, nec rescindatur prætexu enormis lesionis. q. 6.  
Promiscent cum iuramento se facturum & curatur uali quid sub poena, si fecerit quantum in se fuit, & quod potuit, excusari a poena. questio. 7.  
Commu. op. Tom. 3.

Quatenus teneatur, qui promisit, ac furauit factum, curatumque se, ut vxor sua paternis, maternisque bonis renunciet. ead. q.  
Obligationem ad impossibile, etiam expresse factam, non valere. ead. q. in fin.

Delationem iuramenti factam a parte parti in iudicio, posse reuocari, priusquam acceptum sit ab altera parte, verum postea non item: Nisi ex iusta & magna causa. q. 8.

Juramentum suppletuum non deferri in criminalibus: Nisi vbi pro criminis imponitur poena pecuniaria. q. 9.

In iudicis criminalibus, probaciones debere apertissimas esse, & luce meridiana clariores. ea. q.

In causa ciuilli criminaliter intentata, posse accusatorem reo deferre iuramentum voluntarium, vel iudiciale. Cum quibusdam limitationibus. q. 10.

Iuramentum vi, & metu extortum, hodiè ipso Iure obligare atque requiri absolutionem, ad hoc, ut contraueniens non possit dici per iurum. q. 11.

In materia concernente peccatum & conscientiam, seruandum esse ius Canonicum, non Ciuile. ead. q. in fin.

Mulierem, quae cum iuramento renunciauit hypothecæ, quam habet in bonis mariti pro dote, non posse venire contra iuramentum. quæst. 12.

Auct. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit, prohibentem contractus adulorum seu minorum iuramento confirmatos, per restitutionem in integrum retractari, de Iure Canoni. locum sibi vendicare quoque in pupillo dolis capace, secus de Iure ciuili. quæst. 13.

In impubere maiorem infante, at proximum pubertati, cadere deficitum; Vel impubere proximum pubertati dolis esse capacem. ead. q.

Pupillus quando dicatur dolis capax. q. 14.

Absolutio a iuramento super transactione interposito, quatenus possit fieri parte non citata. q. 15.

An iuramentum sufficiat ad probationem suspicionis fugæ, in debitor. q. 16.

An & quando contra instrumentum liquidum & iuratum possit opponi exceptio compensationis. q. 17.

Hæredem iuramento defuncti non ligari. q. 18.

An iuramentum suppleriorum possit deferri post conclusionem in causa, parte petente. q. 19.

An iudex post conclusionem in causa, sponte sua, parte non petente, possit deferre iuramentum suppleriorum. q. 20.

Juramentum suppleriorum deferendum esse actori semiplenè probanti. q. 21.

## QVÆSTIO I.



VÆRO, An iuramentum de futuro promissorum producatur obligationem & actionem? Respon. Cœcertatio est inter Doc. Non nulli existimant post glo. in l. 1. C. de operi libert. ex promissione cum iuramento in futurum facta de Iure ciuili, & obligationem, & actionem oriri. Alij contra censurunt, q. ex tali iuramento de Iure ciuili nulla obligatio & actio oritur, vt per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fiduciis. & in l. iusurandum. ibi Alber. de Rosat. & Roma. ff. de iureiu. Et hæc est communis sententia ut firmat ibi Ias. nu. 7. & in Auct. sacramenta puberum. numero 11. C. si aduersus vendit.

## QVÆSTIO II.

Sed dubium est, de Iure canonico, & magis est, etiam hoc iure non nasci obligationem vel actionem, ita communiter receptum esse firmat idem Ias. d. iusurandum. nu. 9. Quamvis contraria teneat gl. singularis. c. quoties cordis oculus. 7. q. 1. & Bar. d. si quis pro eo. doc. est ramen talis promittens per denunciationem euangelicam compellit ad obseruantiam eius, quod cum iuramento promissum est. Idem firmat Maran. par. 6. Rub. de iuramen. nu. 23.

## QVÆSTIO III.

Communis Doc. assertio est, quod credatur iuramento damnum per violentiam passi, quod ad probandam estimationem rerum ablatarum, præcedente tamen iudicis taxatione. l. si quando. C. vnde vi.

Sed controversum fuit, nunquid tale iuramentum possit deferri hæredi spoliatis, magis communiter placuisse, non posse, ut firmat Ias. d. l. si quando. nu. 37. & ibi Plotus in repet. nu. 768. Et eam sententiam tenet ibi Bar. Bal. Salyc. & alij. Alex. l. si ex stipulatu. ff. de verb. obli. Corn. con. 123. vol. 1. Anton. Capy. decif. 91. nu. 2. vbi allegat Ias. & comm. post Bar. ita sentire in iudicione. l. si de iureiu. pro ut inspecie hoc ibi tenet Curt. nu. 4. 15. & Saccus. nu. 5. 4. Eandem sententiam firmat idem Bar. in l. actionibus, quem ibi sequuntur Doc. ff. de iureiu. Hippol. in sing. 338. incip. extant statuta.

## QVÆSTIO III.

VÆRO, An iuramentum habeat vim clausulae, rato manente pacto? Respon. q. sic. & ista est communis Doc. sententia, ut firmat Rob. Marant. in Specu. aduocat. Rub. de appellat. nu. 253. Et eam tenet Bar. & Doc. in l. si quis maior. C. de transact. Anton. Corset. in repet. Rubr. de iureiu. in pruileg. 6.

## QVÆSTIO V.

VÆRO, An iuramentum assertum vium veritatis de præterito, vt quia iuratum extitit in instrumento omnia & singula esse vera, impedit opponi exceptionem non numeratae dicitur? Respon. q. sic. ita cōcludit Ias. de Imo. in repet. c. cum contingat. ext. de iureiu. in 6. & 10. mēbro, quæ refert & sequitur Bal. Nouel. in tracta. de pruilei. dot. in 10. part. Eandem sententiam tenet Bar. Bal. & Salyc. in l. fin. C. de non nu. pecu. Vbi expressè dicunt, quod huiusmodi iuramentum assertum veritatis propter contra iurantem. Et eā tener Ias. de Imo. in l. Seius Augerius. ff. ad l. Falcid. & in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Et hanc dicit esse communem Socyn. in confi. 82. incip. super quest. propositis. vol. 3. & sequitur Decius. in confi. 536. incip. in caula, quæ agitur. Mantu. vol. 3.

## QVÆSTIO VI.

VÆRO, An dispositio Auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. habeat locum in donatione, ut firmetur iuramento, nec rescindatur prætextu enormis laetionis? Respon. q. sic. ita magis cōmuniter tenere Doc. in d. Auth. firmat Grammat. in decif. 103. nu. 54. Ias. ibidem nu. subdit tamen idem Grāma. tunc cōmūnem fortem procedere in eo, qui donat & a principio scit id q. donat, & sic damnum in quo læditur, quia scienti & volenti non inferitur dolus. I. cūm donationis. C. de transact. secus in donante & ignorante a principio, quid donet, & sic ignorante damnum, in quo læditur. Ira in specie refert Felin. in c. in præfentia. col. 5. ver. sed omnia ista intelligas. extra, de probat, quem refert & sequitur consulendo Curt. Iunior in con. 141. incip. habita diligentia consideratione.

## QVÆSTIO VII.

VÆRO, An promittens cum iuramento se facturum & curarum aliiquid sub poena, si fecerit, quicquid potuit, excusetur a poena, non obstat iuramento? Respon. Crebiori calculo approbata est sententia, excusandum esse eum, qui promisit aliiquid facere & curare, & omni adhibita diligentia adimplere non valuit, non obstante iuramento, quod temerarium est. Ideoque ad eius obseruantiam non teneatur, vt tenet Ias. And. in c. sicut ex literis. ext. de iureiu. Magis enim peccatum est in iurando, quam in contraueniendo, ex quo fecit, quicquid potuit, c. quanto de iureiu. & videtur se obligare ad impossibile, promittens id, quod non est in sua potestate. Hanc esse communem opinionem firmat Ias. in l. stipulatio ista habere licere. ff. de verb. obligat. Aret. in con. 143. incip. ex facto proponitur. Eadem dicit communem idem Aret. in l. si ita stipulatus. s. possum. & ibi Bart. tenet. ff. de verb. oblig. & ibi Alex. 1. Fel. c. ex rescripto. num. 17. ext. de iureiu. Ferrar. in caue 43. Prede. de Senis. in con. 122. incip. Martinus promisit. Et ita iudicatum est, testatur Matth. de Afflic. decif. 295. Eandem dicit esse communem Declus in con. 313. quem refert & sequitur Chassanac. in consuet. Burgund. verb. des retract. & Ia. de S. Georg. in l. si ego. s. Labeo. ff. si cer. pe. & tenet Abb. c. gemma. post Ant. de Bu. de sponsali. Bart. in confi. 236. Martinus promisit. & pulchre Gomes. in s. in personam. nu. 27. vbi similiter communem dicit. Inst. de actio. quando non sult in mora promittens. Et in specie in eo, qui promisit se curarum, vt vxor sua renunciaret bonis paternis & maternis, consuluit Paul. de Cajn. con. 178. volu. 2. Et ita decisum refert Boër. in q. 3. primæ part. Capy. decif. 93. nu. 6. vbi allegat. Aret. in confi. 142. Vbi tenet, q. is qui promittit se facturum & curarum cum effectu, q. alius quid faciat illud verbum importabit, q. non simulat, sed vere & bona fide, quantum in eo erit, curabit id fieri, non tamen obligat promittentem ad impossibile, quæ obligatio etiam expresse facta non valer.

## QVÆSTIO VIII.

VÆRO, An delatio iuramenti facta a parte parti in iudicio possit reuocari? Respon. q. frequentius eō iurum est, posse eum, qui delitul hoc iuramentum ante quam acceptum sit ab altera parte, p̄cepit re, & illud reuocare, per l. si quis iusurandum. C. de reb. cred. Ita tenet gl. l. manifestetur cupidini. ff. eo. Sectus, post quam iurum acceptatum est a parte, quia tunc non potest reuocari, nisi ex iusta causa superveniente, putat, quia facultas probandi, que tempore delationis desit, de non ius superueniat. Ita tenet Bar. in l. non erit. s. fin. ff. de iureiu. quem ibi sequitur Salic. & communiter Doc. vt firmat Ias. l. iusurandum. nu. 6. circa finem. ff. eod. Ang. & Ias. s. item si quis postulante. nu. 31. & ibi Zaf. nu. 13.

## QVÆSTIO IX.

VÆRO, Vtrum iuramentum suppletuum deferatur in criminalib.

riminalibus Respon. Verior & receptior Doct. opinio est, non posse, ita sentit gl. Bart. & communiter Doct. in l. ait prætor. verb. agatur. ff. de iure iur. Specu. in titu. de iura. delat. §. 1. Eandem sententiam firmat late Bal. & Doct. in l. bonæfidei. C. de iure iur. Bar. & Doct. communiter in l. admonendi. ff. cod. titu. Namque in criminalibus iudicis probatio-nes debent esse apertissimæ, & luce meridiana clariores. l. sciant. C. de probat. Tantum igitur abef, vt accusatori etiam plus, quam semiple ne probanti iusfirandum deferri debeat.

Limita hanc communem conclusionem, vt procedat in causis cri-minalibus, ybi imponenda est pena corporalis. scilicet in his, pro quibus imponitur pena pecuniaria, ita tenet Ant. de But. c. fi. ext. de iure iur. Ludo. Roma. d.l. ait prætor. Et eam dicit esse magis communem Alex. sibi contrarius, in con. 66. incip. vñlo processu causæ vertentis in-ter Heliceum. vol. 1. & subdit, ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum, licet contrarium teneat in d. l. ait prætor. cum alijs re-latis per las. ibi.

## Q V A E S T I O X .

Sed quæro. Nunquid in causa ciuili criminaliter intentata, accu-sator posse reo deferre iuramentum voluntarum, vel iudiciale? Respon. q. sc. secundum crebriorem Doct. sententiam, ita tener gl. d. l. ait prætor. & ibi Bal. Sal. & omnes Moderni firmant, vt dicit Ias. ibi, nu. 23. Et eam quoque tener Panor. d.c. fi. cod. titu. cum aliquibus tam en limitationibus.

## Q V A E S T I O XI .

Q V A E R O , An iuramentum vi & metu extortum sit ipso iure nullum, An vero requiratur absolutio, ad hoc vt contraueniens non possit dici per iurus? Respon. Magnus est in hoc articulo virtusque iuri-s inter pretum conflictus. Namque communis est assertio Legistarum, q. tale iuramentum sit ipso iure nullum, vt firmat Cy. Bar. Pau. de Ca. Sal. & Doct. communiter in Auth. sacramenta. C. si aduer. vend. vt fir-matibi Ias. & Matth. de Affl. decif. 263.

Contraria sententia, q. tale iuramentum de iure obliget, iure ca-nonico & à Doct. communiter recepta est. Et hanc tener Archidia.ca. quamvis de pact. lib. 6. Ioan. And. c. si vero de iure iur. Inn. c. vene-ribilis. de elect. existimantes, q. non possit propriæ autoritate spemini, sed debet peti absolutione. Idem tener glossa. c. authoritate. 15. q. 6. lo. de Imo. c. clm contingat. 2. colum. ext. de iure iur. Sal. d. Auth. sacra-men-ta. Et huic opinioni stâdum etiam in foro ciuili, ex quo scimus in ma-teria concernente peccatum, quo casu seruandum est ius Canonicum & non Ciuitale, licet secundum opinionem communem Legistarum pronunciatum sit in consilio Neapolitano d. decif. 263. quam etiam se-quitur Raph. Cum. con. 180. incip. videtur prima fronte. Franc. Za-barel. confi. 127. incip. & fuit questio Regis.

## Q V A E S T I O XII .

Q V A E R O , An mulier quæ renunciavit cum iuramento hypo-thecae, quam habet in bonis mariti pro dote, possit venire contra iuramento? Respon. Canonista c. venit. de empt. & vendi. tenent, q. non per c. contingat. de iure iur. Eam opinionem sequitur Alex. l. Ma-xima. §. fin. ff. sol. mat. Bal. l. etiam. C. ad. Velleia. Cyn. & Bal. Auth. siue à me. C. cod. titu. Licet contrarium teneat glo. si qua mulier. C. ad. Vel-letia. Priorem tamen communiter teneri testatur Matth. de Affl. de-cif. Neapol. 31. nu. 4.

## Q V A E S T I O XIII .

Q V A E R O , Verum Auth. sacramenta pùberum. C. si aduer. ven-di. q. vult, q. iuramentum praestitum à pùbere in contractu nullo, quia non interuenit decretum iudicis, confirmat contractum, vèndi-ct. sibi locum in pupilli doli capace iurante, vt eius contractus nul-lus confitetur iuramento, ac si esset praestitum à pùbere. Respon. Do-flores in hoc dubio sententijs variant. gl. in d. Auch. tenet negativam: quia Auth. loquitur de pùbere iurante & nō de imþubere. Hanc opini-onem sequitur Petr. de Bellap. Cyn. & Jacob. de Butr. Bulgar. & Odofre. Pau. de Cast. & Sal. in l. qui iurasse. ff. de iure iur. Ang. d. Auch. ibi Raph. Fulgo. Cl. §. item sacramenta. sibi Bald. Aluaro. & Praeposit. Freder. de Sen. in confi. 30. incip. minori viginti quinque annis. Paul. de Cast. con. 415. incip. si non intercessisset iuramentum. Bald. in l. pa-tem. 1. col. C. de collar.

Contrariam opinionem tenuit Bart. in d. Auth. vbi dicit Docto-rem communiter affirere, q. si imþubes est maior in infante, proximus pu-beritatis, ita q. in ea cadit delictum, tunc obligatur ex iuramento. Eandem opinionem tener Sal. & Pau. de Cast. d. Auth. dicentes q. præce-dens opinio procedat de iure ciuili, sed de iure canonico locum ha-beat opinio Bart. Hanc quoq. sententiam firmat Canonista, Hofstien. lo. And. d.c. cum contingat. Archi. c. quamvis de pact. in. 6. lo. de Imo. d.c. cum contingat. Alex. l. qui iurasse. ff. de iure iur. Vbi dicit opinio-nes Bar. esse communem & veriorem, cum propter fauorem animarum,

tum quia in materia iuramenti standum est iuri canonico. Eandem opinionem dicit esse veriorem, & ita pronuntiatum Matth. de Affl. decif. 393. nu. 10. Hanc opinionem tenet quoque Lud. Rom. l. is cui bo-nis. ff. de verb. oblig. And. de l. fern. d. §. item sacramenta. Abb. Sicul. in confi. 125. incip. illud in effectu de iure queratur. Matth. de Affl. d. §. item sacramenta.

## Q V A E S T I O XIV .

Sed quero circa hoc dubium, quis propriè dicatur doli capax? Respon. Doc. in Cle. 1. de homicid. & ca. 1. de delict. puer. dicunt, q. ille dicitur doli capax, qui proximus dicitur puberitati, qui annua deci-mum & dimidium peregerit, si est masculus: scemina vero proxima est puberitati, si annua cum dimidio cōpleteur, ita tener gl. norabi. in §. pupillus. verb. infantia. Inst. de iur. stipul. & in l. pupillum. ff. de reg. iu. Quas esse communiter approbatas, assertit Ias. in l. properan-dum. §. & si quidem. C. de iudic. Socy. l. i. in §. adipiscimur. ff. de acquir. pos. Ang. Aret. d. §. pupillus. Hier. Cag. nu. 2. ibi. Dec. d. l. pupillum.

Contrarium vero tenet Io. Igne. in l. excipiuntur. nu. 35. ff. ad Sy-lania. q. scilicet in quibus funque actibus is proximus puberitati dicatur, qui ad ætatem perfectam, sextantum menses deficiunt, licet Bal. d. l. excipiuntur. velit id procedere, quod ad delicta, quem sequitur Ias. Auth. sacramenta puberum. nu. 15. ff. aduers. vendi. Sed Io. Fab. d. §. pu-pillius. & Sal. l. impunitas. C. de pcc. Io. de Ana. c. 1. nu. 4. de delict. puer. Existimat, q. arbitrio iudicis sit relinquentum, quis dicatur proximus puberitati, qui id arbitrabitur ex discretione pueri, & alijs circumstantijs contingentibus. Idem tenet Ant. de Bu. c. art. stationes. de de-spónfa. impub. Abb. & Praepos. c. continebatur. eo. ti. Dec. d. l. pupillum. Quod tamen intelligit Cour. epit. de Ipon. in 2. par. c. 5. nu. 5. q. iudex ante illam ætatem definitam communis opinione, scilicet decem annos cum dimidio in masculo, non possit imponere arbitrium suum, nisi maximis adducatur conjecturis, immo raro, & caritissime id face-re debet.

## Q V A E S T I O XV .

Q V A E R O , Vtrum absolutio à iuramento interposito super transactiōne, ad hoc, vt possit saltem agere non obstante iuramento, & de iure suo docere, non autem, vt non teneatur ad obseruantiam iu-ramenti, possit fieri non citata parte? Respon. Io. And. in addit. ad Spec. tit. de iure iur. versi. vbi autem iurasset, dicit q. sic. Eam opinionem se-quitur Oldra. con. 120. incip. ad duplum finem. Calde. con. 7. de iure iur. Io. de Imo. c. 1. de iure iur. & c. debitoribus. Versicula fuit practica. ibi Ant. de Bu. eo. ti. Pau. de Ca. con. 2. 16. incip. circa primum quæst. vbi dicit, q. etiam in iusta parte possit concedi. Alex. con. 49. vol. 4. & con. 222. vol. 2. confi. 53. vol. eodem.

Ratio est secundum Calder. d. confi. quia per talēm absolutionem non generatur aliquid præiudicium alteri partis quo casu citatio potest omitti. Eandem opinionem tenet Laur. de Rudolphis. rep. c. con-sulut. q. 12. de vñlo. Pe. de Anch. con. 18. Lapus. alleg. io. Ias. l. nec. §. vbi decretum. ff. de offi. procons. Maria. Socin. tract. de citat. art. 7. cau. 77. Lud. Roma. sing. incip. absolutio. Cæpolla. cau. tract. chart. 18. Floria. de S. Petro. l. in lege Aquilia si deletur. ff. ad l. Aquil. Matth. de Affl. decif. Neapol. 220. nu. 10. vbi eam communem assertit ultra Doct. fu-prædicta. Ant. Corset. in tab. super Abb. Sicul. verb. absolutio.

## Q V A E S T I O XVI .

Q V A E R O , An iuramentum sufficiat ad probationem suspi-cionis fug. Respon. Io. de Imo. in l. 2. in fi. prin. ff. sol. matr. tener affer-matiuam, dicit enim, quod ad probandum, debitorem suspectum de fu-ga, ad hoc vt capi possit, sufficeret sacramentum creditoris. Idem tener Bened. de Plumb. l. nemo carcerem. & post eum ibi Ang. C. de exact. tributo. lib. 10. Ratio est, quia hoc casu, vertitur periculum in mora & vbiunque periculum est in mora, ad probationem suspicionis suffi-cienti iuramento. Hanc opinionem tenet Rom. l. si fidei usq. §. fi. ff. qui sat. Eadem dicit communiter practicari. Baptista de Caccialupis, in tract. de debi. suspect. 6. 9. nu. 18. Et dicit, am totum mundum obser-vare Pau. Cafren. in con. 474. nu. 1. vol. 1. Hanc tener Ias. l. 2. nu. 2. 9. ff. sol. matr. Alex. con. 19. nu. 2. vol. 3. Paris. con. 10. 7. nu. 57. vol. 3.

Contraria tamēr opinionem tener Bal. in con. 285. nu. 3. & 4. vo. lu. 1. & in l. apertissim. nu. 9. C. de iudic. Eandem tenet Lanfr. in trac. de reculat. nu. 7. & Ias. l. b. contrarius. in prin. l. inst. de actio. nu. 9. 1. & l. b. fab. arbitro. nu. 8. ff. qui stat. fid. cog. Hanc opinionem tenet Ang. sibi contrarius in Auth. de exhibend. recis. §. si vero. col. 5. Eam dicit communem Thomas Parpal. in repe. l. 2. col. 2. in Glo. verb. suspectum. ff. sol. matr. Eandem tenet Paris. sibi contrarius, in con. 101. nu. 5. vol. 3. Ang. Aret. in prin. l. inst. de actio. nu. 8. Deci. vbi communem dicit in con. 75. col. 1. Et eam tenet Catellio Cotta in memora. iuris. verb. debitor.

## Q V A E S T I O XVII .

Q V A E R O , An contra instrumentum liquidum & iurantum poscit

posita opponi exceptio compensationis? Respon. Bar. in l. amplius non peti. si remaram habet tener, qd non obstante iuramento, possit oppositi compensatio. Hanc opinionem sequitur Ang. Raph. Cuma. ibi, & Io. Fab. Insti de act. §. in bonae fidei. Bal. & Abb. Sieul. c. cum dilectus. de ordine cognit. Ioan. de Imo. I. Julianus. la. i. ff. de condi. & demonstra. Alex. conf. 12. vol. 7.

Contraria opinione tenet Jo. Andr. Io. de Imo. & sequuntur. Ibi Doct. in c. ad nostram. vbi Imo. respondet motuus Bar de iure iuri. Io. de Ana. & Maria Socin. c. querelam de iure iuri. Fel. d. c. ad nostram. vbi dicit esse communem opinionem, qd iuramentum deber seruari in forma specifica, & sic qd non possit opponi compensatio. Eandem opinionem tenet Alex. in con. 91. vol. 2. incip. viss. actis. vbi dicit, qd in hoc opinio Bartoli est damnata, quia contra istam tenent glossae, & communiter Doct. in d. c. ad nostram. Eandem dicit communem Ant. Capyc. decisi. 167. num. 4. vbi distinctio eiusmhi placet. Communem quoque assert Socin. I. Julianus. de condi. & demonstra.

### Q V A E S T I O X V I I I .

QVAERO. Vtrum haeres ligetur iuramento praedecessoris sui defuncti? Respon. Innoc. quem sequuntur ibi Doct. in c. veritatis. de iure iurando. tener, qd non. Eandem opinionem amplectitur Bald. in l. emptione. C. plus valere quod agit. ibi Salic. Hanc communem dicit Thomas Grammati. Decisi. Neapo. 76. nu. 21.

### Q V A E S T I O X I X .

QVAERO. An iuramentum suppletorium possit deferri post conclusionem in causa, si pars hoc petat? Respon. In hoc articulo sententijs variatum est. Nam Bar. in l. admonendi. de iure iuri. tener, deferri non posse, & dicit ita seruari de cōfuetudine, quem sequitur Bal. in c. §. idem valassus, de controversiis. inuestigans Inn. in c. pastoralis. de cau. posse, & propriet. & in l. bonae fidei. C. de iure iuri. Et hanc sententiam dicit elle communem Ias. d. l. admonendi. nu. 264. Quia per conclusionem in causa partes videntur renunciare omnibus probationibus.

Contrarium tenet Salic. d. l. admonendi. qd peri possit deflato post conclusionem in causa, & eum sequitur Alex. conf. 53. volu. 2. Ant. de Butr. & Imo. c. de iudic. De hoc multa congerit Ias. d. loco, vñque ad nauicam, qui videndus est. 1.

### Q V A E S T I O X X .

Sed dubium est, nunquid iudex ex officio, si videtur probationes dubias possit illud iuramentum deferre post conclusionem in causa, si hoc non petatur a parte? Respon. Licer Abb. in c. fin. §. fan. de iure iuri. velit, qd etiam parte non petente iudex possit deferre, & Alex. in con. 53. vol. 2. Tamen communior & receptior est sententia, qd pars debet petere. Ita tenet Bar. d. l. admonendi. quem sequitur Ang. ibi, & Ias. qui dicit Bart. sententiam esse veram, & communem, numer. 263. Capyc. decisi. 35. nu. 1.

### Q V A E S T I O X X I .

QVAERO. Cui deferti debeat iuramentum suppletorium, quando actor semiplenē probauit, & ambo omnino sunt parcs respetu tam personarum, quam ipsius causa? Respon. In hoc articulo variantibus sententijs tam glossarum, quam interpretū mirificè disputatum est, vt per Ias. d. l. admonendi. nu. 261. nonnullis existimantibus reo defendum esse iuramentum. gl. d. l. admonendi. & in l. bona fidei. d. l. maritus. ff. de quest. & est opinio Azoñis. Bahem firmat. Ioan. And. & Ant. de But. d. c. fin. ext. de iure iuri. mouentur per tex. d. l. admonendi. sed hæ constitutions, vbi dicit Jurisconsulti l. dispositionem procedere, vbi quis est absolutus, vnde appetit reo delatum esse iuramentum, alia si actori delatum fuisset, reus esset condemnatus. Præterea contra reum orta est presumptio per semiplenā probationem actoris, ad quam purgandam defertur ei iuramentum. Alijs vero existimantibus, id iudicis esse arbitrio relinquendum. Spec. tit. de iuram. delat. ver. vt autem instruari.

Communior tamen & receptior est opinio Bar. & sequacium, qui volunt iuramentum esse defendum ipsi actori semiplenē probanti, non autem reo, qui nihil probauit, vt testatur Ias. d. l. admonendi. nu. 261. & ibi Curt. & Dn. Saccus.

## C A P V T V I I I .

### D O N A T I O .

#### S V M M A R I A .

**D**ONATIONEM omnium bonorum præsentium & futurorum, non valere: Et quæ sit hujus ratio. q. 1. Donationem omnium bonorum præsentium & futurorum, ne quidem cujus iuramento valeret reprehensa, atq; relecta opinione alter sentendum. q. 2.

Donationem omnium, tam futurorum, quam præsentium bonorum, esse contrabonos mores, liberamque testandi facultatem auferre. ead. q.

Iuramentum factum super donatione omnium bonorum, præsumitur factum in fraudem legis. ead. q.

An libera testandi facultas tolli possit per statutum, vel etiā iuramen tum. ead. q. in fin.

Donationem omnium bonorum, in totum vitiar, tam in præsentibus, quam futuris. q. 3.

Donationem omnium bonorum ob dotis causam factam valere propter fauorem matrimonij. q. 4.

Donatio omnium bonorum ecclesiæ facta, vel monasterio, & pio loco valet. ead. q.

Causam dotis esse piam. ead. q.

An & quando donatio inter virum & vxorem, quam alias ius ciuile non agnoscit, per iuramentum interpositum facta, firmetur, & valeat. q. 5.

Donationem rustici, vel plebei, qui duxit nobilem, & constante matrimonio confessus est in instrumento se recepisse ditem, quem non recepit, valere tanquam remunerationem ad recompensationem in æqualitatibus. q. 6.

Donationem à patre factam filicam, quæ alias iure ciuili nulla est, nisi in certis casibus, iuramento firmari & corroborari. q. 7.

Data filiofam. studiorum causa, à patre, ut sunt libri, &c. an cœlestantur filio donata, & an post mortem patris conferantur. q. 8. remissiū.

Patre remittente vsum fructum filiofam, quem habet in bonis aduentitijs filii, valere donationem. q. 9.

Quando quis mortis causa donare, censeatur. q. 10.

Apposito pacto, de non revocando, in donatione causa mortis, transire donationem in contractum inter viuos. q. 11.

Ad cognoscendum qualitatem contractus, non attendi sonum verbum, sed effectum rei. ead. q.

Donationem excedentem quingentos solidos, sine insinuatione non valere. ead. q.

Si facta computatio aurei, secundum valorem eius temporis, quo lata est. si quis pro redemptione. C. de dona, posse tunc hodiè consistere donationem usque ad aureos 800. ead. q.

Aureos olim maioris ponderis fuisse, quam hodiè. Et nostra quidem ætate plures quam ceterum & viginti constitueri libram auri, olim autem 72. & postea 96. ead. q.

Remissionem esse instar donationis: Et id est creditore remittente debitoris suo debitum excedens quantitatem quingentorum solidorum, requiri insinuationem. q. 12.

Donationem remunerandi compensandive ut causa factam & mutuam, non esse meram donationem: Id est que valere absque insinuatione. q. 13.

Donationem iuramat excedentem etiam summam quingentorum solidorum, valere absque insinuatione. q. 14.

Iuramentum seruandum esse, vbi cumque potest seruari, sine periculo æternæ salutis. ead. q. in fin.

In donatione facta ecclesiæ, vel pio loco, non requiri insinuationem. Idemque esse in ea, quæ conferuntur scholari. q. 15.

### Q V A E S T I O I .

V A E S T I O. An valeat donatio omnium bonorum præsentium & futurorum? Respon. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. tener, qd non idem tenet Alexan. & Ias. num. 20. qui dicit cam esse communem, & tenet idem Bar. l. fin. nu. 12. C. d. epac. Felic. vbi hanc communem dicit esse in c. præsentia. nu. 5. de proba. Eandem opinionem amplectitur Abbas con. 48. volu. 2. & Bald. c. præsentia. communem dicit. Curt. Junor con. 23. nume. 1. Roma. con. 271. nu. 1. Et hanc dicit esse communem Deci. l. fin. nu. 30. C. de pac. Ratio est, quia per ea auferatur libera testandi facultas. Soc. Jun. confi. 21. nu. 9. volu. 2. Hanc dicit esse communem Gratius in consi. 70. nu. 1. volu. 1.

### Q V A E S T I O II .

QVAERO. Quid si iuramentum interuenisset? Respon. Donatio iam si iuramento firmata sit, inutilida est. Ita tenet Bar. d. l. stipulatio hoc modo, quem sequitur Panor. con. 48. nu. 2. vol. 2. Hanc opinionem tener Fran. Purp. d. l. fin. nu. 240. & ibi Curt. Junor, communem dicit, nu. 57. Cagnol. nu. 220. C. de pac. Et tener Corn. in consi. 60. nu. 3. & con. 186. nu. 16. vol. 2. vbi communiter dicit ita teneri. Hanc opinionem sequitur Claud. de Seysel. in l. licet. C. de pac. Ripa lib. 3. Respon. c. 14. & tener Bal. con. 22. l. ib. 1. Pau. Paris. con. 26. nu. 59. & 60. vol. 2. & con. 72. numer. 15. volum. 1. Ratio est, quia talis donatio est contra bonos mores, cum liberam auferat testandi facultatem. Vnde succedit regul. non est obligatorium, de regulis iuris. in 6. Et tale iuramentum factum super donatione omnium bonorum, præsumitur factum in fraudem legis prohibentis talem donationem, id est seruandum

# Commu.opinionum, Liber I. 75

utrum non est. Eandem opinionem tenet Zilius d.i. stipulatio hoc modo nu. 2. vbi dicit esse magis veram & communem. Soci. I. unio con. 4.4.nu.25.vol.2.Crauet.con.129.nu.9.vol.1.

Contra ratiōnē ramen opiniōnē tenet Decius in con. 65.nu.12. & in l.pactū qdotali.num.1.C. de pact.vbi dicit hanc opiniōnē esse veriōrem.Hanc etiam tenet Corn. sibi contraria in confi.25.nu.6. lib.3.Maria.Socii.lunior con.5.nu.49.Gartz.in tract. de ultimo fin. illat.25.nu.3.9.pro hac opiniōne Doct.allegant dictum Baldi in l.cit Archimedorum.nu.12.C. vt in possessionem legato.vbi tenet, qd hae libera testis faculta potest tolli per statutum, ergo & per iuramentum.Sed illud reprehendit Alex.ac responder d.i.stipulatio hoc modo.nume.7.

## Q VÆ S T I O III.

Q VÆ R O, An prædicta donatio in toto vitetur tam in praesentibus quam futuris? Respon. qd sic, ita tenet Bar.in d.i.s. Idem tenet Aug.lo.de imo. & Alex.d.i.stipulatio hoc modo.nu.21.Docto.in l.1.5. sed mihi. ff. de verb. obl. Et eam dicit esse communem Fran.Purpu.d. l.s. nu.247.& ab ea non esse recedendum in consulendo.

## Q VÆ S T I O IV.

Sed quaro, Quid si donatio omnium bonorum sit ob causam do tis? Respon.Oldrad.con.5.tener, quod talis donatio valeat ob matrimonii fauorem.Eandem opinionem tenet Boér.Dec.353.nu.10.Cum enim donatio omnium bonorum ecclesie vel monasterio facta, secundum dñm Bart. & Docto.l.sina.C. de pact. Item pio loco, valeat, secundum Baldum liubencus.C. de sacrofanc.ecl. & dos dicatur causa pia, idem dicendum est in causa dotis.Hanc opiniōnē tener quoque Feli.c. in prælencia.nu.5.de proba.Et eam dicit esse communem Fran.Purpu. in d.i.sin.nu.242. & tener Socin.regula.69.fallen.4.

## Q VÆ S T I O V.

Q VÆ R O, An donatio inter virum & vxorem valeat, si interueniat iuramentum? Respon.Barto.in l.Seius & Augerius. ff.ad 1. Falci.dicere, quod licet donatio inter virum & vxorem de iure ciuii non valeat, tamen bene firmatur iuramento.Idem Bar.in l.s. quis pro eo.nume.17. ff. de fideiuss. Eandem opiniōnē tenet Fred.de Senis in con.140.nu.3.Abb.c.fin.nu.9.de donat.inter virum & vxorem. Et in c.ūm contingat.nu.30.de iure iurandi.ibid. Imol.num.85.Abb.con.195.nu.1.vol.2.Vbi dicit hanc esse communem opiniōnē Roma.conf.44.Corn.conf.41.num.6.lib.3.vbi dicit ita communiter teneri.Idem tener Alexan.conf.8.& con.158.vol.2.Francisc.Aret.conf.199.Are.Rub.Alexand.conf.25.num.5.conf.130.nu.6.Maria.Socin.Junior, conf.44.num.6.lib.2.Pau.de Cast.con.49.vol.2.Capol.caute.122.Anto.Corfet.rep.Rubr.de iure furan. priu.25.Bald.l.s.lectur.anti quia. ff. de donat.inter virum & vxorem.Eandem opiniōnē dicit esse communem Laur.Sylua.in confi.40.num.20.Cagnol.rep.l.final.num.36.C. de pactis.Gomes. qdādam.num.19.Instit.de actio.Cotta in memoria.iuris,verb.donatio.el.5.Iaf.l.pacta, quae contra.num.5.C. de pactis.Ruin.conf.137.nu.2.& 2.vol.4.Roder.Zuarez.l.s. vt de las aras.lib.6.fori.39.Anton.Bauer.tract.de virtu.iura.num.38.Guid.Papa confi.204.num.3.Cappolla.conf.8.in ciuii.Jacob.de Sancto Georgio.l.profedita.5.s. pater.numer.4. ff. de fur.dot.Fort.Gartz.d. tracta.de ultim. s. illat.20.num.349.Eandem dicit esse opiniōnē Alexand.d.i.Seius.Thom.Gramm.decis.03.num.73.& eam dicit esse magis communem Bertrand.conf.215.num.4.& confi.301.nu.2.Et vbi dicitur ea in iudicando & consulendo non esse recedendum, in confi.327.nu.4.vol.1.Hanc dicit communem Alciat.c.ūm contingat.nu.204.licet ipse vellet contrarium.nu.198.de iure iurandi.

Contra ratiōnē, quod talis donatio non firmetur iuramento, tenet idem Barto.in l.s. per illum tex. ff. de donat.inter virum & vxorem.Hanc opiniōnē ibi sequitur Bald.Salic.& Fulg.& tenet Bar.l.s. cūm quis decedens.5.Tiria.num.2. ff. de leg.3.Ang.l.s. quis pro eo.nu.2. ff. de fideiuss.Card.Clement.7. porro.nu.10.de iure iurandi.Bald.l.s. quis in quinilio.s.1. ff. de legat.1.Eandem opiniōnē tenet Curt.Senior,in confi.66.num.3.Socin.conf.65.nu.12.vol.1.Corn.conf.223.num.4.vol.3.Ioann.Andr.addit.ad Specul.titu.de dote post diuort.restitu.i fin.Salic.l.2.75.C. de refindend.vend.Hanc opiniōnē amplectitur Alciat.supradicto loco,dicens eam sibi plus arridere,& eam communione esse tener Chassanæ.in confuet.Burgund. vt des droitz.Rubr.4.6.7.vol.167.nu.27.Sed reuera Bartol.& Docto.per Chassanæ relati, si recte inspiciantur eorum dicta,hanc sententiam non probant. Non enim loquuntur in donatione vera, sed in cōfessione donis receptæ, vt si maritus conficeretur debere vxori suæ milie, quae dicitur ab ea recipiſſe, & turat, talis donatio non firmatur iuramento.Ita loquitur Bar.d.5.Tiria.& Doct.serē omnes.Ratio est, quia talis confessio præsumitur facta in fraudem legis, & iuramentum tale interponitur super eo, quod est de præterito.Nostri vero conclusio de qua Bar.in d.i.s. quis loquiur in eo cau, quando lu-

ramentum interponitur super eo, quod est de futuro, & tunc locum habet.d.c.ūm contingat, & quemlibi tradant Doct.ita distinguunt lmo. ibi, & tenet Socyn.l. prima.nu.98 filiu.matrio.Curt.con.95.nu.4.vol.2.

## Q VÆ S T I O VI.

Q VÆ R O, Si rusticus vel plebeius duceret nobilem & constante matrimonio saceret instrumentum quo contulit ei, & recipisse docet, quam non receperit. An valeat talis donatio tanquam remuneratoria, ad recompensationem in equalitatris? Respon.Barto. l.s. voluntate.C. de donis promissione.nu.2.tener, quod licet talis donatio dicatur in effectu inter virum & vxorem, tamen valeat. Idem tenet in l.s. diaconio ibi.l.s.9. ff. de verb. oblig. Eandem opiniōnē tener Bald.l.2. ff. s. lib.2. ff. certum petat. l.s. ex hoc iure.nu.55. ff. de iusti. & iur. Tiraquel.in Legib. connub. in quarta l.s. nu.7. & in quinta l.s. nu.18. & in repet.l.s. vnquam.verb. donatione largitus.nu.19.C. de reuocan. donar. Hanc dicit esse communem Bald. Nouel.in tract. dot.10. parte nu.7.Curt. Junior confi.6.nu.20.Couar. epit.4.lib.2.part. c.3.9.3.nu.2. & tenet Abb.c.1.nu.8.de adul. Segura.in l.coheredit.9. cūm filia. ff. de vulg. & pupil.nu.162.Neuiz.in tylua.nupt.lib.2.nu.23.

## Q VÆ S T I O VII.

Clarum est in iure donationem inter patrem & filium in potesta te existente iure ciuii esse prohibitam. Textus est in l.donationes. C. de donat.inter virum & vxorem. Quero igitur an talis donatio fit metus iuramenti? Respon.Bal.l.sit.in fine.C. de visu cap. pro donato tener quod sic. Eandem opiniōnē tenet communiter Canonistæ, in d. c.ūm contingat. l.s. l.pacta, quæ contra. & ibi Doct. communi calculo approbat. C. de pact. Dec.conf.216.nu.2.Pau.de Cast.in con.375. col.2.vol.1.Crauet.con.29.nu.1.vol.1.Ferdi.Loazes, repet. l.s. filius. familiæ. fiduci. nu.1. ff. de leg.1.Alciat.d.c.ūm contingat.nume.207. Alex.l.s. donatione.C. de colla. Eandem tener opiniōnē Aret.l.pacta. ff. de acquir.hered. l.s. l.s. confi.69.nu.128.vol.3. & communiter dicit Grat.conf.63.nu.23.vol.2.Iean.Duran.in tract. de arte retin. ditu.3.caute. Eandem dicit communem Anto. Capyc.deci.56.nu.2. Dec.conf.239.nu.1.con.2.16.nu.2. Intellige ramen supradictam conclusionem, quod donatio inter patrem & filium sic in iuris, procedere in simplici donatione, scilicet in donatione ob causam, vt que sit propter benemerita vel ob causam remuneracionis, quo casu tales res do nate sunt pecunij aduentis. Nam que talis donatio valentia est glori. l.s. donatione.C. de collatio. quæ communiter approbatam dicit Fer. Duen. reg.222.nu.1. & tenet Bar.l.s. forte.nu.5. ff. de cast.pecul. Nec venit in legitimam computandam, vt dicit d.g. communiter approbat. verb. postulas.

Requiritur tamen hoc casu, qd benemerita probentur, nec statur assertio partis. Ita dicit gl. & Bart. vbi supra l.s. rep.l.s. frater a fratre. nu.44. vbi communem dicit. ff. de cond. videtu Mar. Mant. d.i.s. donatione. & ibi Reginald.Ruin.con.96.nu.2.vol.5.

## Q VÆ S T I O VIII.

Q VÆ R O, An si pater tradidit filio libros ex causa studij, censetur illos donasse. & an post mortem eius conferre debeat, vt ha beat p̄cipio. Respon. dixi infra cap.23.q.18.

## Q VÆ S T I O IX.

Q VÆ R O, Quid si pater remittat ysum fructum filio, quem habet in bonis aduentis suis? An valeat donatio? Respon. qd sic, non expectata est in morte parentis. Ita tenet Bar.d. l.s. frater a fratre. nu.57. quem communiter consequuntur Doct. ibi, vt dicit l.s. nu.44. Grat. fol.6.ver. fallit ergo conclusio præmissa.

## Q VÆ S T I O X.

Q VÆ R O, Quando censetur quis causa mortis donare? Respon. qd donatio causa mortis censetur, si in ea de morte mentio facta sit, alius donatio inter viuos. Ita est tex. l.Seis.9.fin.iglo.verb.videlicet. ff. de dona.causa mort. & ibi Bar.glo.l.s. C. de dona.causa mortis. Hanc opiniōnē tenet Bar.l.s. qui dedit. ff. solut.matri. & ibi Gufiel. Ponta.nu.7.l.s. nu.26.vbi communiter assit Bar.l.s. nu.11.ibi. Dec. nu.20. communem dicit. C. de pact.

## Q VÆ S T I O XI.

Q VÆ R O, Quid si in donariōe causa mortis apponatur pātum de non reuocando. An transeat donario in contractum inter viuos? Respon. qd sic, ita est tex. in l.vbi ita donatur. ff. de dona.cau. mort. Et ita expressè consuluit Alex.con.14.nu.2.vol.1. Eandem opiniōnē tener l.s. l.s. qui dedit. nu.31. Bald.l.2.C. de iur. dor. Ad iudicandum enim qualiterem contractus, non attenditur sonus verborum, sed effectus rei. Hanc dicit esse communem Didac.in Rubr.de testament.2. part. num.12. licet contrarium teneat Bal.l.s. C. de pact. Alex. d.i. quæ dedit.

Clar

Clari iuris est, donationem, quæ excedit quingentos solidos, non valere nisi insinuetur, ex. est expressus. si quis pro redemptione. §. ceteris. C. de dona per quem corigitur. I. sancimus. C. eo. ti. Hanc opinionem tenet Bar. I. Modestinus. ff. de dona. Bal. I. f. C. de iure do. Pau. Paris. con. 25. nu. 53. lib. 3. Ruin. con. 159. nu. 6. & 15. vo. 4. Hodie tamē si fiat computatio aurei secundum valorem istius temporis, quo lex ista condita est, donatio permititur usque ad octingentos etiam aureos. Non enim hodiē tanti ponderis sunt aurei, sed minoris. Cum oīm 72. faciebant libram auri, postea 96. tantum, ut dicit Bar. in rub. C. de vere. numisma. Ang. in I. sancimus. nu. 4. nostris autem temporibus plus quam centum & viginti ad libram auri constitueruntur etiam donationem ultra mille aureos valere, ut dicit Duen. reg. 224. limita. ultima.

### Q VÆ STIO XII.

Q VÆ R O. An haec conclusio procedat, ut requiratur insinuatione in remissione facta per creditorem debitori? Respon. q. sic: & ita communiter teneri firmat Cagnol. I. si quis obligatione, nu. 5. ff. de regu. iur. Eadem dicit communem Decius. I. creditoris, nu. 12. C. de pac. Iaf. I. si mulier, nu. 1. C. de condic. cau. da. Alex. in con. 138. nu. 2. vol. 2. & d. I. creditoris Roma. I. Modestinus. num. 4. ff. de dona. Remissio enim donatio est.

### Q VÆ STIO XIII.

Q VÆ R O. Quid in donatione remuneratoria & mutua? Respo. q. ab illo in insinuatione valer. Ita est tex. I. si pater. I. Aquilius regulus, ibi glo. verb. non meram, ff. de dona. Hanc opinionem tenet Bal. in I. illud. nu. 8. C. de sacros. eccl. Iaf. I. ex hoc iure, nu. 53. ff. de iusti. & iure. Talis enim donationis non est propriè donationis, sed quadam compensatio. Et haec est communis, ut dicit Cur. junior. con. 8. nu. 5.

### Q VÆ STIO XIV.

Q VÆ R O. Quid in donatione iurata? Respon. Guliel. de Cun. Alb. & Bal. in I. illud. C. de sacros. eccl. tenet, quod donationis si non sit insinuata, non valeat, etiam si iurata sit. Hanc dicit esse communem Barba. con. 16. nu. 10. & 16. vol. 2. Alex. sibi contrarius in addit. ad Bar. I. post morem. ff. de adop. Barb. con. 22. vol. 4. Ruin. cum multis per eum relat. in con. 159. nu. 6. vol. 4. Crotus in repert. nemo potest. ff. de leg. I. Socyn. Junior. con. 69. nu. 39. vol. 1. & plures alij relat. per Tiraq. in I. si vñquam. in prefat. nu. 153. C. de reuocan. dona.

Contraria ramen opinio magis communis est. si authoritates numerentur, & ruitore eam tenet lo. de Imo. c. cum contingat. nu. 90. de iure. Alex. con. 4. nu. 10. vol. 1. asserens hanc opinionem esse verioram, secundum quam semper consulteret & iudicaret. Eadem opinionem dicit communem Paris. con. 69. nu. 95. vo. 3. Eadem dicit communem Iaf. con. 51. vol. 1. Dec. con. 239. nu. 3. & con. 488. nu. 5. & hac tenet Alex. d. I. nemo potest. ff. de leg. I. Fab. §. & cu. retro. nu. 3. Inst. de dona. Hanc quoque dicit communem Socy. Junior. con. 67. nu. 20. volu. 2. Matth. de Afl. & c. 1. nu. 36. de feu. dato in vicem leg. commissor. & eam tenet plures Docto. relat. per Tiraq. d. I. si vñquam. Posset tamen attentari prima opinio, q. iuramentum nullum effectum haberet tanquam contra utilitatem publicam, & contra bonos mores, sed a posteriori non est turum recedere. Vbi cunque enim seruari potest iuramentum sine interitu æternæ salutis, seruandum est.

### Q VÆ STIO XV.

Q VÆ R O. Quid in donatione facta ecclesiæ vel pio loco? Respo. q. valet absq. insinuatione. Et est communis opinio, ut dicit Fel. c. eccl. s. sanctæ Maria. nu. 8. de consti. Ripa. lib. 3. Resp. c. 11. nu. 10. Paris. con. 70. nu. 23. vol. 4. Rebusus de priuileg. Schola. priuile. 64. Vbi dicit idem in donatione facta scholari tanquam pia.

## C A P V T I X.

### T V T E L A E T C V R A.

#### S V M M A R I A.



V T O R E M a patre in testamento imperfecto datum liberis, si modis alias legitimus erat, futurus tutor, recte datum viderit: Extraneum vero a iudice confirmandum. q. 1. Tutoris donationem sustineri, etiam nullo, vel rupto, aut per querelam resilio, irretove facto testamento. q. 2. Testamento, propter præteritionem a patre ignorantem, nullo, infirmationem tutoris. q. 3. Tutoris in testamento inutiliter datum, & a iudice confirmatum, in multis quidem testamentario aequiparari: non tamen testamento

rium esse, sed datuum. q. 4.

Tutorem in testamento inutiliter datum, & a iudice confirmatum, praferri legitimo & dariuo. q. 5.

Tutorem datum filio in testamento matris confirmari a iudice cum inquisitione: Atque datum inutiliter a patre, confirmari sine inquisitione. q. 6.

Iudicium a patre praeservi iudicio matris. ibid.

Pro filio fam. tutore in testamento, item patre non consentiente a magistratu dato, inutiliter teneri & obligari patrem de peculio, & in rem verso: consentientem autem dationi teneri insolidum. Atque inibz, quæ diuersitatis ratio. q. 7.

Si plures sint scripti, sufficere vel unius haeredis etiam in re certa instituti, aditionem, ad hoc ut firma sit & valeat, in testamento facta tutoris datio. q. 8.

Institutum in re certa, nullo alio scripto, vel alijs scriptis & institutis non adeuntibus, fieri haeredem ex alio. ead. q. in fin.

Pupillo, qui sine tutoris autoritate adire non potest, cuique in testamento tutor datus, tutor esse nequit anteaditam haereditatem, soli in instituto, duplice via consilium, secundum locorum varietatem. q. 9. & q. 12. in fin.

Deficiente tutori, tam legitimo, quam testamentario, a quoniam iudice dari possit & debeat tutor idoneus. q. 10.

Extra iurisdictionem tutorem dari non posse: Et iudicem originis pupilli recte tutorem dare posse. ea. q.

Iudicem non posse tutorem dare, ex dle, ad dlem, vel sub conditione.

Hocq. differre hanc speciem a testamentaria. q. 11.

Tutorem certæ rei vel causæ dari non posse: Alter tamen obseruat quandoque in tutori Atiliano. q. 12.

Conditionem tutoris in testamento ad certam conditionem, ea pendente, puram esse ac iudicari quod ad validitatem: sed quod ad resolutionem conditionis, esse in suspense. q. 13.

Tutorem sive a iudice, sive in testamento simpliciter datum, videri & intelligi datum ad vniuersum pupilli patrimonium, vñicunq. situm. q. 14.

Matrem in tutela non praeferriri a paterno: Item posteriora iura tutelam permittentia marri & avise, respicere collaterales, non ascendentis: Nisi ascendentis sint in gradu longe remotiores matre & avia. q. 15.

Matre transeunte ad secundas nuptias exprimare tutelam. Quis nimò coram iudice restara voluntate de contrahendis secundis nuptijs, mater statim desinit esse tutrix. q. 16.

Matrem, sicut testamento daram & constitutam, definere esse curricem, contractis secundis nuptijs. q. 17.

Cognatos hodiè, mutato iure veteri, etiam admitti ad tutelas. q. 18.

Tutorem teneri confidere inuentarium coram iudice. Sufficere tamen si fiat per tabellionem publicum, extra iudicium. q. 19.

Tutorem vel curatorem datum a minore iudice indistincte teneri satisfare: Datum verò a magistratu malore, tum, cum sine inquisitione datum est. q. 20.

Authoritatem tutoris interponi debere in ipso negotio, vel actu, qui a pupillo geritur, non ex interuallo. q. 21.

Authoritatem tutoris statim & immediatè, ante quam ad alios actus extraneous diuertatur, perfecto negotio interpositam, valere. quæstio. 22.

In authoritate praestanda sufficere si simplicem consensem tutoris, sine certa & solenni verborum forma. Quibusdam tamen alter sententibus. q. 23.

Pupillum sine tutoris authoritate non posse adire haereditatem, ne lucrosam quidem, aut opulentam. q. 24.

An & quatenus valeant, quæ sine tutori pronunciata, gestave sunt in fauorem & utilitatem pupilli. ead. q.

Adultum, seu minorem 25. annis non posse stare in iudicio sine curatore. Poſte tamen iuramentum deferre, si non habeat curatorem. quæſtio. 26.

Adultus carens curatore, potest omnia facere, quæ potest maior. Verum laetus debet restituui. ead. q. in fin.

Curatorem generali ad negotia etiam inuitum dari, cogique posse ad suscipiendam curam. Secùs in curatore ad ligem. Nisi ex iusta causa. q. 27.

Prodigo minori dari curatorem, ut minori, non ut prodigo. Vis humanus in eo est, ut illa ratione obligetur naturaliter, hac verò nequaquam. q. 28.

Minorem declarari posse prodigum, etiam non interdicta administratione honorum. q. 29.

An si cui interdicatur bonus tanquam prodigo, qui reuera prodigus non est, valeat interdictio, & curatoris datio. q. 30.

Notoriū

Notoriè & manifestè prodigum, si non interdicta sit ei administratio, ipso iure posse contrahere, obligari & alienare: Nisi manifestè prodigus contrahat in vium notoriæ & manifestè prodigalitatis, quæst. 31.

Prodigum ex contractu celebrato sine curatoris autoritate & consensu, ne furatum quidem teneri, aut obligari ad obseruantiam iuramenti, quæst. 32.

Prodigum ex delictis obligari. Atque delinquentem indignum esse fauore, q. 33.

Minor habens curatorem, licet sine eius consensu & autoritate nequeat obligari, tamen si iurauerit super contractu, obligatur. Instrumentum enim hoc casu facit contractum validum, tollitque beneficium ætatis. Idem est in impubere doli capace. Nec alter obseruat in statutis, prohibentibus contractum minoris, q. 34.

Iuramentum minoris super contractu interpositum, firmat contractum; licet minor de beneficio restitutionis non sit certioratus, q. 35.

Curatorem furiosi, prodigi, & similiū definire statim ipso iure, deficiente defectu: si modo constet eos sanam mentem recepisse. Ac sententiam seu declarationem magis esse necessariam, ad tollendam suspicionem ex interdicta administratione ortam, quam finienda curam, q. 36.

Decretum iudicis super rebus pupilli immobilibus alienandis, ex falsa causa interpositum, ipso iure esse nullum, nec opus esse restituzione, siue causa sit expressa in decreto, siue non. Aliud esse in sententia ex falsa causa lata, q. 37. & q. seqq.

Cum ciuiliter agitur, ad hoc, ut tutor vel curator suspectus declaretur, & ab administratione remouetur, non esse necessariam inscripcionem ad pœnam talionis, q. 39.

Postulationem suspecti esse duplice, q. 40.

An, quando, & quæ cognitio suspecti, & a quo, & cui delegari possit, ibidem.

Cognitionem tantum suspecti, non etiam remotionem posse delegari, q. 41.

Tutorum, vel curatorem de leuissima culpa non teneri, q. 42.

Antequam veniatur ad actionem subsidiariam, quæ competit pupillo, vel adulto, contra magistratum, qui vult omnino, non, vel minus idonei caueri pupillo, vel adulto, contraria conueniendos esse prius omnes tutores, & fideiustores eorum, nisi diuisa tutela fuerit, vel a testatore, vel per iudicem, q. 43. & q. seqq.

Mutatis, ac innovatis per statuta successionibus, an innouentur etiam tutelæ, q. 45. remisit.

Si quidam ex tutoribus vel curatoribus gesserunt, quidam non, conueniendi sunt prius, qui gesserunt, ead. q.

## Q VÆ S T I O I.



ERTVM est, patrem posse liberis suis testamento tutorem dare, s. permisum. Insti. de tu. Sed quæro. Nunquid hoc habeat locum in testamento imperfetto? Respon. Communiter receptum est, patrem in testamento inter liberos posse dare vnum ex filiis suis alteri filio in tutorem, saltem quando erat ab intestato legitimus tutor, ut dicit Cur. Iun. l. hac consultissima, s. ex imperfecto, n. 26. C. de testa. non autem tutorem extraneum, ita dicunt communiter Doct. ut ait Sylvester Aldobran. s. permisum. n. 27. Insti. de tu. Sal. d. s. ex imperfecto, quæ opinio licet vera sit, quod ad hoc vt datio tutoris per se non sit valida: Tamen sustinetur, quod ad hoc, vt per iudicem confirmetur. Aldobr. d. s. permisum.

## Q VÆ S T I O II.

Sed quid si testamentum sit nullum ex causa præteritionis vel ex hæredationis posthumæ, vel per querelam irriterum factum? An tutoris datio sustineatur? Respon. Communis & recepta est Doct. opinio, q. datio tutoris sustineatur, vt firmat Ias. auth. ex causa, n. 2. & ibi tenet Bar. C. de lib. præte. Bar. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. irri. facto testamen. Ro. con. 123. & Imo. in d. l. filio præterito. lo. de Ana. in conf. 28. incip. visis & ponderatis. Communem quoque dicit Sylvester Aldobr. s. cum autem. n. 6. Insti. de tutel.

## Q VÆ S T I O III.

Sed dubium est, nunquid hoc locum habeat in præteritione a patre ignorante facta? Respon. Variæ sunt Docto. opini. Sed magis communis est, q. hoc casu datio tutelæ nō sustineatur, vt firmat Ias. d. Auth. ex causa, n. 3. quæ tenet Bar. ibi Pau. de Cast. Alex. & Mod. Alex. in con. 41. inc. viso tenore allegatis in strum. eti. vol. 1. & con. 47. inc. abunde, in 2. vol. Vbi dicit, perfectissimum esse, tenere corravum propter autoritatem illorum, qui sententiae Bartoli astipulantur. Eandē dicit communem esse op. Aldobr. in d. s. cū autem. n. 6. licet opinio Bar. dispu-

tabilis sit, & contrarium tenuerint consulendo Signo. de Homod. & totum collegium Mediolanense, referente Bald. d. filio præterito. & ibi Imo. & alijs relati per Ias. d. Auth.

## Q VÆ S T I O IIII.

Q VÆ R O. Vtrum tutor in testamento inutiliter datus, vtpu-  
ta, filio emancipato, & a iudice confirmatus, sit tutor testamentarius,  
an vero datius? Respon. Communis & recepta Doct. sententia est, tu-  
rem in testamento inutiliter datum. & a iudice confirmatum, licet ipse  
in multis æquiparetur testamentario tutori, non testamentarium, sed  
datuum tuorem esse, vt statutus Sylvester Aldobr. s. fi. n. 23. Insti. de  
tutel. & ibi eam tenet Jo. Faber & Ang. Eandem tenet Cy. Alb. Bar.  
& Bal. in l. 2. C. de confir. tutor. Bar. l. i. ff. eo. Bal. Auth. sacramentum.  
C. qui. mul. cu. offi. fun. Alex. in con. 140. vol. 1. Licet contrarium tenuerit  
Mar. Selyma. quem refert Bar. & Alber. vbi sup. & Senenses Moder-  
ni, vt per Sylvest. d. s. fina.

## Q VÆ S T I O V.

Q VÆ R O. Vtrum tutor in testamento inutiliter datus, & a iu-  
dice confirmatus, vt dictum est, preferatur legitimo & dariuo? Resp.  
Gl. s. fi. Insti. de tute. vult legitimū præferri huic confirmato, idem vult  
gl. l. neque. C. de confir. tu. Sed in contrarium est communis Doct. sen-  
tentia, vt firmat Bar. l. i. ff. de confir. tu. Eam tenuit Mar. Selyma. dispu-  
rando Bonorix, quem sequitur Cy. Albe. de Rosa. & Bar. l. 2. C. de con-  
fir. tu. Eandem dicit esse communem Ang. d. s. fi. & ibi Aldobr. & Lud.  
Schrader. & eam tenet Ias. rubr. num. 14. Insti. de actio. Nico. Euerh. in  
Top. legal. loco, ab ordine rubr.

## Q VÆ S T I O VI.

Q VÆ R O. Tutor datus filio in testamento matris, confirma-  
tur a iudice cum inquisitione, vt est tex. l. mulier. ibi Bar. ff. de confir.  
tu. quare diuersum sit matre dante tutorem, cum in tute dato a pa-  
tre fit alius? Respon. Communis Doct. sententia est, q. id fiat Ideo, quia  
lex non ita confidit de iudicio & electione materna, sicut de paterna,  
vt est tex. l. s. fi. qui perant. tu. Et ita dicit communiter sentire Doct.  
Aldobr. d. s. fi. n. 36.

## Q VÆ S T I O VII.

Q VÆ R O. Clarum est, filium familiæ tutorem dari posse, vt  
est tex. l. filius familiæ. s. fi. qui sunt sui vel alie. iur. An & quatenus pa-  
ter ex eius administratione obligetur. Respon. Aut filius familiæcepit  
administrationem tutelæ testamentariae, & pater eius obligatur de pe-  
culio & in rem verso, non autem in solidum, siue filius illius tutor sit  
datus, ipso consentiente, siue non, ita intelligatur. l. Lucius Titius. ff.  
de administ. tut. vbi tenet Bar. & Docto. Aut filius familiæ. administrauit  
tutelam datuam patre consentiente, & pater eius obligatur in solidum,  
vel peculio tenus, ipso non consentiente. l. filius familiæ. ff. de tutel. &  
haec distinctio communiter approbatur, vt firmat Aldobr. s. fi. n. 45. Insti.  
qui tuto. testa. dari pos. Ratio diuersitatis, q. magis simplex  
consensus in patre datiu, qui obligat patrem, qualis in patre testamen-  
taris, est, quia in tutela, in qua queritur satisfactio, pater potest cogi si-  
lio consentire, & pro eo se obligare, vnde cum cogi pos sit, merito con-  
sensus habetur pro promissione, quæ ratio cessat in testamentario, ita  
dicit Bar. d. t. i. qui tutor. dari pos. s. fi. n. 45. licet ipse commendet ra-  
tionem Fabri tanquam magis rationi naturali consentaneam.

## Q VÆ S T I O VIII.

Q VÆ R O. Vtrum aditio vnius tantum ex pluribus hæredi-  
bus sufficiat ad hoc, vt tutoris datio ex testamento confirmetur? Res-  
pon. Communis Docto. opinio est, quod sic, etiam si in re certa tan-  
tum institutus adest, vt firmat Alexander. l. quoties. C. de hæreditib. in-  
stitu. Vbi eandem opinionem tenet Cyn. Guliel. de Cun. Ang. Sall.  
& Pau. de Cast. Hanc quoque tenet Bald. & Imo. ex facto. l. 2. ff. de  
hæred. insti. Eandem assertum communem Sylvest. s. fed eti. n. 10. Insti.  
de Atil. tutor. Si enim vniuersales hæredes non adeant hæreditatem,  
institutus in re certa erit hæres vniuersalis, quia totum ei accrescit, &  
erit testamento locus.

## Q VÆ S T I O IX.

Q VÆ R O. Quomodo pupillus solus institutus dato ei tuto-  
re in testamento, possit hæreditatem adire, cū tutela locum non habeat,  
nisi adita hæreditatem, & hæreditas non possit adiri sine tuto? Respo.  
Quæstio videtur insolubilis, in qua variae fuerunt Doct. opiniones.  
Glossa in l. si nemo. ff. de test. tu. dicit, q. pupillo debeat dari curator ad  
adeundam hæreditatem, quæ opinionem gl. sequitur Spec. de tuto-  
re. in prin. Et ibi Ias. And. in addit. dicit ita in præc. seruati, licet à qui-  
busdam

busdam reprobetur, & recte, nullo enim modo potest dari curator ad adeundam hæreditatem, per tex. expressum l. cum in vna. in fine ff. de appellat.

Alia est opinio gl. in §. sed eti. testamento. In isti. de Attil. tuto. quid scilicet iudex surrogatur in locum tutoris, cuius autoritate deat, cum hic non dum sit tutor, non confirmato testamento, idem dicit gl. d. l. si nemo. & ponit Specul. d. t. de tut. in prin. & refert. Io. Fab. Ang. Plat. d. §. sed eti. lal. & Alber. d. l. si nemo. Hanc dicit esse communem Dec. l. bonorum. C. qui admi. in vtraque lectu.

Alia fuit opinio Dyni, qd cum tutor testamento tantum suis detur, confirmato testamento beneficio & potentia suis, tutela con sequenter quoque sit confirmata, & ita tutor de iure autoritatem suam praestare posset. Et hanc opinionem dicit communiter probari Albe. d. l. si nemo. Eam quoque sequitur Ioan. Faber. d. §. sed eti. Cyn. l. 2. C. de rest. tur. Bal. l. i. eod. titu. vbi dicit, quid opinio Dyni est ipsa veritas, & in d. l. si nemo. Nouissimè Gloss. in d. l. si nemo, alter sentit, scilicet ut detur tutor Attilianus, cuius officium expiret statim, adita hæreditate. Hanc opinionem refert Ioan. And. in addit. ad Specu. vbi suprà, & eam dicit vbi que locorum obseruari Ang. d. §. sed eti. & tuto rem esse, & quid magis practicatur, & eandem seruari, & tuto rem esse dicit ibid. Iason, quod verum est, licet opinio Dyni sit satis æqua, dicit tamen Bald. quid secundum qualitates locorum seruentur remedia practica.

#### Q V A E S T I O X.

Q V A B R O, Deficiente turore testamentario & legitimo, quo ca su locus est datiuo, à quo iudice dari debeat tutor? Respon. Gloss. in §. sed hoc iure, verb. creant, duplicit responder, primo, qd iudex dabit tutorem, qui suæ iurisdictioni subiectus sit, & si ibi non reperiatur idoneos, ex vicinis locis eligat, & eorum nomina initiat præsidii iustus loci, vix pte præuidat, cum extra iurisdictionem tutor dari non possit. Secundò dicit glo. quod vel iudex originis pupilli, vel domicili, vel sub eius iurisdictione bona pupilli sitasunt, dabit tutorem. Occasione huius glo. Jo. Fab. ibi aliter distinguit. Aut enim inquit pupillus haber domicili, & bona in eodem loco & tunc sine dubio iudex loci vel prouinciae dabit. Aut pupillus domicili habet in uno loco, & in alio bona & tunc secundum opinio. Hugo. dabit iudex bonorum, Sed secundum Azo. iudex originis dari potest, & iste tutor administrabiles etiam alibi sitas, quia cum tutor detur persona principaliter, iudex persona recte dabit tutorem, cuius authoritas extendit ad omnia eius bona, ita tenet quoque Bar. l. i. ff. de tutor. & cur. datis ab ijs, dicens opinionem Azo nis esse veriorem. Et eadem dicit ibi communem Alber. & hæc tenenda, refecta distinctione lo. Fab.

#### Q V A E S T I O XI.

Q V A E R O, An iudex possit tutorem dare ex die, ad diem, & sub conditione? Respon. Communis opinio est, qd non, vt testatur Syl. Aldobran. §. ad certum. nu. 18. In isti. qui testa. tu o. da. pol. Et in hoc differt à turore testamentario. Ratio autem diuersitatis est, quia factum testatoris, in eo quod deficit, potest suppleri per iudicem, sed factum iudicis per alium non suppletur. Hanc rationem tenet Cyn. rub. C. de restam. tute. Albe. & Sal. l. i. C. eod. ti. præfertim, cum iudicis actus debant esse incorrigibiles, & hæc tutela inter alias sit ultima, & ita nemo sit, qui possit supplere. Eandem tenet Bal. Ang. Porcus. Nico. de Neap. d. §. ad certum. & eam dicit ibid. communiter approbatam Aldobran. nu. 23.

#### Q V A E S T I O XII.

Q V A E R O, An tutor possit dari certæ causæ? Respon. qd non, & hoc expeditum est, per tex. d. §. ad certum, & ibi no. gloss. & Docto. communiter.

Nota ratiōne qd speciale sit in tute Attiliano, qd datur ad certam causam, scilicet ad adeundam hæreditatem, & ita communiter refert Doctores, vt firmat Aldobr. d. §. ad certum. nu. 31. vbi allegat, ratione specialitatis, quod quando filius haeres institutus, dato ei. tute, in testamento, tutor ille testamentarius administrare non potest, ante hæreditatem aditam, impubes etiam sine tute adire non potest, itaque impedimentum, vtrinque concorrit. Quare cum dari non possit regula ricer aliis tutor à iudice, dum spes est testamentarii, contra iuris regulas statutum est, dari posse tuteum ad adeundam hæreditatem; & sic ad certum actum.

#### Q V A E S T I O XIII.

Q V A E R O, Vtrum datus tutoris in testamento usque ad certam conditionem, pendente ea sit pura, an vero sit in suspense? Respon. Communiter receptum est, qd statim valeat, & iudicatur interim ut pura, nec stat in suspense quod ad validitatem, sed quod ad resolutionem tantum, quia in conditionis eventum resolutum, ita tenet gl. l. 2. verb. conditionalis. ff. de in diem addic. quam communiter approbatam esse dicit Soc. l. pecuniam. vtr. no. ff. li. cer. pe. & ibi lal. nu. 7. Dec. nu. 4. not. 4.

Socin. confi. 62. lib. 4. Dec. l. is. damnum. §. qd pendet ff. de regu. iur. & con. 279. vbi notanter loquitur in hac materia, & in con. 308.

#### Q V A E S T I O XIV.

Q V A E R O, An iudex simpliciter intelligatur datus ad vni verum patrimonium pupilli vbiunque situm? Respon. Communis opinio est, qd tutor siue detur a testatore siue a iudice, semper si detur simpliciter, intelligitur datus ad vniuersum patrimonium, vt firmat Socin. in confi. 36. lib. 1. post alios per eum alleg.

#### Q V A E S T I O XV.

Q V A E R O, An mater præferatur auo paterno in tutela? Respo. Iac. de Belui. in Auth. de hæred. ab intest. fin. tener, qd non, dicit enim quod semper in tutela masculi ascendentis legitimū præterri debent feminis, & quantum ad hoc iura antiqua remanent incorrecta, quia in solis collateralibus corrigitur quod ad matrem & auiam tantum, vt colligitur in d. §. fi. non autem in ascendentibus, & hanc opin. dicit iuri & menti conditorum legum, & equalitatis consentaneam pract. Ferri. in for. libel. quo agitur ad red. rat. tutelę, verbo, in suo ultimo testamento. Sed in contrarium est communis opinio, vt firmat d. prac. vbi sup. qd scilicet mater & auia præferantur omnibus alijs tutoribus legitimis & darius, etiam sihi tutores legitimū sint pupilli, de quorū tutela agitur, linea ascendentis coniuncti. Quod tamen verum est, si ipsi sint gradu remotiores, quam est mater & auia. Secus autem si ascendentis masculi sint vel gradu proximiores, vel æquè proximi illis, de quorum tutela agitur, tunc enim ipsi præferuntur in tutela legitima matri & auiae secundum not. per Bar. l. si quis sub conditione. nu. 8. 9. & 10. & communiter Docto.

#### Q V A E S T I O XVI.

Q V A E R O, An matre transeunte ad secundas nuptias expiret tutela? Resp. qd sic, & est expeditum, per tex. Auth. sacramentū. C. quando muli. tur. offi. singi. vbi eam opinionem firmat Bar. dicens, qd mater tutrix statim adito iudice, & testata voluntatem suam de secundis nuptijs contrahendis, definit esse tutrix, idem Bar. d. l. si quis sub conditione. ver. querendo statim. Bal. l. omnī. C. ad Tertul. Dec. c. ex par. el 2. de app. Eandem tenet pract. Papien. for. libel. qua agit. ad red. rat. tutelę. verb. in suo ultimo testamento. Et hanc dicit esse communem & receptam opinionem Aldobr. §. interdum. nu. 16. In isti. de curat.

#### Q V A E S T I O XVII.

Sed nunquid hoc locum habet, si mater tutrix sit constituta in testamento? Resp. Communis & recepta est opinio, qd sic, vt firmat pract. Papien. vbi supra, licet contrarium teneat Dy. vt refert Cy. d. l. omnī.

#### Q V A E S T I O XVIII.

Q V A E R O, An cognati admittantur ad tutelas? Resp. Aut loquimus de iure ciuili veteri, & sunt diuersæ opinio. glossarū & Doct. Nam gl. in l. 1. verb. con sanguineis. ff. de legi. agna. tut. vult, qd cognati licet defientibus agnatis vocentur ad successionem, nullo tamen modo vocari ad tutelas isto iure, hanc opin. gl. sequitur Odo fre. l. i. C. eo. ti. Contrarium opinionem, qd licet secundum dispositionem iuris communis veteris, cognatis non def. rebatur tutela legitima, agnatis existentibus, ipsos ramen ad tutelam legitimam, nullis agnatis existentibus fusile admissos, tener gl. sed agnationis. In isti. de legit. agna. tut. quam opinionem sequitur Bar. post Dy. l. i. ff. eo. & ibi in eandem tentatam videtur inclinare Alb. & Sal. l. i. C. eo. hanc opinionē dicit veriorem esse lo. Faber. d. §. sed agnationis. & ibidem dicit eam esse com munem Schrader, & sequitur Nico. Neap. & Ang. Licet contrarium teneat ibi Sylue. Aldobr. nu. 21.

Aut vero loquimus de iure nouissimo Authentico, & tunc nulla est dubitatio, postquam enim sublata est differentia agnationis & cognitionis, cognati & quæ ac agnati isto iure, sicut ad hæreditatem ita ad tutelam quoq; legitimam admittuntur, vt est tex. Auth. sicut. C. de legi. hæred. & in corpore, vnde sumitur. Auth. de hæred. ab intest. venit. §. ex his, & ita dicit Bar. & omnes Doc. communiter attestante Aldobr. vbi supra, nu. 21.

#### Q V A E S T I O XIX.

Q V A E R O, Tutor tenetur confidere ante omnia inuentarium, vt est tex. l. tutor qui repertoriū. ff. de adm. tut. coram quo debeat id facere? Respon. Gl. in l. tutores. C. de adm. tut. dicit, qd debeat fieri inuentarium coram judece. Sed in contrarium est communis omnisi Doc. opinio, quid scilicet sufficit, si fiat per publicum tabellionem extra iudicium, ita firmat practic. Papien. vbi supra, & dicit quod sic communiter seruat consuetudo, & eam tener Cyn. d. l. tutores. & Bal. d. l. tutor qui repertoriū.

#### Q V A E S T I O XX.

Q V A E R O, An tutor vel curator datus a iudice satisfact seme per? Respon. in hac qd distinguo. Aut tutor vel curator datus a maior magist

# Commu.opinionum, Liber I.

79

magistratu causa cognita, & per inquisitionem, & tunc non satisdat. Aut datur sine inquisitione ad simplicem aliquius petitionem, & tunc tenetur satisdat, ceterat enim presumptionis fundamentum, videlicet inquisitio, propter quam lex iudicat eum idoneum.

Aut datur a minore iudice, & tunc indistincte tenetur satisdat nula habita ratione, an praecesserit inquisitio, necne ita tenet Bart.l.tuto res. de confir.tuto.Cyn.Rubr.C. de ruto. vel. curat. qui non satisdat. Saly.c.l.i.C. eod. tit. Ethanc distinctionem communiter approbaram firmat Sylvestr.Aldobr.Instit.de satisdat.tut.in prin.num.43. vbi dicit sic esse tenendum.

## Q V A E S T I O X X I .

Q V A E R O , Certum est, in actibus pupilli tutoris autoritatem requiri. An authoritas debeat interuenire in ipso negotio vel actu, qui a pupillo geritur, an postea ex inter ualor? Respon.hoc expeditum est & clarum per text.s. tutor autem. Instit.de authoritate tutorum. vbi dicitur in ipso actu praestandam esse authoritatem. Ratio est, quia auctoritas ista requiritur pro forma & solemnitate actu, ad integrandam personam pupilli, unde formaliter quoque in ipso actu debet praeferari in ipso actu, quia a forma recedi non potest. Raph. Cuma.l. si quis mihi. §. iussum. & ibi lass. ff. de acqui.hered. Hanc opinionem tenet Cyn.Bart.Bald.Saly.c.Paul.de Castr.& omnes Doct.post.g.c. edoceri. de re script. Dec.c. cum accessissent, dicens eam esse communem, de constit. & consil. 172. Eandem tenet Bald.c. cum consuetudinis ext. de consuet.archidia.c. quidam. 18.q.2. Innoc.loan. Andr. & Domi.c. i. de reb. eccl. non alien. Alex.l. i. §. quæstum fuit. ff. ad Trebel.vbi dicit ita sentire omnes Doct. Eandem tenet Petr. de Anchor. consi. 337. incip. de efficacia.

## Q V A E S T I O X X I I .

Sed quid si tutor authoritatem praeter postea statim. An talis auctoritas immediata post interposita valeat? Respon. Glos.d. §. Tutor autem, dicit quod sic, & eam opinionem gl. communiter approbatam esse restatur ibi post alios Aldobr.nu. 22. gl.ver. post tempus. & Doct. in l. si qui mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hered. dicit enim inesse, & in ipso negotio fieri, quod immediata sequitur, antequam ad alios actus extraneos disuertatur. Eandem opinionem tenet lass. lecta. per text. ibi. ff. si cert. petar.Specul. tit. de satisdat. §. viso.ver. deberer auct. præfari.

## Q V A E S T I O X X I I I .

Item quero. An in auctoritate præstanta sufficiat simplex consensus tutoris. An vero formaliter debeat interponi per verba, auctoritatem interponor. Respon. Ang. d. §. iussum. dicit, quod formaliter debeat interuenire verba auctoratis, & esse de mœre Innoc. cum consuetudinis ext. de confir. Eandem opinionem tenet Bald. in l. fin. §. ne cessitate. C. de bo. que lib. referens Archid.c. quidam. 18.q.2. idem Bald.c. cum consuetudinis ibi. Innoc. & Anton. de Burr. Hanc dicit magis communem lass. d. §. iussum. numero 13. licet ipse inclinet in contrarium partem.

Contra opiniōnem, quod sufficit consensus sine formalitate verborum tenet Imol. Paul.de Castr. Alex. & Aret.d. §. iussum. Abb. c.2. de pacif. Signo.de Homod. in consil. 192. vbi dicit, quod in auctoritate præstanta tutor, vel curator debet loqui, dicendo, approbo, agnoso, vel. & equipollens, & haec sententia prior est, que probatur per text. d. §. tutor autem. dum dicitur ibi, id est, probare debet quod geritur, prout declarat haec verba I. C. ipse in l. etiam. ff. eod. quounque igitur verbo voluntarem & cōsensum declareat, sufficit, nec enim refert, quid ex æquipollentibus fiat. Et expresse probatur in l. 3. ff. eod. dum dicitur, cum se probare dicit. Sed priorem dicit communem Fran. Aret.l. gerit. numero 7. ff. de acqui. hered. Vide Siluestr. Aldobr. §. tutor autem. Instit.de autor tutor. Tiraq. in legib. Connugl. 3. in prin. vfcap ad nu. 16.

## Q V A E S T I O X X I V .

Q V A E R O , An pupillus possit adire haereditatem lucrosam sine auctoritate tutoris? Respon. Quidam Doctores distinguunt inter haereditatem locupletem sine lucrosam & opulentam. Paul.de Castr.l. more. & l. pupillus. ibi Alex. ff. de acq. hered. videlicet quod licet pupillus sine tutoris autho. lucrosam haereditatem adire non possit, tamen opulentam adire non prohibetur. Hanc op. sequitur Socin. in consil. 8. ver. secundò principaliter. lib. 4. Dec. c. fil. 331. inde p. resolutione nu. 20.

Contra opiniōnem, quod indistincte ne opulentam haereditatem possit adire sine tutori pupilli, tenet Cyn.Bal. & Saly.c.l. quod fauore. C. de legib. Bald.l. porfir. C. de iur. de filib. ibi lass. lass. l. si quis mihi. §. si seruus. nu. 8. Et in l. more. vbi dicit ita tenere Doc. communiter, & in l. pupillus ff. de acq. hered. Pupillus enim potest intelligere causam suis additionis. Ideoque fauorabiliter et concessum est, ut sufficiat scientia ipsius tutoris, vt not. in l. pupillus ff. de acq. hered. l. quæ ratio misericordia in opulentam haereditatem, & ita licet esset ratio. l. more. ne. s. villum damnum sentiat, tamen haec remanet, & per haec corrumpit funda-

mentum Paul. Castr. & aliorum. Eandem opinionem tenet Bald. Ang. & Saly.c.l. mutuum. ff. de acq. hered. Rph. Cuma.d.l. pupillus ff. de. Doct. l. neque. Instit. de author. tuto.

## Q V A E S T I O X X V .

Q V A E R O , An pupillus possit esse in iudicio sine tute? Respon. Communis opinio est, qd pupillus no possit esse in iudicio civili sine tute, cum non habeat legitimam personam: Ideoque si habet tute, cum eo debet iudicium agi, id est, eo auctore, vel si non habet, debet citari coniuncti eius alias solius pupilli contumacia non attenditur. Hanc opinionem tenet Alex. & Doc. communiter. ff. de ius vocand. l. neque impubes. si ex legati cu. l. seq. ff. de ver. oblig. ibi lass. & Ioan. de Imol. in l. contra pupillum. ff. de re iudi. & hanc esse communem opinionem testatur Aldobr. §. neque tamen. numer. 27. Instit. de author. tutor. Limita tamen hanc communem, vt non procedat, si quid actu, vel prouinciam sit in fauorem pupilli, haec enim valet. Ratio est, quia pupillus quod ad acquirendum & quod ad fauorabiliter gesta, habet integrum & legitimam personam, vt est text. clarus. l. non eod minus. C. de procurat. & ibi not. Bart. Bald. Saly.c. lass. & Doctores ponderantes glo. in l. neque tutores. C. eodem. tit.

Idem dicit in causa criminali, quod pupillus sine tute in iudicio stare non possit, per rex. expressum in l. clarum. vbi not. omnes Doctores. C. de author. præstand.

## Q V A E S T I O X X VI .

Sed quid in adulto sine minore. 25. annis? Respon. Quidam Nicol. de Mata. quem refert Cynus d.l. clarum. distinguunt inter ea, quæ pertinent ad solemnitatem iudicij, & ea, quæ tendunt ad veritatem in daginem. Primo casu vult adulterum sine curatoris auctoritate non admitti, quia non habet legitimam & integrum personam. Secundo casu dicit non attendi personam inabilitatem. Hanc op. approbat Ioan. Andr. in ad dict ad Specul. tit. de consil. §. sequitur. ver. secundò loquitur. Ang. certum. §. in pupillo. ff. de consil.

Contra vero opinionem placuit communiter Doctribus, quod scilicet et adultus sine curatoris auctoritate admittatur in iudicio nullo modo, siue loquamus in his, quæ solemnitatem in iudicij respiciunt, vt est litis contestatio, siue rei veritatem per text. d.l. clarum. Quæ enim statuta sunt in pupillo, locum habent in adulto curatorum habente. Hanc opinionem tenet Bart. d. §. pupillo. & l. inter omnes §. recte. ff. de furt. Cuius doctrinam communiter approbatam firmat Aug. Arimi. in addit. ad Ang. tract. malef. verb. comparuerunt d. inquisiti, & constentur totum. numero 13. eam quoque tenet Ang. ibi, numero 12. Alber. de Rosat. & Raph. Fulgo. Saly.c. d.l. clarum. vbi Raph. dicit eam opinionem esse tute, & sequuntur ibi Moderni, & in d. §. pupillo. Azo. in sum. de author. præst.

Ex his patet responsio ad q. An adulterus sine curatoris auctoritate in iudicio possit iuramentum deferre? Namque gl. in l. iusurandum §. pupillus. ff. de iure iur. decidit, quod non debet admitti si habet curatorem, quan. opinionem glo. tanquam veriorem communiter approbatam esse dicit lass. d. §. pupillus. numero 11. per supradicta exceptio. eo, quod dicit adulterum habentem curatorem, si sine curatore deferri iuramentum, habere restitutionem in integrum. Namque in hoc Docto. communiter tenent contrarium. Bart. Alber. de Rosat. Bald. Saly.c. Fulgo. vt firmat lass. ibi in d. §. pupillus. numero 12. Secundò vero est, si adulterus non habet curatorem, quia tunc iuramentum deferre potest, & haec est magis communis opinio, vt testatur lass. d. §. pupillus. num. 12. & si haec datur, habet in integrum restitutionem. Adulterus enim carens curatore potest omnia facere, quæ potest maior: & tamen si datur, debet restituiri.

## Q V A E S T I O X X VII .

Q V A E R O , An curator ad lites detur iniuitus? Respon. Bald. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel. tener, quod sic. Eandem tenet Ioan. Fab. §. item iniuitus. Instit. de curat. per generalitatem text. l. fin. C. de admisi. tut. Bald. d.l. quæ forutis. C. de p. actio.

Contra opiniōnem, quod in iudiciorum curator ad lites non detur nisi volens, tenet idem Bald. l. tutori. vbi A. ex. dicit eam esse communem. C. de neg. gest. p. tex. d. §. si pupillus vbi præsentia eius requiritur, quæ non est necessaria, si cogatur iniuitus curam acceptare. Licet curator generalis ad negotia bene detur iniuitus per d.l. fin. Eandem opinionem tenet Saly.c. d.l. tutori. Eram dicit esse communione Aldobr. d. §. item iniuitus. numero 17. Postulat tamen conciliari haec opiniones per not. Barto. in d. §. si pupillus, quod licet curator detur volens, possit tamen cogi ex causa, vt patet in curatore bonis dabo. & ita procedat opinio contraria. Uelitas huius est maxima; quia si curator ad lites cogatur ex necessitate officii subire onus turbae, tunc non renetur de levissima culpa, secundù si esset voluntarius, vt not. Bald. d.l. quæ fortuitis.

## Q V A E S T I O X X VIII .

Q V A E R O , An prodigo adultero detur curator vt adulto: an vero

verò vt prodigo? Respon. Glo. l. prima. C. de cura. furioso. dicit quod si quis sit minor & prodigus, curator non possit dari vt prodigo, sed vt adulto. Idem dicit Bart. l. si curatorem. C. de in integ. restit. mino. Quod tamen intellige, vt prius interdicatur prodigo bonorum administratio, & postea detur curator vt minori non vt prodigo. Et hoc propter inconveniens, quod alias inde insurgeret, si enim daretur vt adulto curator, obligaretur naturaliter, quod est contra. l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. Hoc autem cessat si prius interdicta sit administratio. Ita tenet Bart. & Docto. relatif per Alex. qui dicit hanc esse communem opinionem in d. l. is cui bonis.

## Q V A E S T I O X X I X.

Sed quero circa hoc. An sufficiat, quod sit declaratus prodigus, sine interdicto. An verò requiratur, quod ei sit interdicta administratio à iudice? Respon. Bald. l. i. ff. de cura. furio. dicit, quod satis est, si declaratur prodigus absque interdicto, & hanc opinionem communiter approbatam dicit Aret. d. l. is cui.

## Q V A E S T I O X X

Q V A E R O. Si iudex interdicat alicui administrationem vt prodigo, qui reuera non est prodigus, An valeat interdictio & curatoris datio? Respon. in hac qd. diuerse sunt opiniones. Nam aliqui simpliciter dicunt, quod nō valeat glo. d. l. is cui. & l. si putas, ibi Cyn. C. de pet. hæred. gl. l. 3. C. qui prouac. non est nec est. Hanc opinionem tenet Rayne. Ang. Imol. & Alex. d. l. is cui. & ibi l. si qui dicit eam esse communem, & in puncto iuris veriorem. nume. 14. Eandem tenet Joan. Fab. d. s. furiosi. In ist. de curat.

Alij verò distinguunt: Aut error est expressus in sententia, & non valet, aut non est expressus, & valet. Dyn. quem referit l. d. l. is cui.

Alij verò alteri sentiunt, videlicet, quod licet reuera non sit prodigus: Tamen propter autoritatem iudicis interdictis, valet interdictio. Et hanc opinionem dicit l. si in d. l. is cui. ff. de verbos. oblig. esse magis communem, & ab ea nō esse recedendum, adhibita tamen distinctione Bar. ibi, & eam tenet glo. l. si ab eo. de v. scap. s. item prodigus, quibus non est permisum facere testam. & in d. l. Seja. & sequitur Cuma. d. l. is cui. dicens eam magis communem, Alex. sibi contrarius. consil. 18. 2. vol. 5. incip. super eo. de quo.

## Q V A E S T I O X X I.

Sed hic occurrit pulchrum dubium. Notum est, prodigum facta in interdictione ipso iure esse sub cura agnatorum. s. furiosi. ibi glo. Inst. de curat. An notoriè & manifestè prodigo ipso iure quoque interdicta sit administratione, ita vt contrahere, obligare & alienare non possit? Respon. Glo. l. is cui. lege. ff. de test. tener quod sic, eam sequitur Pet. de Bellaper. Imol. & Raph. Cuma. Et dicit in puncto iuris sustentabilem esse Alex. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. Eandem opinionem sequitur Joan. Frab. d. s. furiosi. Fred. de Senis consil. 31. incip. minor. 25. annis. Et eam dicit æquam & rationi consentaneam Bal. consil. 259. incip. que ritur. utrum iuramentum notoriè prodigi.

Contrajam tamen opinionem quod lex non interdictit administratione, sed iudex tenet communiter Doct. post glo. d. l. is cui bonis. Bart. Bal. Ang. & paul. de Castr. Bart. Bal. Ang. d. l. is cui lege. & l. mol. ff. de testa. Bald. c. ex parte, de consuet. Et quod hæc sit communis opinio dicit Paul. de Castr. Alex. & Areti. d. l. is cui bonis. & l. si qui dicit eam esse veriorem. Eandem dicit in practica seruandam Joan. de Imol. vbi supra. Eandem dicit communem Rip. d. l. is cui bonis. 3. not. licet ipse videatur contrarium sentire. Cujus tamen rationes facile possunt infingi. Namque licet prodigus non obligetur naturaliter, sicut adulitus habens curatorem. d. l. is cui bonis. Tamen hoc verum est, post interdictum non ante, vt ibi dicitur. Præterea licet cura prodigi dicatur legitima: tamen nihil attinet hoc ad interdictionem bonorum: Namque verum est, quod lex ipso iure, facta interdictione deferat curam magnatis, hoc tamen non extenditur ad interdictionem. Nec obstat. l. i. ff. de curat. furio. ibi Lege 12. tab. prodigo interdictitur administratione, quia intelligitur Legi, hoc est, autoritate legis, vt ibi gloff.

Hanc communem opinionem limita, nisi manifestè prodigus contraheret in v. sum manifestæ prodigalitatis, quia ille contractus non valeret, etiam non facta interdictione. Ita tenet Bart. & Doct. d. l. is cui bonis. & ibi l. si dicit hanc esse communem opinionem. numer. 10. & eam tenet Bald. d. c. ex parte. ext. de consuet.

## Q V A E S T I O X X I I.

Sed nunquid prodigus, si iure in contractu celebrato sine curatoriis authoritate, obligetur, & tenetur ad iuramenti obseruantiam? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quod non ita tenet Bart. d. l. is cui. Frede. de Senis in consil. 46. incip. minore 25. annis. Hanc dicit communem eam Alex. d. l. is cui bonis. & l. si. nu. 18. & eam tenet Bald. consil. 260. incipit. Guiliel. adulitus. Licet contrarium teneant Anton. de Butr. ca. cum contingat. i. memb. principali. ext. de iure iuram. Ludo. Roma. & Aret. d. l. is cui bonis.

## Q V A E S T I O X X I I I.

Q V A E R O. An prodigus obligetur delinquēdo? Respon. Communi sententia est, quod sic, ita firmat l. d. l. is cui bonis. numero 17. Namque prodigus quod non obligetur in cōtractibus, introductum est in eius fauorem, ne bona dilapidet, sed delinquens non est fauore dignus. Eam tenet Bart. l. si quis in tantam. C. vnde vi-

## Q V A E S T I O X X I I I I.

Q V A E R O. Certum est minorem sine curatoriis autoritate non obligari, nuncquid si minor iure super contractū, obligetur? Respon. Recepta Doc. sententia est, quod hoc casu iuramentum faciat contractū validum, & collat beneficium xatatis ita firmat l. s. Auth. sacramenta. C. si aduersus venditionem. nume. 6. & nume. 33. pract. Papier. for. libel. in causa venditionis. verb. & sub eius iuramento.

Amplia hoc etiam locum habere in impubere dolii capace. Namque & is cum iuramento obligatur, textus est c. ex literis. cl. 2. de sponsal. Hanc opinionem tenet Bart. Saly. & Docto. d. Auth. sacramenta. Paul. de Castr. & Ludo. Roma. d. l. is cui bonis. Eandem dicit esse communem l. s. l. d. l. A. auth. sacramenta. numer. 21. & d. l. is cui. numer. 19. & eam tenet Alex. l. qui iurasse. vbi dicit, Legistas tenere communiter contrarium. ff. de iure iur. Abb. consil. 108. vol. 2. Imol. c. cum contingat. 3. memb. princip. Quamvis contrarium teneant multi Doc. relati per l. s. auth. sacramenta. numer. 21. & seq.

Amplia secundò, ut procedat etiam in statutis prohibentibus contractū minoris qualitercumque concepit, ita firmat l. s. Doct. communicalculo afferre d. Auth. sacramenta. nume. 51. Si enim interponatur iuramentum, firmat contractū. Hanc opinionem tenet Saly. & Fulgo. d. A. auth. dicens pluries cōsuluisse cōtra Bart. Canonistas. Paul. de Castr. ibid. Eam quoque tenet Imol. & Abb. d. c. cum contingat. & dicit commu. Alex. consil. 102. incip. vīsus & ponderatis. vol. 1. & con. 27. incip. vīso libello. Eandem dicit commu. Fra. de Aret. consil. 54. incip. in causa magistri. Licet contrarium velit Bar. d. auth. sacramenta. in statuto concepto in personam minoris.

## Q V A E S T I O X X V.

Sed nunquid supradicta conclusio habet locum, si minor tempore iuramenti non sit certioratus de beneficio restitutionis sibi competente? Respon. in hac quest. Docto. sententia variat. Vna est illorum, qui volunt, quod debeat certiorari. Eam tenet Joan. de Imol. cap. cum causam. de empt. & vend. & in l. sciendum. ff. de ver. oblig. licet dicat op. Bart. in practica & consuetudine approbatam. Hanc dicit de iure veriore l. s. d. auth. sacramenta. & eam tenet Cardina. Clemen. penult. de empt. & vend. & ibi Anton. de Butr. dicit eam esse commu. quod verum esse potuit tempore suo. Alex. sibi contrarius d. l. sciendum.

Alia est sententia illorum, qui tradunt iuramentum firmare contractū, etiam si minor non sit certioratus, & hanc dicit esse communem Alex. in consil. 27. consil. 42. in 1. vol. consil. 132. vol. 5. Eandem firmat magis communem l. s. d. auth. sacramenta. numero 56. dicens temerarium esse ab ea velle recedere in iudicando & consulendo, & tenet Bart. d. auth. Bald. d. l. i. C. de reb. cred. Panorm. capit. 1. de empt. Archid. & Joan. Andr. capit. 2. de paet. in 6. Bart. & Angel. l. i. C. de rescind. vendit. & l. sciendum. de ver. oblig.

## Q V A E S T I O X X V I.

Q V A E R O. An curator furiosi, prodigi & simillimum definat statim ipso iure, deficiente defectu? Respo. quod sic, & est expeditum per tex. l. ff. de curat. furio. Hanc opinionem sequuntur Docto. communiter, in d. l. is cui bonis. vt refert Aldobr. s. & furiosi. numer. 20. Inst. de curat. quod verum est, dummodo constet, & notorium sit, ipsos famam mentem recuperasse, alia necessaria est sententia declaratoria secundum Doct. communiter vbi supra. dicit ramen. Rip. ibidem, quod definat cura statim ante declarationem, si probari possit ad sanitatem ipsius rediſſe, & valentacta per eum ante, & requiratur sententia non ad finitam curam, sed ad tollendam suspicionem ex interdicta administratione ortam, & ad probationem inducendam, quod & mihi placet.

## Q V A E S T I O X X V I I.

Q V A E R O. An decretum iudicis super rebus pupilli immobili bus alienandis ex falsa causa interpositum, sit nullum? Respon. Communis & recepta opinio est, quod sic, vt firmat Syluester Aldobran. s. si quis autem. numero 9. Inst. de excusat. tut. Et eam tenet Corn. consil. 132. numero 12. vol. 2. Alex. consil. 69. numero 1. vol. 3. & consil. 207. numero 7. vol. 7. Iafon. l. si ad quem. numero 15. ff. de acqui. hæred. Carol. Ruin. consil. 160. nu. 27. vol. 2. & consil. 46. nu. 3. vol. 5

## Q V A E S T I O X X V I I I.

Sed nunquid ipso iure sit nullum, vel opus sit restitutione in decreto? Respon. Communis opinio est, quod decretum sit ipso iure nullum

Ius, nec opus sit restitutio, licet secūs sit in sententia lata ex falsa causa, ita firmat Aldobran. d. s. si quis. nu. 12. & Doct. in l. iustē possit decūs de acquir. possit.

Amplia communem opinionem, ut procedat siue causa sit expressa in decreto, siue non: dummodo constet ex actis, ita tener gl. l. 2. verb. palam. C. quan. prouo. non est necel Bar. l. Seta. ff. de tuto, & curat. dat. nu. 2. Et eam opinionem dicit communem Rapha. Cum. nu. 15. nu. 6. Et Alex. con. 207. nu. 7. vol. 7.

## Q V A E S T I O     XXXIX.

Q V A E R O, An ille, qui postular tutorem vel curatorem suspe-  
ctum, teneatur se subscrivere ad poenam talionis? Respon. Communi-  
nis est opinio, quando ciuiliter agimus, ad hoc ut tutor vel curator  
suspectus declaretur, & ab administratōne submoueatur, vel alius ei  
adiungatur, non esse necessariam subscriptionem, vt firmat Dec. Ru-  
bri. ext. de iudic. Aldobr. in prin. nu. 11. Insti. de susp. tuto. vel curat.

## Q V A E S T I O     XL.

Q V A E R O, An cognitione suspecti tutoris possit delegari? Respon.  
Bar. in l. 1. §. suspecti. ff. ad Tur. pil. distinguit. Suspecti postulatio  
habet duplēcē finem. Aut scilicet ad puniendum. Et habet locum d.  
§. suspecti. Aut ad remouendum, & tunc cognitione a quolibet, & cui-  
libet potest demandari. Remotio autem quia duplex est, altera, scilicet  
quæ remouet statim, ac quis postulatur suspectus, & haec potest de-  
clarari per quemcumque, qui possit de causa cognoscere. Altera est ef-  
fectualis remotio, quæ fit per sententiam, & haec non potest delegari,  
nisi delegato prætoris vel legato proconsulis. Et hanc opinionem se-  
quuntur Doct. communiter. §. datum. num. 5. licet ipse  
videatur sentire contrarium, & reuera est passus valde dubius, ut ibi  
per eum.

## Q V A E S T I O     XLI.

Sed nunquid sola cognitione, an verò remotio quoque possit dele-  
gari? Respon. Communis est, qd cognitione suspecti tutoris mādari pos-  
sit, non autem remotio, vt firmat Aldobr. d. s. datum. num. 5. licet ipse  
videatur sentire contrarium, & reuera est passus valde dubius, ut ibi  
per eum.

## Q V A E S T I O     XLII.

Q V A E R O, Antutor vel curator teneatur de leuissima culpa?  
Respon. Communis opinio est, qd teneatur de leui culpa tantum, non  
autem leuissima, ut testatur Aldobr. d. s. suspectus autem remotus.  
nu. 12. Insti. de suspect. tut. licet gl. ibi velit contrarium. versi. ob cul-  
pam. Et eam tenet opinionem Bar. & Doct. communiter in l. qd Neu-  
ra. ff. depos.

## Q V A E S T I O     XLIII.

Q V A E R O, Magistratus, qui passus est, vel non caueri, vel mi-  
nus idonee, teneatur actione subsidiaria. §. sciendum. Insti. de factis. tu-  
quo ordine sit conueniens a pupillo, & an primō tutores & quo-  
modor? Respon. Hæc materia habet plura capita, igitur distinguendū  
est. An vñstantū sit tutor vel curator, & ille primō conueniens  
est, postea verò magistratus, item primō conueniens fideiussor tu-  
toris vel curatoris, aduersus C. de magistra. conue. & haec opinio cla-  
risima est, ut ibi per omnes Doctores.

Aut sunt plures tutores vel curatores, & omnes pariter tutelam  
vel curam gesserunt, & omnes conuenienti sunt ante magistratum. l.  
Lucius. la. 2. §. penul. ff. de administ. tutel.

Aut plures fuerint tutores, & nullus eorum gesit, & omnes con-  
ueniuntur ante magistratum, ita senti gl. l. si plures. ff. de admī. tutor.  
Cuius opinionem in hisce duobus casibus, s. quando vel omnes admi-  
nistrarunt, vel nullus, communiter approbatam dicit Aldobr. d. s.  
sciendum. nu. 27. ut scilicet omnes conueniantur ante magistratum, nec  
deretur inter eos beneficium ordinis, ita tenet Pau. de Ca. Purpu. & Do-  
ct. l. 1. C. de transact.

Hoc tamen intellige, quando omnes tutores sunt eiusdem ordi-  
nis, alias si non sint eiusdem ordinis, secūs est. l. Lucius. la. 2. §. cū in testa-  
mento. ff. de admī. tut. Ita dicit Doct. sentire communiter Aldobr. d. s.  
sciendum. nu. 29. dicit tamen ipse tex. d. l. Lucius. non esse ita generaliter  
trahendum ad diuersitatem ordinis, sed saltem intelligendū, quando  
alter tutor est testamentarius, & alter datius, ut ibi per eum num. 30.  
hanc quoq; dicit communem Alex. d. l. 1. C. de transact.

Aut aliqui gesserunt, & aliqui non, & tunc si fuit facta ditissimo per  
testatorem vel iudicem, cōuenitur primō gerens, postea magistratus,  
& hoc est expeditum per l. 2. Respon. 2. C. de diut. tutela.

## Q V A E S T I O     XLIV.

Sed quid in casib. quibus vñus pro alio tenetur, ut d. l. 2. C. de diutis-  
tit. An prius tenetur contutor, quā magistratus? Respon. C. omnis con-  
clusio est, qd sic, ut firmat Sal. d. l. 2. q. 7. Aldobr. d. s. sciendum. nu. 31.

## Q V A E S T I O     XLV.

Q V A E R O, An, si per statuta innouentur successiones, innouen-  
tur etiā tutela? Respon. vide supra, statutum.

## C A P V T     X.

### R E N V N C I A T I O.

#### S V M M A R I A.

 ILIA M renunciantem bonis paternis, extantibus ma-  
sculis, succedere fratri mortuo sine liberis, etiam in ho-  
nis paternis, vel sola, vel cum alijs fratribus & soror-  
ibus, renunciatione non obstante. q. 1.

Filia renuncians bonis paternis extantibus masculis, succedit patr si-  
ne masculis defuncto, quatenus neptem habenti ex patre tuto filio: Aliud est, si pater decebat ante filiam. q. 2.

Filia acceptra dote generaliter renunciantem bonis paternis, cū pa-  
ter, qd non velit amplius quicquam petere, non videlicet renunciasse  
legitimā. Verū petere posse supplementum legitimā, vel doris  
in vicem legitimā. Adē, ut etiam si legatum pro legitimā & hac  
conditione relictum, ne quid amplius petat, acceperit, nihilomi-  
nis recte agere possit ad supplementum. q. 3.

Filiam donec accepta etiam cum iuramento renunciantem non impe-  
diri petere supplementum legitimā. Iuramentum enim non sup-  
plere vim clausulæ specialis. q. 4.

Iuramentum quidem firmare, ac roborare actum, ut valeat omni me-  
liore modo, quo potest, non tamen extendi ad id, de quo specialis  
debet fieri mentio. ead. q.

Filiam nuptam renunciantem bonis paternis, maternis, & fraternis,  
nocere hæreditibus suis, si moriatur post eum, de cuius agitur hæ-  
reditate: Secūs si dececeritante eum, de cuius hæreditate queritur.  
quaest. 5.

Mulierem consentientem alienationi, seu obligationi rerum immo-  
bilium in donationem propter nuptias datarum, & cum iuramen-  
to renunciantem beneficio. Auth. siue à me. C. ad Senatus conf. Vel-  
leianum, non posse venire contra suum iuramentum; & si maritus  
alia bona non habeat. q. 6.

Sifurans non renunciare, postea renunciet cum iuramento, non vale-  
re secundum iuramentum: Et consequenter, ne renunciationem  
quaest. 7.

## Q V A E S T I O     I.

 V A E R O, An filia renuncians bonis paternis ex-  
tantibus masculis, succedit fratri mortuo sine libe-  
ris, etiam in bonis paternis, non obstante renunciatio-  
ne? Respon. Communiter ea approbata est sententia,  
qd possit, siue sit sola, siue cum alijs fratribus vel so-  
roribus, vt firmat Alex. & communiter Doct. in l. 1.  
§. veteres. ff. de acqui. possit. Pau. de Ca. l. Pau. responder. §. ff. ff. de acqui.  
hære. Lucas de Pen. l. 1. C. quand. & quib. quar. debet. Ball. pactum. C.  
de colla. & hanc dicit esse communem Rober. Maran. disputat. 10. nu.  
16. Postquam enim hæreditas per fratrem adita est, non amplius di-  
cuntur bona paterna, sed sunt ipsius fratriss propria, & certū est, filia  
renunciantem bonis paternis, non videlicet renunciasse bonis frateris,  
secundum Doct. in locis alleg. Et ita iudicatum esse in consilio Neapo-  
litano firmat Matth. Aſſit. decif. 178. nu. 4.

## Q V A E S T I O     II.

Q V A E R O, Nunquid talis filia quæ renunciavit bonis paternis,  
si patr decebat relicta dicta filia & nepte ex filio p̄t mortuo, non  
obstante renunciatione possit patri succedere? An verò excludatur  
per neptem? Respon. secundū communem & receptam Doct. senten-  
tiā, filiam non excludi propter renunciationem factā, existente ne-  
pte ex filio, quando filius mortuus est ante parem, quia renunciatio  
ista facta est in favore masculorum. Vnde sublata causa, existentia  
masculorum, colligit quoq; effectus renunciationis, non obstante ne-  
pte, in qua non est qualitas masculina, licet secūs sit in nepote ex filio.  
Ita tenet Bar. in liberorum ff. de verb. sign. Fulg. Alex. & Ial. in l. 2. C.  
de in ius vocā. Vbi communiter reprobatam esse dicit opinionem  
Baldi ibid. qui contrarium tenet. Eandem sententiam firmat Pau. de  
Ca. in con. 47. inc. proponitur. vol. 1. Et eam dicit communem Socy.  
in con. 296. vol. 2. col. penul. Hanc sententiam firmat Gram. decif. 63.  
per torum, vbi nu. 15. dicit opinionem Bar. esse adhærendū per mul-  
tas authoritates.

Sin verò filius superiuuit, & mortuo patre demum decebat reli-  
cta ex se filia & sorore, sine dubio soror excluditur à nepte ex quo fi-  
lio iam quæstum est ius hæreditatis, qd in filiam devoluitur, & soror  
perpetuā exclusa censemur, secundū Doct. communiter suprā alleg.

## Q V A E S T I O     III.

Q V A E R O, An filia renuncians bonis paternis, cum pacto, qd  
non velit amplius quicquam petere, videatur renunciasse legitimā?  
Respon. Licet in hoc articulo sit controverbia! Tamen crebriori calculo  
in eam itum est sententiam, filiam, quæ dotata a patre renunciavit  
Commu. op. To. 3.

bentis paternis in ampla forma de non petendo vterius quicquam non intelligi renunciare legitimam per illum generalem renunciacionem, nisi expressè stat mentio legitimæ tex. est de hoc in l. si quando. s. generaliter. & ibi omnes Doct. & in specie Bal. & Pau. de Ca. C. de inoff. testa. Gul. de Cun. Bal. & Ang. in l. de his. de transac. Alex. in cons. 69. inc. Pet. de Rodulphis. vol. 1. l. d. l. de his, afferens esse communem opinionem, & in d. l. si quando. per illum tex. vbi sub generali dispositione non comprehenditur legitima, nisi specialis de ea stat mentio, & ita iudicatur esse testatur Matth. de Affl. dec. 178. nu. 3. Eandem dicit esse communem Tho. Gram. dec. 57. nu. 26. Socy. in con. 30. vol. 1. Alex. con. 180. & seq. vol. 5. & qd ita omnes tenent Doct. firmat Marant. d. disput. 10. nu. 19. & sequitur Pau. de Ca. in cons. 73. vol. 1. & pro hac conclusione est text. in s. ceterū. vt cū de appell. cog. quem allegat ad hoc Gram. dec. 102. nu. 115.

Hæc conclusio adeo vera est, vt etiam filia, cui pater aliquid legavit pro sua legitima, cū hoc, qd nihil aliud petere possit, etiam si simpli citr acceptet illud legatum, non tamen ex hoc sibi præjudicat, quod minus possit petere supplementum legitimæ, aut cotis, loco illius, ita tener Bal. & Pau. de Ca. l. s. & Doct. d. s. generaliter. & in l. omnimo. do. C. de inoff. testa. & firmat Alex. in con. 68. vol. 1. l. d. l. de his. Alex. in con. 89. col. 5. vol. 4. Socy. in con. 1. col. 1. vol. 4. & qd ita communiter tenent Doct. dicti Maran. d. disput. 10. nu. 19. & qd etiam si pater prohibuerit filiam plus petere posse, non ramen intelligatur prohibuisse legitimam, dicit omnes Doct. ita concludere Gram. dec. 57. nu. 26.

#### Q. VÆSTIO. IIII.

Sed quid si filia renunciavit cū iuramento, runquid talis renunciatione excluditur ad legitimam? Respon. Magna est conuocatio apud Docto. in hac q. vr per Thom. Gram. in decil. 101. & seq. & in decil. 57. Tamen magis rebrori calculo in eam itum est sententiam, filiam dotaram a patre si renunciavit, virtute talis iuramentum non excludi alegitima, ita firmat Ias. in d. l. de his. ff. de transact. Ang. in s. cū autem in fin. Insti. de inoff. testa. Arc. 1. 3. si quis ita. nu. 7. ff. de verb. obl. & in l. qui superstis. ff. de acq. har. vbi talis renunciatione non extenditur ad legitimam. Guid. Pap. q. 93. Gul. Benedict. ca. Raynurius. verb. ii. codex testamento. nu. 200. de testam. Chassanæ. in consue. Burgundi. des successions. ver. limita. 6. ver. & facit pro hoc tex. & in filia dotara, etiam stante iuramento dicit hanc esse communem opinionem Boët. decil. 3. nu. 7. vol. 1. Licet enim iuramentum faciat actum valere omni meliori modo quo potest: Tamen non operatur, vt excedi possit ad id, de quo specialis mentio fieri debet, iuxta prefatos Doct. & ita iudicatur esse firmat Matth. Affl. decil. 178. nu. 3. Licet ibi tantum loquatur in simpli renunciatione, verum Doct. per eum all. gati loquuntur in iurata, ita quoq; decisum refert Guid. Pap. decil. 42. 7. & consulendo sequitur Barba. in con. 55. vol. 2. vbi subdit, qd iuramentum non supplet vim clausulæ specialis. Gram. decil. 101. nu. 6. & 89.

#### Q. VÆSTIO. V.

Q. VÆRO. Vtrum si filia nupta renunciaret bonis paternis, maternis & fraternali, ista renunciatione noceat filii suis hæredibus, quod ad hoc vt excludantur a successione? Respon. Articulus est validè dubius, vnde pro concordia distinguendū puro. Aut mater moritur post eū de cuius hæreditate queritur, & nullum est dubium, filios eius hæredes a successione excludi, ita notant omnes Docto. in l. pactum. C. de collat. & in l. qui superstis. ff. de acqui. har. vt firmat Rober. Maran. in disput. 10. nu. 40.

Aur. vero moritur ante eum, deculus hereditate agitur, & non obstat filiæ renunciatione, siue loquamus de bonis paternis, maternis, siue fraternali, & in successione bonorum paternorum dicit hanc esse magis communem opinionem Alex. in d. l. pactum. Marant. d. disput. 10. nu. 42. ex quo filij isti veniunt ad successionem propria, & non ex persona maris. Auth. cestante. C. de legit. har. ita tenet Bartol. Imo. Pau. Ca. Frane. de Aret. & communiter Doct. in l. qui superstis. ff. de acquir. har. Ideoque matris renunciatione eis obstat non deber, dummodo dos conferatur. Licet contrarium hoc casu velit Ludo. Ro. in d. l. qui superstis. ed. quia filia renunciat proper doce quam haber a patre, quo casu recipit illam in locum suæ legitimæ, & proportionis debitis, & dicit se contentam sua parte, vnde inquit esset, si filii idem bis deberi. Eandem dicit esse communem in bonis maternis & fraternali, idem Maran. d. disput. 10. nu. 13. & nu. 48. & hoc casu non habet locum ratio doctis receptæ allegata per Roma.

#### Q. VÆSTIO. VI.

Q. VÆRO. An dispositio Auth. sive à me. C. ad Velleian. habeat locum in renunciatione iurata sita, vt ea non obstante possit agere actionem hypothecarii super bonis alienatis, si maritus non habeat alia bona, ex quibus possit doce recuperare? Respon. Communior & receptior est sententia, mulierem hoc casu non posse venire contra iuramentum, ita tenent Canonistæ in c. peruenit. de empt. & ven. per c. c. contingat, de iuref. Licet contrarium velit glo. l. si qua mulier. C. ad

Velleian. quam communiter reprobata esse dicit Matth. de Affl. in decil. 311. nu. 4. Eandem sententiam firmat Alex. & Docto. in l. Ma. via. s. ff. sol. mat. Cy. & Bal. in d. Auth. sive à me.

#### Q. VÆSTIO. VII.

Q. VÆRO. Si iurans non renunciat, postea renunciet cū iuramento, An valeat secunda renunciatione? Respon. Communiter recepta est ea sententia, non valere secundum iuramentum, & per consequens secundum renunciationem, ita est gl. in c. licet mulieres de iuref. lib. 6. quam sequitur Imo. in c. cum contingat. & c. 1. de iuref. Et eam dicit communiter approbatam esse Marant. disput. 10. nu. 53. Hanc opinionem quicq; firmat Alex. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. & Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusti.

#### CAPVT XI.

#### FIDEIVSSIO.

##### SVMMARIA.

**F**IDEIVSSOREM iudicio sisti, habere & excusionis beneficium: sicuti cetera omnia, quæ fideiussoribus competunt, beneficia q. 1.

In electione actoris esse, velutne agere ad poenam in stipulatione adpositam, an ad interesse contra fideiussorem iudicio sistiendi causa datum. q. 2.

In excusione, quæ sit contra principalem, ad hoc, vt deueniatur ad fideiussorem, citandum esse ipsum fideiussorem. Agi enim de eius praefudicatio. q. 3.

Eiam pignora prius vendi debere, quam ad fideiussores veniatur. quæst. 4.

Fideiussorem beneficio excusionis renunciante, posse conueniri, etiam non excusso principali: cū quilibet auori pro se introducato possit renunciare. q. 5.

Patrem fideiubentem pro filio, conueniendum sine excusione filii, seu principialis. q. 6.

Publicaris & confilicatis omnibus bonis debitoris, conueniendum fideiussorem, non facta excusione. q. 7.

Si constet principalem debitorem non esse soluendo, conueniendum fideiussorem sine excusione principialis. q. 8.

Fideiussorem, qui cum iuramento fideiussit, conueniri posse, non facta excusione principialis. q. 9.

Mularem fideiubentem cum iuramento obligari, licet non expresse renunciare beneficio Velleiani. cad. q.

Iuramentum in actu aliquo interpositum, habere vim expressi, ead. quæst. in fin.

Fideiussorem, propterea, quod non possidet immobilia, recusari non posse, tanquam minus idoneum. q. 10.

Confessionem creditoris, cui fideiussor soluit, sufficere fideiussori, ad hoc vt agere possit contra principalem. q. 11.

#### Q. VÆSTIO. I.

**F**IDEIVSSOR. An fideiussor de iudicio sisti habeat beneficium excusionis? Respon. Gul. de Cun. in l. 2. s. si quis ex his. videtur tenere qd sic, dicit enim qd fideiussor de iudicio sisti, habeat omnia beneficia fideiussoribus competency, ergo & per consequens beneficium excusionis. Idem tenet Bald. d. s. si quis. & sequuntur ibi Pau. Castren. Alex. & Ias. nu. 7. Ro. 6. Eandem opinionem tenet Io. Fab. s. sed hodie. Insti. de satiad. vbi dicit qd quando principalis est præsens & soluendo, tunc non potest agi contra fideiussore de iudicio sisti, secus si esset absens principalis, vel alia non extarent bona. Eam dicit esse communem Roder. Suarer. z. 1. 2. tit. de los emplazamientos. lib. 2. for. l. in s. quæritur vterius. nu. 1. 2. & 3. fol. 187.

#### Q. VÆSTIO. II.

Q. VÆRO. An fideiussor de iudicio sisti ultra poenam, si ea est apposita, teneatur etiam ad interesse partis Pau. de Ca. in l. 2. s. in fideiussorem, existimat, fideiussorem de iudicio sisti ad certam quantitatē non teneri ad aliud interesse. Contrariam vero opinionem tenet gl. in l. fi. s. si quis in ius vocat, non terit. Et hanc communiter approbatam esse dicit Matth. de Affl. decil. Neapol. 134. in 1. & tener Ias. d. l. 2. reproba ta op. Pau. de Ca. ibi. Eandem opinionem tenet Alex. in addi. ad Bar. in d. l. fi. vbi dicit id adeo verum esse, vt procedat etiam si interesse excederet poenam per glor. ibi. Et ibi Pau. de Ca. dicens esse in electione actoris, an velut agere ad interesse vel ad poenam.

Notissimi iuris est fideiussorem ante principalem conueniri regulariter non posse, vt est text. in Auth. præsente. C. de fideiuss. Auth. hoc ita, si debitor. C. de pign. ibi Bar. & Docto. Abb. in c. peruenit. ibi Docto. de fideiuss.

Q. VÆ

## Q VÆSTIO III.

Sed quæro, An in excusione, quæ fit contra principale, ad hoc ut deueniatur contra fideiussorē, citari debeat ipse fideiussor? Respon. Bar. in l. decem. nu. 4. ff. de verb. obl. tenet q̄ sic. & licet in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. teneat, q̄ sufficiat generalis citatio: tamen contraria opinio, q̄ scilicet nominati citari debeat fideiussores, ex quo de illorum prædictio agitur, approbat, & eam tenet Bal. Ang. & Pau. de Ca. in d.l. de vnoquoq. & l. nam ita diuis. & ibi Alex. quoq; in l. de vnoquoq. & Hipp. nu. 73. Alex. in con. 156. nu. 4. vol. 2. & con. 86. nu. 3. Hanc opinionem communem & verisimilam esse firmat expreſſe Claud. de Seyfello. in d.l. decem. nu. 16. ff. de verbo. oblig. l. s. nequit. quam. s. vbi decretum. nu. 36. ff. de offi. proconf.

## Q VÆSTIO IV.

QVÆRO, Quid si creditor habeat pignus, An nō obſtante pi- gnore poſſit conueniri fideiussorē? Respon. gl. Auth. si quis igitur. ver. ſum. colla. tener q̄ creditor potest agere contra fideiussorē, non obſtan- te, q̄ habeat pignus. Hanc opinionem gloſſa. ſequitur Bal. l. inter eos. 6. creditor. ff. de fideiuss. quando incontinent & d. facili vendi poreſt, alia prius debet vendi, & tenet Anch. c. peruenit. eod. vt Cy. d. Auth. preſente.

Contrariam opinionē, q̄ scilicet in diſtincte debet vendi pignus, & ſi non reperiatur empator, debet pignus aſtimari, & adjudicari cre- ditori in ſolūtum, iuxta aſtimationem arbitrio iudicis facienda, te- net Cardi. d.c. peruenit. Et ibi lmo. dicit eam eſſe commūne & verio- rem. Eandem opin. tenet Vitalis de Cambanis in tracta. clausularum, clausula finali, nu. 2. in ſi. Barba. d.c. peruenit. nu. 9.

## Q VÆSTIO V.

QVÆRO, Quid si fideiussor renunciat beneficio excusione? Respon. gl. in d.l. Auth. de fideiuss. ſi quis igitur. ver. accedit. expreſſe tenet, q̄ hoc caſu, etiam non excuso principali, poſſit conueniri, cūm quilibet fauori pro ſe introducto poſſit renunciare. Eandem opinionē tenet Bald. d. Auth. preſente. nu. 6. Cor. con. 11. nu. 8. vol. 1. Hip. in rub. de fideiuss. nu. 1. Spec. tit. de renun. ſi. ver. viſo de beneficio. Barba. d.c. peruenit. nu. 5. & 6. de fideiuss. Hanc opinionē dicit eſſe commūne Amedeus de Castel. in tract. de ſyndicatu. nu. 208. Steph. Ber. con. 244. nu. 2. lib. 2. primæ impreſſionis. Cur. Se. con. 6. nu. 1. phil. Decl. ſi. nu. 20. ff. ſi cer. pet. Hiero. Grat. con. 136. vol. 4. nu. 1.

## Q VÆSTIO VI.

Contrarium tamen opinionem, quod si moræ purgatio non sit sublata, tenet Alex. Imo. & Lud. Roma. in d. l. si insulam. Eandem tenet S. cyn. in con. 199. incip. in causa. Et eam dicit esse communis Romuleus. d. tract. par. penult. nu. 163. statuta enim debent intelligi, ne quis inde his de dannum patiatur secundum communem & receptam Doct. opinionem, vt testatur Ias. l. fin. §. in computatione. numero 12. C. de iur. re delib.

Prædicta conclusio tamen, quod mora possit purgari, procedit, ita demum, si creditoris non inter sit, vt quia non sit pallas damnum ex disputatione facta, ita tenet Bar. & Ias. nu. 11. alij que omnes in d. l. si insulam, & est ab omnibus recepta opinio vt testatur Romul. d. tract. par. penult. nu. 185. Cum enim purgatio moræ fundetur ex aequitate, non debet in præjudicium creditoris, qui damnum ex mora passus est, concedi.

## QVÆSTIO XVII.

Sed quæro. Si in promissione poenæ accedit iuramentum de non contraveniendo, nuncquid daretur moræ purgatio? Respon. Communis Doct. opinio est, quod non, vt testatur Alex. & Ias. nu. 35. d. l. si insulam. Iuramentum enim habet vim litis contestationis, post quam non admittitur purgatio moræ. d. l. si insulam. Præterea in oblationibus facti iuramentum præcisè obligat ad faciendum, vt non succedat oblationis ad interest, vt tenet Roma. Alex. & Doct. communiter per gl. in fulgurem in l. si pecuniam, ver. necesse. ff. de cond. ob. cau. quam communiter approbatam dicit Ias. in d. l. si insulam. nu. 35.

## QVÆSTIO XVIII.

QVÆRO, An purgatio moræ concedatur in contractibus conventionalibus, in quibus est expressa poena & dies? Respon. Diversæ sunt opiniones in hoc articulo. Quidam voluerunt moræ purgationem non denegari, hanc opinionem tenet Petri de Bella pert. d. l. si insulam. Andrag. de Pisis. Ang. Roma. & Fulgo. alij que plures relati per Alex. & Ias. nu. 15. & seq. d. l. si insulam.

Contrarium opinionem tenet ibi Dyn. Bar. & reliqui, & gl. d. l. eti postres. ff. si quis cauit. Et hanc dicit esse communem Alex. & Ias. nu. 15. d. l. si insulam. Existimò tamen communis opinio intelligentiam esse, vt generetur moræ purgatio post longum tempus. Secus si post modicum tempus debitor vel sit moram purgare, quia hoc ei concedi debet, non obstante quod dies & poena sit apposita, de quo text. est expressus, cap. porut. ext. locati. & ita procedat opinio contraria. Quando autem si modicum vel longum tempus, arbitrio iugicis relinquitur,

Limita quoque communem, vt non procedat, quando dies est expressa incerta, vt promitto sub poena, quod Tertius rati habebit, cum erit legitimæ gratia. Hanc opinionem tenet Bald. & Saly. l. si pacto quo poena. C. de pact. Alex. d. l. si insulam, ibi Bar. Et eam dicit communis.

ter recepta idem Alex. in l. quoties in diem, ff. de verb. oblig. Quando enim dies incerta est, debitor admonendus est ad hoc, vt in mora constituantur, quod secus est, quando dies est certa. Ideoque imputari non debet debitori, propter diei certitudinem.

## QVÆSTIO XIX.

QVÆRO, An mora purgari possit, quando executio facta est ipso iure a legge, vel ab homine? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quod non, vt testatur Romul. d. tract. moræ. dicens omnes Doct. ita tenere in d. l. si insulam. Eandem tenet Calca. consil. 16. col. 10. Crauet. con. 166. & probatur expresso tex. l. si is cuius de leg. 2. Eandem dicit esse communem Ias. l. si quis major, nu. 26. el. 2. C. de transact.

## QVÆSTIO XX.

QVÆRO, An admittatur purgatio moræ, si adiecta sit clausula, rato manente pacto? Respon. ista est quæstio difficultis. Petrus de Bellapert. quem sequitur in d. l. si insulam. & d. l. si pacto, tener, quod moræ purgatio non concedatur. Eandem tenet Saly. ibi. q. 18. Ang. ibi contrarius d. l. si post tres dies, & ibi Fulg. Eandem in puncto iuris ibi magis placere dicit Ias. d. l. si insulam. nu. 28.

Contrarium opinionem, q. si talis clausula non impediat moræ purgationem tenet Bart. in d. l. si insulam. & ibi Ang. Imo. Cuma. Paul. de Cast. & Alex. qui communem dicit. Ang. l. cum stipulatus sum mihi ff. de verb. oblig. Eandem dicit esse communem Crot. d. l. si insulam. nu. 60. Namque effectus huius clausula non est, q. moræ purgatio denegatur, sed vt promittens pareat promissioni, & vt poena & fores finali peti possint, quod de iure alias non conceditur.

## QVÆSTIO XXI.

QVÆRO, Quamdiu concedatur moræ purgatio? Respon. vsque ad iudicium, siue litis contestationem cōcedi moræ purgationem, post iudicium vero accepturn denegari, hoc est expeditum per tex. d. l. si insulam, ibi Bar. Ias. nu. 8. & 24. & Doct. communiter.

Limita haec communem, vt non procedat in stipulatione dictato solvendo, quæ continet clausulam de defendendo. Namque ibi admittitur moræ purgatio post item contestatum, vsque ad iuramentum, ita tenet Bar. d. l. si insulam. & ibi dicit eam communem Ias. nu. 25.

Ireni limita communem, vt procedat, quando mora præcessit item contestatum, secus si in ipsa litis contestatione, vel post contrahamus, quia tunc purgatio conceditur vsque ad sententiam, ita probat texus in l. si maior. el. 1. C. de transact. vbi facta transactione post item contestatum super actione principali, promittens si fuit in mora, potest solvere promissum in transactione vsque ad sententiam, & si prugare mora. Hac opinionem tenet Bar. Ang. Imo. Cuma. Alex. Ias. & Doct. in d. l. si insulam. Bar. & Ang. l. qui fide. ff. de transact. Bart. in d. l. si maior, & ibi Ias. dicit eam esse communem. nu. 3. Licer contrarium tenet Lud. Rom. d. l. si insulam. Fulg. in d. l. qui fide. Pau. de Cast. in d. l. si maior.

## QVÆSTIO XXII.

QVÆRO, An nouatio purget moram præcedentem? Respon. q. sic, vt est text. expressus in l. scire debemus, ibi Bart. Ias. num. 4. & Doct. communiter. ff. de verb. oblig. vt testatur Romulus. d. tract. de mora. 4. part. num. 156. Quod tamen intellige secundum Doctor. ibi, si res exeat, ita quod oblatio fieri possit, & per consequens mora purgari.

## QVÆSTIO XXIII.

QVÆRO, An stipulatio inutilis vel nulla purget moram præcedentem? Resp. quod non, & est communis opinio, vt testatur Ias. d. l. scire debemus §. fin. num. 6. & 7. licer contrarium tenet Raph. Cuma. Per actum enim nullum non potest sequi actus validus.

## QVÆSTIO XXIII.

QVERO. Vrum emphyreuta, qui cessavit in solutione canonis, posset moram purgare? Respon. In emphyreuta ecclæsi nulla est dubitatio apud Doct. quin moram posset purgare infra modicum tempus, vt est textus expressus in c. porut. ext. locati. Sed in emphyreuta priuato magna est disputatio, vt per Ias. in l. 2. num. 73. C. de iure emphy. Communis tamen & crebrior sententia est, dispositionem d. c. porut. non habere locum in priuato emphyreuta, vt testatur Fran. Ripa. d. l. si insulam. num. 3. quam etiam tenet Ias. vbi supra. Mjhi ram semper placuit opinio contraria, cum de iure Civili hic casu clare decisus non sit, quo casu recurratur ad dispositionem iuris Canonici, & hoc maximè in hac materia nostra purgationis moræ, quæ ex aequitate descendit, cui maximè innititur ius Canonicum. Ad contraria opinionis omnia fundamenta facilius est responso, non denegari moræ purgationem infra modicum tempus, vt part. expressæ in d. c. porut. & l. sed eti post tres ff. si quis cauit.

## QVÆSTIO XXV.

Sed quæro, Quando dicatur infra modicum tempus fieri? Resp. quod istud relinquimus iudicis arbitrio, & hæc est communis opinio, vt testatur Fran. Rip. d. l. si insulam. nu. 35. Deo. in consil. 139. nu. 7.

QVAEST.

## QVÆSTIO XXVI.

**QVAERO**, An idem descendit in vasallo, & in vasallus non petens invenituram infra diem & annum, quo casu cadit à iure feudi, possit moram purgare? **Respon.** In hac q. Doct. sententijs varijs. Una est illorum, qui volunt moram purgari non posse, & hanc tenet expressè Bal. c. 1. quo tempore miles. in v. sib. feud. & ibi Aluarot. Mart. Lauden. idem Aluarot. c. 1. quæ sit pri. caus. benef. amittit. Iacob. de S. Geor. in tract. feud. ver. qui idem. nu. 37. vbi dicit, quod hanc sententiam sequuntur caeteri Doct.

Contraria opiniōnē tenet Iacob. Artizo. in sum. tit. quib. mod. feud. amittit, per d. c. potuit. Et hanc dicit & aequorem esse Præpos. d. c. 1. quæ fuit pri. cau. idemque Bald. d. c. 1. quo tempore mil. Eadem sententia dicit veriore est, & aequorem, iustam & rationabile Matth. de Afflīct. d. c. 1. quæ fuit pri. cau. Et eam tenet Socy. con. 115. nu. 21. lib. 2. Et haec sententia mihi magis placet, & si casus mihi continget, ita consilere & iudicare. præterim cum hoc de iure feudorum non sit dictum, quo casu recurratur ad ius Romanorum, & certum est, de iure communis semper concedi morae purgationem infra modicum tēpus. Et facile per hoc responderi potest ad fundamenta contraria Baldi, ut patet in præced. q. maximē, cūm ex causa non petitæ renouationis invenitur vasallus non cadat ipso iure a feudo, sed requiratur sententia declaratoria secundum magis communem & receptam Doct. opiniōnē, vt testatur Socy. Jun. con. 115. nu. 21. lib. 2. Non tamen placet mihi sententia Matth. de Afflīct. & Socy. qui vasallo concedunt tēpus usque ad item contestatam, quod iniquum est, sed infra modicū tempus non denegari existimat, ut supra dictum est.

## QVÆSTIO XXVII.

**QVAERO**, An minor conuentus ex contractu paterno restitutus aduersus moram contractam per ipsum extuta ignorantia? **Respon.** quod sic, sicut etiam maiores ex clausula generali restituti consueunt. Ita tenet Speculator tit. de loca. s. nunc aliqua. 15. & 16. q. quem se querit post relatas omnium opiniones Ias. l. 2. C. de iure emphit. Et hanc dicit communem opiniōnē Gram. decis. 52. nu. 5. cum pluribus per eum alleg.

## CAPVT II.

## FEVDVM.

## S V M M A R I A.

**I**BRVM feudorum esse authenticum, ita ut possit ad decidendas causas allegari. q. 1. Iura feudorum extendi etiam ad personas ecclesiasticas. quæst. 2. Feudum esse contractum nominatum. q. 3. Feudum, licet nouum sit, si tamen conferatur tanquam feendum antiquum, paternum, autiū, vel proautiū, assumere naturam & qualitatem feudi antiqui. & c. q. 4. Prælatum posse res ecclesiasticas, antiquitas in feendum dari solitas, concedere in feendum, tam consanguineis & affinibus suis, quam extraneis. q. 5. Vasallum cessantem per triennium à solutione pensionis, feudo non priuari. q. 6. Inveniturum præsumti ex sola possessione annali. q. 7. Bona feud. in generali omnium bonorum obligatione non venire. Item feuda nec generaliter, nec specialiter, nec tacite, nec expresse obligari posse. q. 8. Monachum succedere in feudo, & retinere feendum, cuius natura sit talis, ut seruitum pro eo debitum aequè præstari possit per monasterium, ac poterat per ipsum vasallum quod tamen ita accipiens, scilicet, non quod ad dominium & perpetui, sed quod ad commoditates, & ad dies virtus vasalli, seu quod ad vitium fructum. q. 9. Feudum non posse alienari à vasallo, sine consensu domini. q. 10. Feudum alienatum non præscribi, etiam longissimo tempore. ibid. s. amplia. Partem feudi alienatam amitti, & reuerti ad dominum, partem non alienatam non amitti. q. 11. Feudum in dotem dari non posse sine consensu domini. q. 12. Feudum non posse a Vasallo locari ad longum tempus. Et quæ sit huius ratio. q. 13. In locatione feudi, longum tempus, dicit spaciū decem annorum. quæst. 14. Feudum pignori vel hypothetæ dari non posse sine consensu domini. q. 15. Alienantem priuari feudo, ipso iure. q. 16. Alienans, hoc modo, saluo & referuaro cōsensu domini, nihilominus

priuatur. Nisi alienauerit haec conditione, non aliter, nec alio modo. q. 17.

Vasallum, feudo post alienationem recuperaro, non euitare peccatum priuationis. Nisi traditione possessionis nondum secura. q. 18.

Vasallum alienante in feendum propter necessitatem aliquam, non excusari. q. 19.

Vasallum posse alium de feudo subinfeudare. q. 20.

Feendum alienatum a vasallo, sine consensu filiorum, vel agnatorum, posse ab ipsis reuocari. q. 21.

Feendum à vasallo alienatum, reuocari posse à filiis & agnatis, etiā post alienationem factam conceptis & natis, siue alienatio facta sit in extraneum, siue etiam in agnatum remotorem. q. 22.

Feendum a vasallo alienatum in unum aliquem, ex pluribus agnavis par gradu distantibus, pro parte debita & aequali, reuocari à cæris aequo proximis. q. 23.

Feendum reuocari ab agnatis, indistincte, siue alienatum sit legitimè, si ue illegitimè. q. 24.

Filiū, vel agnatum, etiam hæredem alienatoris existentem, feendum, sine consensu suo alienatum posse repetere, si sit ex pacto & prout dentia. Idemque esse in feudo hereditario illegitimè alienato. q. 25.

Feendum hæreditarium mixtum, id est, pro se & filiis & hæreditibus receptum, ad hæreditatem cum beneficio inveniari reuocari posse. Atqui aliud esse in feudo simpliciter & merè hæreditario. Hic enim nec concessionem qui dem inveniari, aliquid prodefit. ibid.

Concessionem inveniari conservare audenti omnia Iura sua & actiones, perinde ac si non adiuvaret. ibid.

## QVÆSTIO I.

**Q**VAERO, An liber feudorum sit Authenticus. ita quod possit allegari ad decadentias causas in iudicijs? **Respon.** quod sic, quod ad leges imperatorum, quæ continentur in isto libro. Sed dubium est, quod ad decisiones cōsilliorum Oberti & Gerardi, quorum authoritas cūm sit probabilis tanum, nec conferre eos auctoritatem legis condendat habuisse, dicendum videtur, illas decisiones legum vigorem non oblinere. Communis tamen opinio in contrarium viget, quod scilicet totus liber sit authenticus, ut firmat Alber. de Rofar. in report. iur. Cano. verb. feendum. Ias. in prælud. feud. q. 1. Eadem dicit communem idem Alber. in l. de quibus ff. de leg. Iaco. de Belis. c. 1. s. si de his qui feu. dare possit. Vbi dicit quod ita tenent omnes Doct. tam citramontani, quam vltra montani. & Glo. tam iuriis ciuijiss quam Canonici. Pro qua opt. facit, quod iste liber fuit observatus pro authenticō tanto tempore, cuius in contrarium non extat memoria, quod tempus haber vīa constituti & priuilegijs.

## QVÆSTIO II.

Sed nunquid extendatur illa iura feudorum etiam ad personas ecclesiasticas? **Respon.** Communis & recepta Doct. opinio est, quod sic, ut latè firmat Ias. in prælud. nu. 5. Marant. in Spec. 3. par. nu. 93. Mart. Laud. in procem. feud. Bal. c. cæterū, de fudi. Aluarot. c. 1. in prin. de his qui feu. dare.

## QVÆSTIO III.

**Q**VAERO, An feendum sit contractus nominatus? **Respon.** Bal. l. 8. q. 1. C. quan. l. sec. ab ep. tenet, quod si contractus innominatus, ex quo non paritacionem nominatam secundum nomen contractus, sed vel conditionem exl. vel consuetudine, idem tenet in rubr. C. de permis. Contrarium tenet Bar. in Iuris gentium. s. quinimodo. ff. de pact. cuius sententiam communī calculo approbatam esse firmat Ias. l. 2. nu. 34. C. de iure emphit. Curt. in tract. feud. par. 1. q. 9.

## QVÆSTIO IIII.

**Q**VAERO, Si in investitura dicatur, feudi noui, quod sit, vel cōferatur tanquam feendum antiquum, paternum, autiū, vel proautiū. An feendum quod est nouum, assumat naturam & qualitatē feudi antiqui? **Respon.** Diuersa sunt sententiae. Namq; alii qui existimant tale feendum non assumere naturam, & qualitatē feudi antiqui. Oldrad. in conf. 177. incip. factum tale est, quidam nobilis, & ita determinatum esse firmat Alb. de Rofar. in suo dictionario. verb. nouum.

Alij vero contra censuerunt, & illorum opinio crebriori calculo approbata est, vr dicit Ias. in prælud. feud. nu. 90. & ita tenet Bal. c. 1. de aliena. feud. pat. & in c. 1. An agnatus. Aluarot. c. 1. de vasal. decrep.

## QVÆSTIO V.

**Q**VAERO, An prælatus possit res ecclesiasticas in feundo cōcedere? **Respon.** licet Doct. varie loquitur sibi. Tamen communior & verior est sententia, quod prælatus possit infeudare rem antiquitatem solitam in feudatione, non solū extraneis, sed etiam consanguineis suis, & affinib.

affinisbus. Ita tenet Bald. I. 1. de rer. dñissio. q. 25. debet enim fauorabilius esse suis, quia non extraneis, dummodo non sit suscipio, qui possit ecclesie per hoc deterius reddatur. Eandem sententiam firmat Aluar. c. i. si de intest. inter dom. & vas. lis oria. ex quo enim non laeditur ecclesia cum consanguineus capiat eisdem conditionibus, quibus ex traneus, cur hoc fieri prohibetur? Fred. de Sen. in con. 152. incip. qui dñm prælator. A b. c. vt super. de reb. eccl. non alien. & haec est communior opinio, vt firmat Ias. prælud. feud. num. 19. Zaf. de feud. parte quinta, quar. conclu.

## QVÆSTIO VI.

QVAERO, An vasallus cessans per triennium a solutione pensionis priuetur feudo? Respon. Quidam existimat quod debeat priuari, sicut emphyteuta, Mart. Lauden. c. ad apostolicæ de re iud. Alij vero contra, & haec est magis communis sententia, vt dicit Ias. prælud. feud. nu. 59. 60. & 62. Alex. con. 9. lib. 3. vñso themate suprascripto. Et dicit de iure vioreum Gem. d. c. ad apostolicæ.

## QVÆSTIO VII.

QVAERO. Vtrum ex sola possessione annali præsumatur inuestitura? Respon. quod sic etiam non accedentibus alijs administriculis secundum communem ac receptam Doct. sententiam. tex. est in c. i. §. fin. si de inuest. inter domi. & valal. lis oriat. Et tenet Aluar. & Præpos. c. i. §. si quis per triginta. si de seu. defunct. Franc. Balb. tract. de præscrip. 4. par. 4. par. prín. 12. q. prín. q. 1. nume. 2. vbi communem asserit. Eadem dicit communem Ludo. Schrader. con. 32. nu. 7. 4. inter cōjuriscon. Germa.

## QVÆSTIO VIII.

QVAERO, An in generali bonorum obligatione veniant bona feudalia? Respon. Communis & recepta Doct. sententia est, quod feuda nec generaliter, nec specialiter, nec tacite, nec expressè obligari possit, vt attestatur Ripa. l. obligatione. nu. 36. ff. de pignor. Et haec opinione tenet Saly. c. fin. C. de iure emphy. Alex. l. cōstātē. in prin. q. 3. ff. solut. matr. & in con. 21. nu. 1. & 2. vol. 6. Eadem tenet Matth. de Affl. in cōsūt. Neapol. lib. 3. Rub. 5. Et eam dicit esse communem Paulatios Ruu. Rep. c. per vestras. q. 30. ampl. 7. de donat. Inter vir. & vxor. Tiraq. de vtroque retrac. titulo. de retractu linagier. §. 1. gl. 3. nu. 5. Licit contrarium tenet Bart. d. l. si constante. nu. 33. cuius opinio communiter in hoc reprobatur.

## QVÆSTIO IX.

QVAERO, An clericus seu monachus succedit in feudo, seu feendum resire posset? Respon. Doc. In hoc punto sunt vari. Pro habenda igitur veritate cōcludo. Quod si feendum est talis naturæ, quod seruitum pro eo debitum æquè præstari possit per monasterium sicut poterat per ipsum Vasallum, vt quia seruitus est reale, vel etiam personale, quod tamen honeste vel per se vel substitutum, si impedimentum interuenient, præstare monasterium poterit, tunc succedit monasterium, alias fectus. Hanc dicit esse communem opinionem Cardin. Alex. in c. i. §. & quia. & ibi Lauden. Iacob. d. S. Georg. in tract. suo feud. verb. & quibuscumque hæredibus. Eandem dicit esse communem Capy. allegans Arét. in decil. 31. nu. 2. Saly. in auth. ingressi. C. de sacro sancte eccl. Matthe. de Affl. decil. 320. nu. 2. & 3. vbi refert idem firmare loan. Andræ. in addit. ad Specul. in tit. de statu. mona. §. 1. & Alex. cōsūt. 10. incip. vñso instrumeto. Fel. in c. in præsentia de probat. Et eam tenet Calderin. in con. 12. Bal. in auth. nisi rog. ut. C. ad Trebel. Ant. de Butr. & Archid. c. si mulier. 19. q. vlt. Vbi omnes volunt iuxta hanc distinctionem intelligendos esse textus contrarios. videlicet. c. i. §. qui clericus. si de feud. fuer. controuer. c. i. de milit. vasal. qui ar. bel. c. i. an mut. vel surd.

Prædicta communis conclusio limitatur etiam, vt procedat, nō quod ad feendum perpetuo, eliusque dominum retinendum, sed tantum ad hoc, vt monasterium habeat illud, quo ad commoditates durante feudatarii vita. Ita tenet Bald. in d. cap. 1. de milit. vasal. quem sequitur Alex. in d. cōsūt. 10. vol. 5. & in hoc nemo est qui contradicat, vt firmat Capy. d. decis. io. nu. 10.

## QVÆSTIO X.

QVAERO, An vasallus possit feendum alienare sine consensu dominii? Respon. quod non, & est expeditum per tex. in c. imperiale. de prohib. alienari. per Frider. & ibi Doct. tenent communiter. Zaf. in con. 15. nu. 11. & 16. vol. 2. Carol. Mol. in cōsūt. Paris. §. 13. 5. gl. nu. 1. & seq. Mar. Mans. in con. 223.

Amplia hanc communem, quod adeo vera sit, vt talis alienatio etiam longissimo tempore non possit præscribi. Ita tenet Andr. de Iser. d. c. imperiale. verbo nullius temporis præscriptionem. quem sequuntur ibi Doct. communiter. vt firmat Maria. Soc. Junior, cōsūt. 11. nu. 4. vol. 1. Card. Parisius cōsūt. 2. nu. 185. vol. 1. Eandem dicit eam communem Matthæ. de Affl. d. c. imperiale. nu. 224. & tam tenet Bart. Socy. con. 86. nu. 8. vol. 1.

## QVÆSTIO XI.

QVAERO, An procedat etiam in parte feudi? Respon. Communis recepta Doct. opinio est, quod si pars alienetur, pro illa parte perdatur feudum & revertatur ad dominum. Ita probat textus. d. c. imperiale. & eam tenet Matthæ. de Affl. ibi. nu. 28. Bald. c. i. §. hoc quo que. nu. 13. de suec. feud. & communem dicit Tho. Gram. decis. 49. nu. 2. And. Tiraq. l. fin. quam. verb. omnia. nu. 14. C. de reuo. donat Paul. Paris. cons. 14. num. 2. vo. 1.

## QVÆSTIO XII.

QVAERO, An possit in dotem dare sine consensu dominii? Respon. quod non. de hoc est textus in c. i. §. donare. qualit. olim feud. & ita tenet Soc. in cōsūt. 19. nu. 13. vol. 1. Maria. Soc. Jun. cōsūt. 72. nu. 7. 4. vol. 1. Ias. l. fin. nu. 109. C. detur. emphy. Hanc dicit esse communem op. Sigism. Goffred. con. 52. nu. 6. Jacob. de Leonardi. con. 114. nume. 86. inter cōsūt. Bruni. Et eam tenet Paul. Paris. cons. 16. nu. 31. & cōsūt. 4. nu. 47. vol. 1. Bald. d. §. donare.

## QVÆSTIO XIII.

QVAERO, An feudatarius possit rem feudalem locare ad longum tempus? Respon. q. non, ita tenet Matthæ. de Affl. d. c. imperiale. nu. 61. Ias. d. l. fin. nu. 112. Paris. de Put. lib. de integræ feudi. c. a. possit reuocari locatio. fol. 140. Curt. Iur. in tract. feud. 4. part. vlt. cau. amis. feud. reg. q. 3. Vbi afferunt hanc esse communem & receptam Den. sententiam. Locatio enim ad longum tempus parum distat ab alienatione, & idem prohibita alienatione, censetur etiam prohibita locatio ad longum tempus. Ratio, quia in locatione conductor dicitur natura liter polsiderere, & habet vnde dominium in re conducta.

## QVÆSTIO XIII I.

Quando autem dicatur longum tempus, dicit gl. magna. l. si vicer. t. d. si duobus. ff. commod. l. si quis anteag. gl. 3. ff. de acqui. possit. l. quo. ro. §. inter locatorem. ver. biennij. ff. locat. quod sit spaciū decim annorum. quas glo. sequitur Bart. l. i. §. ff. de superf. Ang. & Imo. l. fidus. mus. §. fin. ff. de leg. i. Ias. l. manumissiones. nu. 7. ff. de iust. & iur. Fel. q. quæ in ecclesiast. nu. 86. de cōf. Matth. de Affl. tract. detur. prot. in 8. not. nume. 25. Vbi dicit communiter reprobatur gl. in I. Codicillis. §. in cōstituta. ff. de leg. 3. que tenet cōtrariū. Nicol. Boë. decis. 225. And. Barbat. rep. Rub. de reb. eccl. salte. 4. chart. Fr. Zaharri. & ibi Lapus. allegat. 31. Clement. i. post gl. ibi. de rebus eccl. non alienan.

## QVÆSTIO X V.

QVAERO, An supradicta etiam procedant in pignoribus & hypothecis? Respon. quod sic, non enim potest feendum pignorari, nec hypothecari sine consensu dominii. Ita probat textus in d. c. imperiale. ibi pignorare. c. i. §. item si quis. quib. mo. feud. amittit. Ei hanc opinionem tenet Aug. Bero. decis. 94. nu. 11. Chasianæ. in confuer. Burg. tit. des fierz. Reg. 3. §. 8. nu. 11. fo. 118. Soc. con. 19. nu. 12. vol. 1. Vbi dicit hanc esse communem op. i.

## QVÆSTIO XVI.

QVAERO, An alienans priuetur feudo ipso iure, an vero requiratur sententia? Respon. quod amittat feendum ipso iure. Ita est textus in c. i. §. si vasallus. quæ sit pri. cau. benef. amittit. Hanc opinionem tenet Hiero. Grat. con. 9. nu. 13. 4. vol. 1. Ias. l. fin. num. 103. & seq. C. de tur. emphy. Alber. Bru. cōsūt. 8. nu. 6. Carol. Molinae. in confuer. Paris. feud. §. 30. nu. 27. Vbi dicit hanc esse communem & verissimam sententiam. Paris. de Put. in trad. integr. feudi. c. an ipso iure perdatur feud. Fel. c. Rodulphus. nu. 36. de rescript.

## QVÆSTIO XVII.

QVAERO, Quid si alienus saluo & referuato consensu dominii an nihilominus priuetur? Respon. quod sic, nec operatur quicquam ista referuatio, quia factum est contrarium protestationi. Ita tenet Bald. vñca. 16. q. de his quæ pe. Abb. c. 2. de feud. Et hanc dicit communiter approbarat opinionem Ias. l. non soldam. §. morte. numer. 35. ff. de no. oper. nun.

Limita tamen hanc communem, nisi dicatur in alienationis instrumento, non aliter nec alio modo! Namque talis reservatio conservat ius, & facit ne amittat feendum, quia perinde est, ac si domino esset denunciatum, & eius consensus interuenisset. Ita tenet Alber. de Rosat. l. fin. C. de tur. emphy. Bald. c. i. §. hæc quoque de succ. feud. Aluar. d. c. imperiale. Ratio diversitatis, quia hoc secundo casu alienatio tota est conditionalis, & nihil ponit in esse, itaque domino non consentiente, non dicitur alienare, ex quo deficit conditio. Quod non est in primo casu. Ita est de mente Andr. de Iser. d. c. imperiale, §. scriba. Hanc dicit esse communem opinionem Ias. Rubr. 2. lectu. nume. 25. ff. solut. matr.

## QVÆ.

## QVÆSTIO XVIII.

QVAERO, Nunquid feudatarius si post alienationem recuperatur feudum, evit pœnam privationis? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quod non. De quo est text. in c. i. quid fieri sit si vasallus postaliter factus & ibi Doct. tenetur communiter, ut testatur Pet. à Duen. in tract. regula. reg. 40. ampli. 13. Tiraq. in tract. de iure constit. 2. par. ampliat. 26. numer. 1. Curt. Jun. tract. feud. 4. part. numer. 13. Intelligunt tamen prædicti Doct. hanc opinionem procedere, quando Vasallus recuperaverit feudum postquam fuit traditum, secus si recuperatur ante traditionem possessionis factam, quia tunc excusat.

## QVÆSTIO XIX.

QVAERO, Nunquid excusat vasallus, si aliener feudum propter aliquam necessitatem? Respon. quod non, ita tener Bal. c. i. in præterea olim feud. poterat alie. & ibi communiter sequuntur Doct. ut testatur Pet. à Duen. d. reg. 40. ampliat. 14. & sequitur Curt. Jun. in tract. feud. 4. part. numer. 107.

## QVÆSTIO XX.

QVAERO, An vnius vasallus possit alium vasallum infideare de feudo, quod ipse habet & recognoscit a domino? Respon. quod sic. Ita tenet glo communiter approbata in c. i. §. præterea de capitulo Corradi. ut testatur idem Duennas. d. reg. 40. limitat. 1. Eadem opinionem tenet glo. & ibi omnes Doct. d. c. imperiale. & tenet & sequitur Ioan. Scaramp. in consil. 111. numer. 1. inter consil. Bruni Gozad. con fil. 62. numero. 5. Et eam dicit esse communem Curt. d. tract. feud. 4. par. numero. 83.

## QVÆSTIO XXI.

QVAERO, An feudum a vasallo sine consenti agnatorum alienatum per agnatos repeti possit? Respon. quod sic, ita probat tex. expressus in c. i. §. Titius filios. si de feudo defuncti contem.

Amplia hanc communem, ut non tantum per agnatos, sed etiam per filios alienatoris repeti possit. d. §. Titius.

## QVÆSTIO XXII.

Sed quid si filii alienatoris sint concepti & nati post alienationem feudi factam? Respon. quod nihilominus possint reuocare, ita tener Andr. de Ifern. c. i. §. hoc quoque. numer. 9. ibi. Aluarot. Præpos. numer. 6. & Frider. Schenck. numer. 2. de succel. feud. Hier. Schurff. consil. 82. numer. 5. lib. 2. Andra. Tiraq. in tract. de vtroque retract. 1. par. §. 1. glo. 9. numer. 90. Aluarot. d. capit. 1. §. Titius. numer. 6. & ibi Præpos. numer. 3. Et hæc est communis opinio secundum præfatos Doct.

Amplia secundo hanc opinionem, ut procedat siue alienatio facta sit in extraneum, siue agnatum remoto rem. Namque illi agnati, qui sunt medij gradus inter remoto rem & proximiorem, feudum alienatum reperire possunt, ita tenet Cardinal. Alexandr. d. c. i. §. Titius. Jacob. de S. Georg. in tract. feud. verbo, & cum pacto. el. 2. numer. 32. & 33. Andra. Tiraq. in tract. de vtroque retract. 1. par. §. 26. glo. 2. numer. 3. Hanc dicit esse communem post supradictos Doct. Curt. Jun. d. 4. par. numer. 149. Et eam tener Bald. d. c. i. de alie. feud.

## QVÆSTIO XXXIII.

QVAERO, Nunquid, si vasallus feudum integrum alienet in vnum ex pluribus æquali linea ipsi coniunctis, alii agnati æque proximi gradus possint feudum alienatum pro portionibus ad ipsos spectantibus reuocare? Respon. Verissima mihi videtur sententia, quod possint repetere, non aliter, ac si in remoto rem alienatio facta sit, eam ob causam, quod in quem alienatio facta est, quod ad portiones aliorum agnatorum eiusdem gradus agnatum quoque remoto rem dic. ut not. Bald. c. i. nu. 7. de alienat. feudi pater. Vnde sicut reuocatio conceditur facta alienatione totius feudi in remoto rem, ita quoque in alienatione par. tis concedi debet arg. l. que de tota. ff. de rei vendi. non tamen reperi ab aliquo tactum.

## QVÆSTIO XXXIV.

QVAERO, An agnatus indistincte possit feudum reuocare, siue alienatum sit legitimè siue illegitimè? Resp. q. sic, & est communis opinio. ut firmat Curt. Jun. 4. part. conclu. 4. & Fran. Sonsbeck. in tract. feud. part. 13. numero 77. licet ipse amplectatur contrariam partem, & velit feudum illegitime, id est, sine consensu domini alienatum, non agnatis deferre, sed domino feudi applicari. Pro hac sententia est tex. expressa hoc decidens in capit. 1. §. porro, qualiter feud. olim, & eam tenet Mat. de Affl. capit. 1. §. hoc quoque, numero 10. de succel. feud.

## QVÆSTIO XXV.

QVAERO, An filius vel agnatus etiam haeres alienatoris sine consensu suo alienatum feudum possit reperire? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quod si feudum sit ex pacto & prouidentia, reuocare possit, ut attestatur Arius Pinellus in repert. 1. i. par. 3. nu. 99. vers. facit ratio. C. de bon. mater. In feudi enim ex pacto & prouidentia, factum vasallus agnatus etiam haeredis non obest, cum ius eius quæsum sit ex tenore prima inuestiturae, & ita ex prouisione sua iuris suorum, non ex facto ipsius patris vel alienatoris.

Sed dubium est in fendo haereditario. Ego distinguendum puto. Aut enim feudum haereditarium est alienatum illegitimè, id est, non consentiente domino feudi, & potest reuocari a filio vel alio agnato ipsius alienatoris, etiam si ipse sit haeres eius. Ex quo enim alienatio irrequisito domino facta est nulla, nec alienatorem, nec haeredem eius ex ea obligari certum est. Præterea alienatio haec tendit ad excludendum haerdem a legi beneficio, quo casu haeres contra factum defuncti venire potest, ut not. Tiraquel de vtroque retract. 1. part. §. 1. glo. 9. nu. 57.

Aut vero feudum haereditarium legitimè alienatum est, & tunc ne que filius, neque agnatus, qui est haeres alienatoris illud reuocare potest, etiam si ipsi hereditatem adierint inuentario conscripto. Et haec est communis sententia ut testatur Alex. con. 38. lib. 5. Caro. Ruin. con. 38. numer. 15. lib. 1. Math. de Affl. decisi. Neap. 112. numer. 3. & decisi. 240. numer. 11. Eadem dicit esse communem opinionem Scriben. Ari. Pinel. d. repert. 1. i. par. 3. numer. 93. vers. ex his patet. Licet ipse ibidem numer. 95. contrarium adserat, quod scilicet haeres alienatus feudum admittatur contra alienationem defuncti, etiam in feudo haereditario legitimè alienato absque inuentari confectione. Cuius ergo sententiam omnino falsam esse existimo, siue loquuntur in feudo simpliciter haereditario, recepto pro se & quibuscumque haeredibus siue mixtis, quod si pro se & filiis & haeredibus receptum est, ex quo enim ipse inuentario non confessio haereditatem adiutit, propriè representat personam defuncti, ideoque factio eius contraria non potest. Secundum not. per Doct. communiter. 1. cum à matre. C. de rei vend. Secundus vero si inuentari confectum sit, Namque tunc confessio inuentari confessa ut adeunti omnia iura sua, & actiones, sperindè a: si non adiutisset, vi de licet supradicta communis opinio habeat quod, etiam hoc casu reuocatio non concedatur. Ego tamen contrariam sententiam verisimiliter iudico, quod si reuocari possit feudum cum confectione inuentarij, si sit mixtum pro se, filiis & haeredibus, ex quo iste haeres rale feudum non tantum acquirit ex persona ipsius defuncti, sed etiam ex beneficio primi acquirentis, & hoc maximè in agnato, qui non tanquam haeres alienantis, sed primi acquirentis, mediante persona antecessorum suorum, feudum posset habere, quod sufficit in feudo taliter recepto, secundum receptam Doctor. opinionem, ut testatur Alex. in con. 10. numer. 7. vol. 1.

Sin vero feudum sit simpliciter & merè haereditarium, puro procedere communem opinionem, quod si confessio inuentarij nihil omnino proficit haeredi, Ex quo de tali feudo iudicatur aequè, ac de alijs bonis alloidalibus.

## CAPUT III.

## H A E R E D I T A S.

## S V M M A R I A.

**H**AEREDITATEM esse nomen iuris, at recipere aug-  
mentum: ideoque donante haereditatem suā, videri do-  
nare omnia bona, tam futura, quam præsentia. q. 1.

Haeredem haeredis, esse etiam testatoris haeredem: Ac  
ideo prohibitionem factam haeredi, intelligi factam haeredis ha-  
redis, &c. q. 2.

Prohibitionem nominativum in haeredem factam, veluti, Titium ha-  
redem prohibeo, ad alios haeredes non extendi. Nisi testator adice-  
rit, velle se talem rem, vel fundum in familia remanere, vel de no-  
mine, aut genere suo, vel gente non extire, ead. q.

Haereditatem iam aditam, non amplius haereditatem dici: sed effici  
proprium patrimonium adiutans. q. 3.

Ius adiundi haereditatem, vel ei immixtendi se, durare 30. annos. q. 4.  
Ius adiundi, & repudiandi firmum manere ipsi haeredi, sublati iure  
deliberandi, quod durat annum. q. 5.

Judicem non posse abhorrare tempus statutum ad deliberaandum in  
edicto prætoris, ad hoc, ut eo elapsi in torum excludatur haeres a fa-  
cultate adiundi. Secundus, si præfigat tempus brevius, ad hoc, ut eo elap-  
si ad instantiam creditorum, curator bonis detur. q. 6.

Suus transmittit haereditatem defatam, nec dum aditam, ad haeredes.

Idemque est in emancipato, & quolibet alio descendente, qui vel  
haeres scriptus, vel cui legatur in testamento datum est, ut scilicet  
transmittat ad descendentes. q. 7. & q. seq.

Beneficium l. vnic. C. de his qui ante aperte tab. haered. transm. locum

Commu. op. To. 3.

G

quoque habere, in successione prætoria. q. 9.

A facultas transmittend tollatur per substitutionem vulgarem. q. 10.  
Beneficium competens suo non tolli, dato cohære de extraneo. q. 11.  
Clericus adeuntem hæreditatem sine beneficio inuentarū, teneri cre-  
ditorib. in solidum, & ultra vires hæreditatis. q. 12.  
Adeuntem hæreditatem non confecto inuentario, in foro considen-  
tiae non teneri ultra vires hæreditatis. q. 13.

Ius adeundi hæreditatem delatam filio, non in persona patris, sed in ip-  
so filio residere. q. 14.

Filius fam. institutus adeundo hæreditatem iussu patris, excludit sub-  
stitutionem. q. 15.

Si testator ignorauerit institutum, esse filium fam. sed patrem fam. ef-  
fece putauerit, & dederit ei substitutum, tunc substitutum de fure. ff.  
admiti in parte, cum in instituto iussu patris adeunte. Nouo autem  
iure, diuidi vsum fructū inter patrem instituti, & substitutū. q. 16.

Filiū fam. posse hodiē hæreditatem adire sine iussu patris. q. 17.

Pupillū non posse hæreditatem adire sine tutoris autoritate. q. 18.  
remissiu.

Mulier, quæ statuto vetatur citra consensum duorum consanguineorum obligari, ea nec hæreditatem adire potest sine duorum consanguineorum consensu. q. 19. remissiu.

Repudiationem hæreditatis pendente conditione factam, non valere,  
nisi sit in iudicio. q. 20.

Filius, licet ipso iure suus sit hæres, tamen creditoribus hæreditariis non  
obligatur, si abstinerit. q. 21.

Hæredem, qui promisit in actu testamenti legatarū persoluerre lega-  
ta, post ex talis promissione cōueniri. Ni testamentum fuerit revo-  
catum. quæst. 22.

### Q VÆ S T I O I.

 V A E R O , An hæreditas sit nomen iuris? Respon.  
quod sic, & semper recipit augmentum. Ita est text. l.  
item veniunt. s. fructus. ff. de petitione hæreditatis.  
Hinc inferitur, quod si quis donet hereditatem suam,  
videtur donare omnia bona sua, tā præsentia, quam  
futura. Ita teneri Bart. in l. fin. nume. 4. C. de pac. cum  
quo cōmuniter transeunt Doct. vt attestatur Pet. à Duen. in tract. reg.  
in reg. 219. ampliat. 4. & sequitur Cag. in repet. d. l. fin. nu. 22. 4. Socy.  
fin. con. 143. nu. 22. vol. 1. Hæreditas enim est successio in vniuersum  
Ius, & in dubio à proprietate verborum recedere non debet. Licet  
contrarium teneat Ias. & Lancel. Dec. d. l. fin.

### Q VÆ S T I O II.

Q V A E R O , An hæres hæredis sit propriæ testatoris hæres? Respon.  
quod sic, & de hoc est tex. clarus in l. hæredis appellatione. & ibi glo. ff.  
de verbo. signif. & l. fin. vbi Doct. cōmuniter. C. de hæred. instit. Ean-  
dem opinionem tenet Bart. post gloss. l. si quis. s. in omni. & ibi Ias. qui  
dicit op. Bart. esse veroren, arguendo ad utramque parrem. nu. 9.

Hinc inferitur, quod alienationis prohibitiō facta hæredi, intelligitur  
facta hæredi hæredis. Hanc opinionem tenet Bart. in l. filium fam. s. di-  
ui. nu. 21. ff. delegat. 1. Et eam dicit cōmuniter approbari Pet. à Duen.  
reg. 39. in princ. & sequitur Alex. in con. 56. volu. 1. Alciat. in d. s. diui.  
nu. 43. & Ias. ibi in lectur. l. nu. 110. & le. tu. 2. num. 148.

Idem dic procedere, si prohibitiō in hæredem nominatiū facta fu-  
erit, puta Titium hæredem prohibeo, & testator adiecerit, quod vole-  
bat al. rē in familia remanere, vel de nomine, vel de genere suo non  
exire. Namque nihilominus ad hæredem hæredis extēditur. Ita tenet Ro-  
ma. con. 457. nu. 1. Ias. in d. s. diui. in 2. lect. num. 152. Vbi dicit se ita in fa-  
cti contingentiā confuluisse, & ita iudicatum esse. Eandem dicit esse  
comm. op. Ias. Crot. d. s. diui. & Ferdin. & Loazes num. 101. Petr. à  
Duen. d. reg. 39. in 3. sublimit. l. limit. Ex quo ratio generalior est, quae  
ampliat & declarat dictū, apparet enim, quod testator ad dictam rem  
affectionem habuerit, quare eam quoque alterari prohibuit, quæ ratio  
etiam in hæredē hæredis militat. Sc̄cūs vero est, si prohibitiō sim-  
pliciter facta sit nominatiū in personam hæredis, ut estext. l. I. Licius. s.  
l. ibi Bart. & omnes Doct. ff. de Jegat. 3. Ias. d. s. diui. in 1. Lect. nume. 112.  
& 2. Lect. nume. 159. Alciat. numer. 41. & Ias. Guald. in tract. de arte  
testan. fol. 8. caut. 2. numer. 3.

### Q VÆ S T I O III.

Q V A E R O , An hæreditas dicitur postquam est aditā? Respon.  
quod non, sed efficitur propriū patrionōnum adeuntis. Ita dicit.  
gloss. in l. s. veteres. Et ibi Cuma, & Alex. dicunt eam esse communem opinionem.  
ff. de acqui. possib. & nor. Doct. recentiores in l. hæredes. ff. de acqui.  
hæred. Eandem dicit esse communem idem Ias. in d. s. in omni. nu. 20.

### Q VÆ S T I O IIII.

Q V A E R O , Quādū durerit us & facultas adeundi hæreditatem?  
Respon. quod duret 30. annis. Ita tenet gloss. l. 3. ff. de acquir. hæred.  
verb. pōt. & ibi Cumā, & Alex. dicunt eam esse communem opinionem.  
ff. de acquir. possib. & nor. Doct. recentiores in l. hæredes. ff. de acquir.  
hæred. Eandem dicit esse communem idem Ias. in d. s. in omni. nu. 20.

Licet, & ibi Ias. dicit eam esse communem. C. de iur. deliber. in princ. l.  
certibi contrarium teneat Salye. Et hoc quod iuri adeundi prescribi-  
tur 30. annis, latē firmat Bal. in d. l. 1. licet glo. & Doc. lvnica. C. quādū  
non perent. Bart. l. vnic. C. de cōdīct. ex. l. Et eam dicit esse communem  
opinionem Gram. decis. 103. numer. 46. Quia adire hæreditatem est  
ius, & non facultas facti.

Ethoc quidem procedunt in extraneis, & sic in iure adeundi. Sed du-  
biū est in iure immiscendi, quod competit suis hæredibus? Respon.  
Communis & recepta Doct. ophio est, quod nedum iuri adeundi, sed  
etiam iuri immiscendi prescribatur 30. annis. Ita firmat Iason. d. l. licet.  
numer. 3. & 4. Licet ipse magis inclinet in contraria partem.

### Q VÆ S T I O V.

Sed quero. An sublatō iure deliberandi, quod durat anno. l. cum  
antiquoribus. C. de iur. deliber. maneat firmum ius adeundi & repudi-  
andi ipsi hæredi. Respon. quod sic, & est communis opinio gloss. &  
omnium Doctorum in d. l. cum antiquoribus. & l. si curatoribus eo-  
tit. vt attestatur præct. Papien. in for. libell. quo petit hæred. ex testam.  
verb. pur. in institut. Cum enim ius deliberandi sit in introducū fauore  
hæredis, non debet in eius odium retorqueri, & consequenter non  
debet absorbere ius adeundi, quod pérpetuum est. d. l. licet.

### Q VÆ S T I O VI.

Sed quero. Nunquid tempus illud statutum ad deliberandum pos-  
sit per iudicem abbreviari? Respon. Aut queritur, An iudex possit  
minus tempus præfigere, quam in edicto prætois is præfixum, est, quod  
ad hoc, vt eo elapsō in totū excludatur a facultate adeundi, & dic quod  
non potest, sed si est extraneus, debet, ei dari tempus centum diecum.  
Si vero de descendētibus, annus d. l. licet. C. de iure deliber. Aut qua-  
ritur, Nunquid iudex possit minus tempus præfigere, quam in edicto  
prætoris præfixum est, quod ad hoc, vt eo elapsō, ad instantiam credito-  
rum curaror dari possit, qui creditoribus satisfaciat, & dic, quod sic  
ita teneri Jacob. de Bur. Imol. Angel. & Salye. Rubric. C. de succēd. edict.  
& ibi Ias. dicit hanc esse communem opinionem. Eandem dicit esse  
magis communem & veram Alex. in con. 3. incip. consideratis. vol. 2.

### Q VÆ S T I O VII.

Q V A E R O , An filius suus transmittat hæreditatem non adīam  
in eius hæredem? Respon. Communis & recepta Doctorum opinio  
est, quod filius suus & in potestate transmittat hæreditatem ad quoscum  
que etiam extraneos hæredes, vt dicit Ias. in l. si in fanti. num. 7. & num.  
decimoquinto. & l. si quis. s. si filius. nume. 6. reprobata ibi gloss. verb.  
abstiner. Ratio est, quia mortuo patre, filius suus absque alia adī-  
one ipso iure efficitur hæres, perindeāc si adiūsset, & hoc procedit in hæ-  
reditate paterna, quam iure suitatis transmittit.

### Q VÆ S T I O VIII.

Sed quid in alia quādū hæreditate, vbi suitas locum non habet? Re-  
pon. quod nihilominus transmittit non quidem beneficium & iure full-  
tatis, sed ex beneficio l. vnic. C. de his qui ante aper. tab. propter con-  
unctionem sanguinis, & tantum ad descendētibus.

### Q VÆ S T I O IX.

Sed nunquid beneficium d. l. vnic. habet locum in successione præ-  
toria? Respon. quod sic, & ita est communis opinio, vt firmat Iason. l.  
emancipar. C. qui admittit. num. decimoquarto. Jacob. de Arer. Cyn.  
Bartol. Bald. ibi, & ibidem Alex. dicit gloss. d. l. vnic. verb. in liberos  
cōmuniter approbatam.

### Q VÆ S T I O X.

Sed quipro, quid si datus sit substitutus vulgaris, numquid per illam  
donationem tollatur essentia suitatis, & facultas transmitendi hæ-  
reditatem non adīam ex potentia suitatis? Respon. quod sic, ita tenet  
Bart. l. si filius. ff. deliber. & posthū. Et hanc dicit esse communem opin-  
ionem in Ias. d. s. si filius. nume. 4. Eandem dicit communem idem Ias. l.  
1. ff. de vulgar. & pupil. nu. 40. Licet Ias. existimet eam illimitandam esse  
eo casu, quo superest nepos propter text. l. qui se patris. C. vnde liber.

### Q VÆ S T I O XI.

Q V A E R O , Vtrum datio cohæredis extranei tollat beneficium  
suitatis? Respon. quod non, & ita est communis opinio, vt dicit Ias.  
pro hæredes. Papiniānus. num. 4. ff. de acqui. hæred. Ethoc procedit  
quidem, quod ad ea de quib. testator non potuit prouidere, vt in trans-  
missione, secūs in ijs, in quibus potuit prouidere secundum Ias. l. si tra-  
ns. C. de iure deliber. vbi communem assertit.

### Q VÆ S T I O XII.

Q V A E R O , An clericus adiens hæreditatem non confecto in-  
ventario, teneat ultra vires hæreditarias? Respond. Communis &  
recepta Doctorum sententia est, quod sic, ita firmat Alex. & Ias. in l.  
fi. s. fi. C. de iure deliber. & tenet Abb. c. eccl. sancte Marie. & ibi Felin.  
extra.

extra, se constituit. Abbas in consl. 73. col. penul. volu. 2. Eadem sententiam firmat Baldus expressè in d.l. fin. & Doctor. in cap. 1. de testam. Et eam dicit magis cōmū. esse Rober. Marant. in disputa. sua. 8. nu. 21.

## Q V A E S T I O XIII.

QVAERO. Nunquid hodiē hæres, qui non facit inuentariū, teneatur in foro conscientiae ultra vires hæreditariās? Respon. videtur quod sic, quia non faciendo, præsumitur surripuisse res hæreditatis, aut eas occultasse, ita tenet Frederic. de Sen. con. 21. incip. nunquid hæres. & sequitur Paul. Castrens. & Aret. in Rubric. ff. de acquir. hæred.

In contraria tamen partem a Doctorib. nostris crebriori calculo itum est, ut firmat Ias. d. Rubr. num. 23. Et hanc opinionem tener Bar. tol. l. quest. 4. C. de sacrosanct. Eccles. & sequitur Bal. l. final. questio. 6. de iure deliber. Abbas in capit. primo.

## Q V A E S T I O XIV.

QVAERO. An ius adeundi hæreditatem filio delatum, residet in patre vel filio? Respo. Communis & recepta Doc. opinio est, quod residet in filio, & non transit in personam patris, ut attestatur Ias. in l. si quis mihi bona s. iussum. nu. 4. ff. de acquir. hæred. & eam tenet Bartol. & Doctor. in lis qui hæres. s. neq. filius. & l. is pōt. ff. de acquir. hæred.

## Q V A E S T I O XV.

QVAERO. An aditio hæreditatis facta per filium famili. iussu patris, si sibi hæres institutus, excludat substitutum? Respon. quod sic, Ita not. Doctor. communiter. l. si quis filium famili. ff. de acquirenda hæreditate.

## Q V A E S T I O XVI.

Sed quid si testator ignorabat institutum esse filium famili. Respon. Videatur dicendum, quod substitutus non excludatur ex toto, sed admittatur ad quartam partem. Ita est text. in l. si pater famili. ff. de hæred. instit. ita tenet Ang. Imol. Cuman. Ludo. Roman. & Alex. d.l. si quis. & ibi dicit Ias. commu. esse op. & licet d.l. si pater famili. loquatur in seruo? Tamen cum eadem militer ratio, extenditur etiam ad filium.

Predicte procedunt de iure sutorum, sed quid de iure nouissimo, quo filius totam proprietatem sibi acquirit? Respon. quod indistincte excluditur substitutus, siue testator scilicet, siue ignorauit institutum esse filium famili. & hoc quod ad proprietatem, secus quod ad vsum fructum, quia potest seruari distinctione scientiae & ignorantiae, ita quod dividatur vclus fructus inter patrem & substitutum. Ita tenet Bal. Imol. Paul. de Craestr. & omnes Docto. Moderni indeferentes, & est communis opinio, ut not. Alex. in d.l. si quis. & ibi Iason. nu. 2. Licet contrarium tenet solus Fulgo. l. cum proponas. C. de hæred. instituend.

## Q V A E S T I O XVII.

QVAERO. An hodiē filius famili. possit hæreditatem adire sine fine tuis patris? Respond. quod communiter in eam itum est sententiam, quod possit, ut firmat Ias. l. qui in alieno numer. 1. ff. de acquir. hæred. Eribi eam tenet gloss. verb. in iurum. Bartol. Alber. de Rosat. Paul. de Castr. & Doctor. Eadem dicit communem idem Ias. d.l. si quis mihi s. iussum. numer. 30. Contrariam opinionem tenet solus Ang. sibi contrarius l. l. C. qui admitit, quem sequitur Ias. vbi super. quod feliciter licet adire posse patre requisito, & recusat, non tamen co ignorante, & ita volunt non esse coram d.l. qui in alieno per l. fin. s. 1. & s. fin autem. C. de bonis que liber.

## Q V A E S T I O XVIII.

QVAERO. An pupillus possit hæreditatem adire sine tutoris autoritate? Vide de iure la supr. libro primo, cap. nono, quest. 24.

## Q V A E S T I O XIX.

QVAERO. Stante statuto, quod mulier non possit obligari sine consensu duorum consanguineorum, An possit hæreditatem adire? Vide supr. lib. 1. cap. Statutum. 3. q. 21.

## Q V A E S T I O XX.

QVAERO. An repudatio hæreditatis facta pendente conditione valeat? Respon. quod non valet, nisi fiat in iudicio. Ita tenet gloss. l. s. qui hæres ff. de acquir. hæred. verb. nihil egit. & ibi Bartol. & Ias. qui dicit, quod haec sit communis opinio. Et hoc calore iudicij.

## Q V A E S T I O XXI.

QVAERO. An filius, ex quo presumitur ipso iure suis hæres, obligetur creditorib. hæreditariis? Resp. quod non, nisi probetur, quod se immiscuerit hæreditati. Et haec est magis communis opinio, ut firmat Alex. in Limpuberibus. & l. si cum dote. s. transgrediamur. ff. foli. matr. Habet enim suis hæres fundatam intentionem & suam properter beneficium abstinendi, ita ut si non probetur immixtio, conueniri non possit. Eadem opinionem tenet gloss. in d.l. s. transgrediamur. Bal. & Imo. in s. filius. ff. de vulga. & pupill. & Alex. cōf. 72. volum.

s. incip. viso processu. Licet contrarium teneat gloss. i. verb. parentes Auth. vthi qui oblig.

## Q V A E S T I O XXII.

QVAERO. An hæres, qui promisit in actu testamento legataris perfolere legata, possit ex tali promissione conueniri? Respon. quod sic, & haec est communis opinio, ut firmat Crot. in repet. l. nemo potest. nu. 29. ff. de legat. 1. Et eam tenet ibi Bartol. Ego tamen puto eam ita demum procedere, si hæres extiterit, alias si forte testamentum fuerit reuocatum, non ita, quia non videt promissae solutionē de proprie. Licet contrarium velint Doc. ed, quia talia legata trāseunt in vim contractus.

## C A P V T IIII.

### T E S T A M E N T U M.

#### S V M M A R I A.



VS faciendi testamenti, quod ad inuentionem & originem esse iuris gentium: At quod ad formam & solennitatem iuris Ciuitatis. q. 1.

Ex testamento etiam solenni, naturalem nasci obligatio-

nem. ibid.

Legatarium possidente sine visitio, rem sibi relataam in testamento minus solenni, tutum esse exceptione. ibid.

Institutus in testamento minus solenni, ac possidente hæreditatem tamquam naturaliter sibi debitam, tenetur in foro judiciali eam restituere: In foro autem conscientiae potest eam retinere. q. 2.

Excommunicatum habere testamenti factionem. q. 3.

Testamenti factionem pauciorem, fratres minores non habere. q. 4.

Fratres minores non posse testamentorum executores esse. q. 5.

Condemnatum ad mortem non posse testamentum condere: Nisi pena per sententiam imposita sit de iure prohibita. q. 6.

Filius famili. non posse testamentum condere, etiam cum consensu patris: Et ne quidem super aduentis tuis. Nisi vellit testari ad plas causas idque cum consensu patris. q. 7.

Filius famili. causa mortis donare posse cum consensu patris. q. 8.

Testamentum conditum a filios famili. dum pater apud hostes est, non valere patre ab hostibus reverso, siue filius adhuc viuat, siue ante deceperit. q. 9.

Testamentum in nuncupatiuum factum in praesentia 7. testium per Notarium, valere etiam sine subscriptione et testium. Et tale instrumentum probare testamentum solenner coram 7. testibus esse conditum. q. 10.

Testamentum ad interrogationem Notarii factum, valere. q. 11.

Testamentum in scriptis, ceptum, & mortis presenti non perfectum non valere ne vt nuncupatiuum quidem, idemque de iure Canonicō obseruari. q. 12.

Testamentum in scriptis ceptum & imperfectum sola ratione solennitate, valere vt nuncupatiuum. Nisi expresse testator arcet se ad testamentum in scriptis. q. 13.

Notario attestant in testamento restatorem fuisse sanguinem, soli non haberi plenam fidem. q. 14.

Testium dictis de sana mente testatoris deponentium stabitur: etiam contra alios. q. non trarum deponentes. q. 15.

Clausulam codicillarem, & aliam quamcumque similem, non esse appendendam, nisi ordinante et volente testatore. Nec de consuetudine habendam pro expressa. q. 16.

Testamentum, in quo filius famili. præteritus est, de iure clivili non valere. q. 17.

Filium in potestate patris constitutum etiam iure Canonico instituendum, nec præteriendum. q. 18.

Filium hodiē instituti posse sub conditione casuali, vel mixta: ita vt conditio de medio rejeatur, vsque ad legitimam. q. 21.

Verbum, relinquendo, adiectum vniuersitatib. bonorum, importare institutionem: secus si adjiciatur certa ref. vel quantitat. q. 22.

Parentibus quoque legitimam relinquendam esse, titulo institutio- nis. q. 23.

Filiam posse institui in sola dote. q. 24.

Filium etiam emancipatum institui debere, ad hoc vt testamentum valeat. q. 25.

Quæ sit differentia inter emancipatum, et in potestate constitutum, quod ad institutionem et præteritionem ea. q. 1.

Differentiam emancipacionis & patris potestatis sublatam quidem esse hodiē, quod ad successionem ab intestato; non quod ad remedias Commu. op. To. 3.

competentia aduersus testamentum. ead. q. in fin. Institutionem hæreditatem implicitè per relationem ad aliam scripturam, valere. q. 26. Stante statuo, vt extantib. masculis foeminae non succedant, testamentum non annullari præteritione filiæ, neque alia ratione impugnari ab ea posse. q. 27. Testamentum fratris in toto impugnari posse à fratre, instituta turpi persona. Et non vsque ad legitimam tantum. Nisi aliquid sit relatum titulo institutionis, secundum nonnullorum op. q. 28. Testamento fratris rescello à fratre proprio institutionem personæ turpis, legata & fideicomissa vniuersalitatem nondebet. Excessare dispositionem Auch. ex causa. C. de liber. præter. q. 29. In testamento requiri regulariter 7. testium numerum. q. 30. In testamento parvis inter liberos duo testes sufficiunt. ibid. Scripturam testatoris manu scriptam, vel ab alio scriptam, & à testato re subscriptam, in qua nonsunt descripti testes, sufficere ad probandum voluntatem patris inter liberos. q. 31. In testamento condito tempore pestis, cum maior testium numerus haberet non possit, sufficere. 5. ead. q. 5. secundò limita. In testamento condito ruri per rusticos, quinque testium numerum sufficere, siue in scriptis fiat, siue per nuncupationem testamentum. ea. q. 5. tertio limita. In testamento ad pias causas duo testes sufficiunt. ea. q. 5. quartò limita. Testamentum coram Principe vel Imperatore editum valet, nec necessarij 7. testium numerus. ead. q. 5. ultim. In testamento cæci non sufficere 7. testes, sed requiri 8. vel 7. una cum Norario. q. 32. Solemnitatem i. hac consultissima. C. qui testam. fac. pos. non requiri in testamento parvis cæci, sed sufficere, ut fiat coram testibus duob. q. 33. Testes 6. cum Notario non facere solennem testium numerum, & de iure communis requiritur, sed Notarium, ut computetur in numero testium, esse pridie per iudicem examinandum. q. 34. Starum disponens, quod testamentum coram 4. vel pauciorib. testib. possit fieri, valere. q. 35. Testes, qui in testamento adhæsentur rogando esse, vel à testatore, vel per Notarium, aut alium consentiente testatore. q. 36. In dubio non præsumi testes esse rogatos. q. 37. Testes, q. in instrumento testameti subscripti, præsumi rogatos. q. 38. Testes in testamento debere presentes esse, ita ut & videre, & audire possint ipsum testatorem loquentem. Et ne cortinam quidem esse debere medium inter testes & testatorem. q. 39. Institutum in re certa esse hæredem vniuersal. hæreditatis, adeo ut mortuus post agnitos rem illam, cohærede eius vniuersali repudiante, transmittat ius illud ad hæredes. q. 40. Institutum in re certa esse hæredem vniuersalem. Licit testator prohibuerit institutionem trahit ad alia bona. q. 41. Millitem, qui instituit viuum in re certa, & aliud in alia, videri testatum iure communis, id est, hos duos simul esse hæredes omnium bonorum. q. 42.

## Q VÆ S T I O I.

VÆR O. Quo iure introducta sunt testamenta, siue ius faciendi testamentum? Respon. quod testamenta introducta sunt de iure gentium secundario, & hoc quod ad intentionem, secundum autem quod ad formam & solemnitatem, ea enim iuris ciuilis est, ita tenet Bart. i. interdum. & ibi Iason. dicit hanc esse communem opinionem nu. 4. ff. de condic. indebit. Ias. Lex hoc iure, num. 4. & 47. ff. de iustit. & iur. Doct. cōmuniter, Rubr. de test. ext. Paul. de Castr. l. testandi. C. cod. Ex hoc sequitur, quod si testamentum sit minus solenniter constitutum, ex eo tamen naturalem nasci obligatoriem, ita tenet Bart. l. ff. de condic. in test. & i. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. Et cum Bart. tenet Doct. communiter firmat Ias. l. i. interdum. nu. 4. Gram. decif. 106. nu. 22. Si vero solenitates interuenient, utramq. tam naturalem quam ciuilem oriri obligacionem, ut per Ias. d. l. interdum, ex communis Doct. sententia, licet quidam ibi contrarium velint.

Et prædicta quidem conclusio procedit in legatis, namq. illa in testamento minus soleni in naturaliter debentur, ut per glo. & Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. Imol. & Canonise communiter in c. fin. de soli, ut firmat Ias. l. cum quis. Hinc est, quod legatarius, qui possidet sine virtute temi sibi reliquam in testamento minus solenni, virtus est exceptione, si conuenit, ita tenet Bart. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. per l. milites. & veterani. ff. de test. mil. & in l. etiam. vbi omnes Doct. eum sequuntur, de compensi. ut testatur Capyc. decif. 89. nu. 2.

## Q VÆ S T I O II.

Sed dubium est in hæreditate, & Doct. communiter concludent, quod institutus in minus solenni testamento, non potest hæreditatem tanquam naturaliter sibi debitam retinere, sed si conuenit in foro iu-

diciali, deber condannari ad restitutionem, secundis in foro conscientia, quia potest retinere. Ita tenet Imo. d. l. nemo potest. & ibi Ias. dicit hanc esse communem opinionem. & Alex. ff. de leg. 1. & ita Doct. vna minoriter concludere firmat Capyc. d. decif. numer. 3.

## Q VÆ S T I O III.

VÆR O. An excommunicatus possit facere testamentum? Respon. glo. c. decernimus. verb. & decernimus. de sent. excom. in 6. tenet, quod non, quia aequiparatur deportatio: quod patet ex genere pœnae, nam aqua & igne interdictum excommunicatis, ut tener glo. & minor. verb. interdictum. Instit. de capite. diminut. Hanc opinionem sequitur Hostien. in c. pia. de except. libr. 6. Archid. d. c. decernimus. Jacob. de S. Georg. in l. pecuniaris. numer. 3. de procu. vbi dicit gloss. d. c. decernimus. esse singularem.

Contrariam tamen opinionem tenet Joan. And. d. c. decernimus. Guliel. Bened. c. Rainurif. verb. mortuo itaque testatore. cl. 1. numer. 288. Bertran. con. 227. nu. 11. lib. 2. vbi dicit eam esse communem. Eandem tenet Archid. d. c. pia. Abb. c. veritatis. numer. 32. de dolo & conu. Bald. l. ff. C. si non competit. iudi. Hanc dicit esse communem quoque opinionem Felin. c. ad probandum. num. 1. de iudic. c. cum voluntate. de sent. excom. Philip. Fran. Rubr. de testam. lib. 6. nu. 32. Barbat. c. quia ingredientib. nu. 17. de testatu. Joan. Guald. in tract. de testam. tit. 1. caut. 10. Eandem dicit esse magis communem Abb. d. Rub. de testa. Certum est enim, omnes qui expressè de iure non prohibentur, testari possunt, unde cum excommunicatus non reperatur prohibitus, deber admittit.

Et hæc opinio sine dubio procedit in occulte excommunicato. An autem idem sit in notoriè excommunicato, dubium est, & quod sic retenet Fred. de Senis in con. 71. Bart. l. si queramus. ff. de testam. Fel. d. c. ad probandum. numer. 1. cum Doct. per eum allegat. Socyn. in tract. fallent. reg. 133. Franc. d. Rub. de testam. numer. 32.

## Q VÆ S T I O IV.

VÆR O. An fratres minores possint ex testamento capere, & ita an habeant testamenti factio[n]em p[ro]ficien[t]? Resp. quod non, ita probat tex. expressus in Clem. exiui. de verb. fig. & proind[ic]e. & in c. vnit. & ibi gloss. verb. domini. de religios. domi. Hanc opinionem tenet Abb. & Doct. c. in presentia. de probat. & ibi in specie ita à Doct. concludi. dicit Paris. nu. 170. & tenet Doct. in Auth. ingressi. C. de sacrol. Eccles. Dec. con. 449. con. 559. vbi communem dicit Feder. de Sen. con. 12. num. 3. Bertr. c. 178. nu. 1. vol. 2. Paris. con. 21. num. 1. cum malij. lib. 3. Nicol. de Vbald. tract. success. in pr[oc]r. num. 1. Guald. in tract. de att. testan. tit. 1. caut. 1. Alex. con. 88. nu. 1. vol. 2. Marant. l. 3. potest. numer. 173. ff. de acquir. hæred.

## Q VÆ S T I O V.

Sed nunquid possint esse executores testamentorum? Respon. In hoc articulo Doct. variè loquuntur. Bart. in tract. suo de minor. lib. 3. c. 4. & 5. nu. 5. & 6. distinguunt & concludit, quod si quis reliquit 10. florinos, ut expendantur inter decem pauperes, qui eligantur per talen fratrem minorem, tunc possit executor esse, ex quo tunc nullum litigium fieri per talen fratrem, nec distributio pecuniae, sed sola electio, nam relator ipse distribuit. Et ita ceſtant omnes rationes prohibitions, & talis nominatio est merita facti. Hanc opinionem sequitur Paul. de Cast. & Imol. in l. cum pater. & hæreditate. ff. de leg. 2. Alex. con. 57. numer. 8. vol. 2.

Contrariam opinionem tenet Bal. Auth. ingressi. nu. 20. quod nullo modo possint esse executores, quem sequitur Cardin. d. Clem. exiui. & veritum. Et eam sequitur Ripa. in l. ex facto. & rogarus ff. ad Trebel. vbi dicit quod hæc sit verius & salubrior opinio, licet Bart. opinio videatur communis. Eandem opinionem Bal. contra Bart. dicit puram esse viritatem Barbat. in c. tua nobis. nu. 9. & 10. & dicit eam esse communem. Eandem dicit esse veriorem Guald. d. tract. tit. 7. caut. 7. nu. 3. licet Bart. op. sit communis. Sed reuera numerando authoritates, Bal. op. verius & communior est.

## Q VÆ S T I O VI.

VÆR O. Vrum definitiu[m] condemnatus ad mortem possit testamētū condere? Resp. quod non, dūmodo executio statim sic securata, & ista est communis opinio, ut testatur Bal. in l. ff. C. si non competit. iudi. vi. cum refer. Augu. Arlm. in addit. ad Ang. verb. & ibi caput spatu. amputetur numer. 20.

Limita hanc conclusio, ut non procedat, si poena per sententiā imposita sit de iure prohibita. Namq. tunc condemnatus non efficitur intellibilis, ita cōmuniter afferere Doct. refert. Augu. vbi sup. nu. 23. ita tenet Ang. l. si quis nihil bona. & ff. de acq. hære. & sequunt ibi Imo. & Rom. & tene.

## Q VÆ S T I O VII.

VÆR O. An filius famili. possit testamētū cōderet? Respon. quod non, etiam cum cōfensus patris, & hoc expeditius est per tex. expressum in l. q. in potestate. ff. de testa. & ibi cōmuniter Doct. teste Are.

& tenet Ias.l.senium.nu.4.C qui testa facere pos.

Et haec in conclusio procedit etiam in aduentis, siue pater habeat vium fructum siue non, & ita communiter teneri firmat Ias.l. nemo C. qui testa fac. pos. & ibi Alex.

Limita hanc conclusionem non procedere, si filius famili. velit testa si ad piis causas: nancid facere potest, dummodo fiat cum consensu patris, ita teneri Bal. in d.l. seniu. Cuius op. magis communiter approbatā esse firmat Ias. ibi nu. 5. Mar. Anto. Bauer. Initit. qui testam. fac. pos. in prin. nu. 2. & 3. Ias. d. s. ex imperfecto. Hanc op. tenet Ang. & Saly. c. d. l. seniu. Frede. de Sen. con. 194. incip. habuisti. con. 2. 68. incip. quoniam veritatis dicit tamen, quod licet haec opinio sit æqua, se tamen non audere pro ea consulere.

### QVÆSTIO VIII.

Sed nunquid donare potest causa mortis? Resp. Communis & recepta Doct. opinio est, quod sic: dummodo consensu patris interuenierit, ita omnes Doct. tenere restatur Ias. d. l. seniu. 7. alias donatio non vallet etiā de bonis aduentis pleno iure ad se spectantib. Hanc dicit indubitanter esse commu. op. Socy. con. 172. vol. 2. Rationem differentiationem, quod filius fam. donare possit consentiente patre, non autem testa allegat Ias. post Doct. communiter, quia ultima voluntas non debet dependere ex alterius arbitrio tanquam captatoria.

### QVÆSTIO IX.

Sed quæro, nunquid si filius patre existente apud hos stes, & ita suspensa patria potestate testetur, tale testamentū patre reuerso valeat? Resp. in hoc articulo diffin guendum est: Aut filius adhuc vivit, dum pater reuertitur, & tunc ex quo filius semper singitur fuisse in patria potestate, expeditum est, testamentum filii non valere. Aut, vero, tempore quo pater ab hostib. reuertitur, filius mortuus est, & adhuc testamentum rumpitur. Ita sententia glof. l. fin. C. de sent. i. als. verb. rata, quam ibi sequitur Bart. Bal. Saly. & omnes Doct. Bart. in l. si qui pro emptore. ff. de vscap. Nec obstat si dicatur fictionem possumini non habere locū, ex quo reperitur extremū ad quod, inhabile, mortuo filio. Namque respondetur, quod si sitio postliminiū principaliter sit super patre, ut scilicet singatur semper fuisse in ciuitate, itaq. in hoc reperitur habile vitrumque extremitū, nec requiritur postea habilitas in eo, quod resultat in consequentiā. Hæc resolutione approbarunt communiter per Doct. in d.l. si qui pro emptore. vt firmat Aldobr. Inst. quibus mod. patr. potest sol. y. si ab hostib. nu. 30. Ias. d. l. si qui nu. 141.

### QVÆSTIO X.

QVAERO, An testamentum nuncupatiū valeat sine subscriptione testium? Resp. Vera & communis sententia est, quod testamentum nuncupatiū factum in presentia septem testium rogatorum, de quo notarius rogatus, conflict publicum instrumentum cum descriptione dictorum septem testium, sit validum, & tale instrumentum probet testamentum solemnitate coram septem testibus esse conditum. Ita tenet glof. l. hæredes palam. ff. de testam. & glof. l. fin. C. de fideicom. quas communiter a Barto. vsque ad haec tempora approbatas restatur Mart. de Affl. decif. 166. num. 2.

### QVÆSTIO XI.

QVAERO, An testamentum ad interrogacionē notarij factum sit validum? Respon. quod sic, ita tenet glof. l. iubemus. C. de testam. quam communiter approbatas restatur Mart. de Affl. dec. 143. nu. 2. Eandem dicit tenere omnes Doct. Ias. d. l. iubemus. nu. 10. & ibi Angelus dicit, quod ista sit communis opinio, quæ approbatur in iudicij & in scholis. Eandem dicit esse commu. Alex. in con. 12. volum. 1. & consi. 33. incip. ponderatis verbis. Dicit tamen Mart. de Affl. d. glo. procedere tantum in testamento nuncupatiuo. Secūs in testamento in scriptis. allegat Ioann. Andr. in addition. ad Specul. titu. de testamen. s. in primis. Et ita dicit consultum per celeberrimos iure consultos, & ita recentiores in d. l. iubemus. tenere, & secundum hanc op. iudicatum esse in consilio Neapolitano.

### QVÆSTIO XII.

QVAERO, Si testator voluit in scriptis testari, morte præuentus non perfect, nunquid valeat tale testamentum vt nuncupatiū? Resp. quod non, ita tenet Bartol. & omnes Doct. l. hac confutissima. s. ex imperfecto. C. de testam. & in l. fideicomissi. s. quoties. ff. de leg. 3. Abbas consil. 105. volum. 2. Guid. Papæ consil. 134. incip. non valuit, nec valer testamentum. Hanc op. dicit esse commu. Alex. in con. 76. vol. 3. quem refert Thom. Gramm. dec. 62. nu. 18. Est enim omnino nullum tale testamentum ex deficiencia voluntaris incompletæ.

Ethæc conclusio adeo vera est, vt ne quidem de æquitate Canonicalis testamentum valeat. Ita tenet Anton. de Butr. in capit. primo, de successione intest. quem communiter sequi Doctor, firmat Gram. d. decif. 62. numer. 18.

### QVÆSTIO XIII.

Sed quid si testamentum in scriptis sit tantum imperfectum ratione solennitatis, nunquid valebit vt nuncupatiū? Resp. Vera & communis opinio est quod tale testamentum valeat vt nuncupatiū, nō si expressè arcta sententia ad testamentū in scriptis, quia fortè aliter noluit valere, vel noluit voluntatem suam testibus eslenotam, ita tenet Cyn. d. l. hac confutissima. s. per nuncupationem. Paul. de Cast. l. hæredes palam. in princ. ff. de testam. Socyn. in consil. 175. volum. 2. & ita iudicariū esse restatur Mart. de Affl. decif. 143. & refert Thom. Gram. d. decif. 62. nu. 26. Et haec est opinio Bart. in l. fin. ff. de iur. codicill. Et ita tenent omnes Doct. in d. s. ex imperfecto. In dubio enim non est veritas, testatore voluntie se restringere ad unam viam testandi, & sic eligere iter, per quod eius iudicium impugnaretur.

### QVÆSTIO XIV.

QVAERO, An credatur Notario in testamēto attestanti, testato rem sive sanæ mentis? R. s. p. quod non, & ista est vera & communis opinio, vt firmat Ias. l. senium artatis. num. 2. & 3. C. qui testam. fac. pos. & eam tener Blad. Ang. Cuman. & Franc. Aret. l. 2. ff. de testam. Alex. consil. centesimo quadragesimoprimo. Incip. mature. vol. 1.

### QVÆSTIO XV.

Sed quid in testibus deponentibus de sana mente testatoris, nunquid stabitur illorum dictis? Respo. quod sic, & magis quam catenis contrarium deponentibus. Ita tenet Innoc. quem sequuntur omnes Doct. in cauditis. de presump. & cap. Ecclesia de elect. vt testatur Gram. decis. 73. nu. 21. & sequitur Abb. c. cum dilectus de successione intest. & ibi Andra. Bart. Bald. c. a. de contro. inuestit. Eandem opinionem tener Ias. in consil. 2. nu. 8. vol. 1. & consil. 178. num. 1. vol. 2. Petr. de Anch. cap. 1. de rescript. in 6. Felin. cap. dudum. de presump. Testes enim afferentes quem sanæ mentis, habent presumptionem iuris pro se, quod sit sana mentis, unde magis eis creditur, cum deponant conforme iuri communi, & sic secundum iuris dispositionem. Et ita decisum esse restatur Boer. in decis. 23. part. 1.

### QVÆSTIO XVI.

QVAERO, Generalis consuetudo est notariorum circa appositionem clausularum in testamentis: Si non valet iure testamenti in scriptis, valeat vt nuncupatiū, & si nō iure testamenti nuncupatiū, iure codicillorum, seu cutiuscumque alterius voluntatis, seu omni meiori modo, An eiusmodi clausula ex communi consuetudine censeatur, vt consueta sive apposita in testamento, licet in eo nō appareat? Respon. Recepta & communis Doctorum sententia est, quod talis clausula non attendatur, nec habeatur pro expressa. Namque procedit portius de consuetudine notariorum, quam testatorum, & sic portius de consuetudine notariorum, quam quod ita testator expresserit, vel ita fuerit de eius mente. Ita tenet Bartol. in l. 1. C. de iure codicill. Et hanc esse communem opinionem firmat Curtius junior, consil. 101. Bart. Bart. inter consilia Curt. senioris, consil. 47. incip. sapienter optimus. quos refert Thom. Gramm. decif. 62. num. 22. Debet igitur talis clausula apponiti testatore sic ordinante & volente.

### QVÆSTIO XVII.

Vulgaris conclusio est, quod ad hoc vt testamentum valeat, filius in potestate, vel in institutu, vel ex hæredetur, alias si sit præteritus, testamentum est nullum, & hoc est expeditum per text. l. inter cetera. ff. de liber. & posthū. Et est communis opin. vt firmat Curt. iun. Auth. ex causa. C. de lib. præter.

### QVÆSTIO XVIII.

Sed quæro. Nunquid hæc institutio ad validitatem testamenti requiratur etiam de iure Canonico? Resp. Bald. in l. final. C. famili. herciscund. tenet quod non. Et hanc opinionem dicit esse communem Alex. d. l. inter cetera. & tenet idem Bald. d. Auth. ex causa.

Contraria op. teneri Petr. de Anchor. Anton. de Butr. Imol. & communiter Doct. cap. Rainutius. post gloss. ibi, vt testatur Ias. Rubr. ff. solut. matr. nu. 31. Eandem tener glof. cap. si pater. verb. in institut. de testam. lib. 6. quam magis communiter approbatam dicit Alex. sibi contrarius in consil. 60. incip. viso consil. vol. 2. Et quod hæc sit verior & communior dicit Ias. d. Auth. nouissima numer. 31. C. de inos. testam. ex quo enim secundum Ias. hoc clarè decisum est de iure Civilis, nec reperitur expressum de iure Canonico. standum est iur. civilis dispositiones.

### QVÆSTIO XIX.

QVAERO, An sufficiat ad hoc vt filius non dicitur præteritus, silegitimæ loco aliquid reliquatur? Respond. quod non. Sed requiritur, quod reliquatur titulus honorabilis institutionis, non legati vel alterius cuiuscumque. Ita tener glof. s. iam autem, & s. igitur. Instit. de hæred. instit. & probatur per tex. expressum. s. aliud quoque capitulum. Auth. vt cum. de appellat. cognos. Et ita indifferenter omnes Commu. op. To. 3.

concludunt, ut firmat Iaf. Auth. nouissima. numer. 13.

Amplius, ut procedat etiam in testamento patris inter liberos, quia requiritur, ut cuiuslibet filio relinquatur titulo honorabilis institutionis per dictum. S. aliud quoque capitulo, quod generaliter loquitur, unde generaliter debet intelligi, maxime cum tendat in favorem filiorum. Et haec est communis opinio omnium Doctorum. tam Iuris civilis quam Canonici, ut testatur Saly. d. Auth. nouissima. & Iaf. num. 16. Licet ipse teneat contrariam partem, secundum quam dicit se iudicari, si casus contingere. Eandem opinionem dicit esse tutiorem glossa, si pater, de testa. lib. 60.

### Q V A E S T I O X X .

Q V A E R O , An filius possit institui a patre sub conditione casuali vel mixta, ad hoc, ut testamentum valeat? Respon. de iure veteri nullum est dubium, quin testamentum tale in quo filius sub conditione casuali vel mixta instituitur, sit nullum, nisi sub contraria exhaeredetur. Ita est rex expressus. I. si pater, ibi, iure testatus non videtur. C. de instit. & substit.

### Q V A E S T I O X X I .

Sed dubium est de iure hodierno, An hodie sit correcta d. I. si pater? Respon. Bart. in d. I. numer. 2. dicit, quod omnes Doct. approbarunt dispositionem d. I. si pater, quod imo non valeat hodie tale testamentum, quam opinionem dicit quoque veriorum Dec. ibi, numer. 14. Et tenent multi Doctori, relati per Roder. Suarez. in repet. I. quoniam in prioribus. fol. 6.

Contrariam verò opinionem, quod s. d. I. si pater, hodiè corrigitur, & talis conditio de medio rejiciatur usque ad legitimam filii, & valeat testamentum, tenet glossa d. I. si pater, verb. erat, & glo. in I. suis quoque, verb. const. ff. haered. instit. Et eam sequitur Bart. d. I. si pater, numer. 2. Et dicit communem ibi Iaf. numer. 19. Alex. & Iacobi de S. Georg. nu. 13. vbi dicit se ita obtinuisse, & ita iudicatum esse per tres sententias. Eandem opinionem tenet Ripa in Rubr. le. nume. 157. ff. de vulgar. & pupill. Guli. de Bened. cap. Rainutius. verb. deliquit. numer. 28. extr. de testam. Roder. Suarez vbi supra fol. 6. & fol. 14. ampliat. 5. Hanc quoque dicit communem esse Dec. d. I. si pater.

### Q V A E S T I O X X I I .

Q V A E R O , Utrum verbum relinquimus importet institutionem? Respon. quod si verbum relinquimus adiiciatur universitate honorum, tunc importat institutionem, ita est glossa. si vero nulla verb. reliquit. Auth. de haered. & falcid. Secus si adiiciatur certa rei, vel quantitatis. Ita est text. in d. I. aliud quoque, iunct. & carter. Et hac est vera & communis opinio, ut firmat Iaf. d. Auth. nouissima. nu. 33.

### Q V A E S T I O X X I I I .

Q V A E R O , An parentibus quoque legitima sit relinquenda titula institutionis, Respon. Bart. in d. Auth. nouissima. tenet quod non, & eam in puncto iuris dicit esse veriorem Iaf. ibi. nu. 38.

Contrariam opinionem communi calculo approbarunt Doct. ut firmat Iaf. d. Auth. numer. 37. & dicit Bald. in I. C. de bono, poss. cont. tab. liberti, quod Bartol. dicit male contra veritatem. Eandem opinionem contra Bartol. dicit esse communem Alex. d. Authentic. nouissima. Et eam tenet Florian. ibi, dicens se ita plures consuluisse. Angel. & Paul. de Qastr. in d. Auth. ex causa. C. de lib. præter.

### Q V A E S T I O X X I V .

Q V A E R O , Nunquid filia possit institui in sola doce? Respon. quod sic, & ista est recepta & communis opinio, ut firmat Iaf. d. Auth. nouissima. numer. 46. Et quod ita de generali consuetudine obserueretur, dicit Specul. tit. de instru. edit. 5. & autem. vers. sed super forma.

### Q V A E S T I O X X V .

Q V A E R O , An etiam filius emancipatus debeat institui, ad hoc ut testamentum valeat? Respon. quod sic, in hoc tantum est differentia inter filium emancipatum & in potestate, quia scilicet si emancipatus similes, sine cause in scriptio præteritus fuerit, testamentum ipso iure nullum est, de iure civili. Si vero cum cause in scriptio, valeat iure, sed præteritus habet ius contratabilium de iure prætorio, ita est glossa verb. noluit. Authentic. de haered. & falcid. quæ communiter approbatur secundum Iaf. Ante. ex causa. nu. 8. Alex. I. Sic certi. nu. 14. C. de testa. milii.

Secus in filio in potestate. Nam siue is præteritus sit cito vel sine cause in scriptio, in distincte testamentum ipso iure nullum est, ita dicit d. glossa. & ex haeredatis communiter approbata. Ratio prædictori est, quia licet de iure hodierno sublata est differentia emancipationis & patris potestatis, quod ad successionem ab intestato. Tamen quod ad remediam, quæ competit contra testamento, sublata non est, ita videtur velle glossa. emancipatus. C. de collationib.

### Q V A E S T I O X X VI .

Q V A E R O , An haeredis instituto facta implicita per relationem

ad aliam scripturam, valeat? Respo. quod sic, ita tener Bal. in I. ass. toto. & ibi Ang. ff. de hered. instituen. Matthæ. de Afflict. decisi. 144. nu. 6. Natta in auth. quod sine. C. de testam. qui dicit ita esse communiter receptum. Eandem dicit esse communem Iaf. I. 4. & si iudicx. nume. 3. ff. de iudi. idem dicit Alex. ibi.

### Q V A E S T I O X X VII .

Q V A E R O , Stante statuto, quod existatbus masculis, feminæ non succedant, nunquid testamentum annuletur præteritione filia, vel impugnari possit? Respo. Communis & recepta Doctorum opinio est, quod filia nonnulla possit testamentum impugnare, si sit præterita sive tali statuto, quod in successione masculi feminæ præferuntur, maximè si masculi sint instituti, ut firmant Doc. communiter & Iaf. in spe cie in I. Gallus. & quid sit tantum. & s. in omnib. ff. de lib. & posth. & in, filia dote, nu. 5. vbi dicit hoc, procedere, siue velit impugnare per ius dandi nullum, siue per bonorum possessionem contra tabulas reproba ta opinione. Ang. in d. I. filii. allegat Aret. in con. 140. attestantem de communis opinio. Idem Iaf. dicit haec esse communiorum sententiam auth. nouissima. nu. 57. C. de inoff. testam. Alex. in con. 47. incip. abunde per celeberrimos Iureconsultos. volum. 2. quem refert Martha. de Afflict. dec. 158. nu. 6. Eandem dicit esse commu. Bru. in tract. de statut. exclud. feminæ art. 11. quæst. 5. cū plurib. alleg. p. Ant. Cap. dec. 176. nu. 3.

### Q V A E S T I O X X VIII .

Q V A E R O , Utrum frater possit testamentum fratris in totum impugnare instituta turpi persona, An vero tantum vice ad legitimam? Respo. in hoc articulo inter Doc. controvrsia est, quæ hoc distinctionis fædere tollit. A ut enim frater in testamento fratris nihil est reliquit, & tunc frater expugnat testamento in torum, ita cōmu. esse op. refert Iaf. I. fratre. C. de inoffic. testam. nu. 8. Aut aliquid reliquum est fratris, minus legitima, & dicit Guli. de Cun. in d. I. fratre. quod adhuc frater in toto rumpit testamento odio turpis personæ. Et hanc op. dicit esse verior. Paul. de Cast. omnimod. C. de inoffic. testa. pro ut eum refert Martha. de Afflict. in decisi. 204. nu. 2. & tenet Bald. d. I. fratre. Et eam dicunt esse commu. secundum March. de Afflict. d. loco. Moderni Papiani libi. & Saly. q. 3. Paul. de Cast. con. 61.

Contrariam tamen opinionem, quod s. frater non in totum expugnat testamentum, sed usque ad legitimam tantum, eo casu, quando aliquid reliquum est, tener Ang. I. 1. C. de inoffic. testam. Et secundum eam reprobata opinione contraria in consilio Neapol. iudicatum esse dicit Matth. de Afflict. d. decisi. 204. nume. 2. per rationes sibi per eum allegaras. Et licet verum sit, quod testamentum sauendum sit, ex quantum frater turpem personam fratris prætulit, existimo in totum esse rumpendum odio turpis personæ, maximè si legitima quæ hoc casu debetur etiam fratri, non sit reliqua titulo institutionis, sed alio quovis reliqui titulo.

### Q V A E S T I O X X I X .

Sed quero. Nunquid hoc casu rupto testamento fratris turpi persona instituta, frater tenebitur ad legata & fideicomissa vniuersalia in testamento relata secundum dispositionem auth. ex causa. C. dell. ber. præter. Respo. quod secundum magis communem & receptam Doctor. sententiam hoc casu non habet locum dispositio d. Auth. ex causa, nec sustinuitur legata, ut firmat Iaf. d. I. fratre. nu. 3. & eam refert Alex. d. auth. Imol. I. filio præterito. ff. de iniusto, rupt. testam.

### Q V A E S T I O X X X .

Regulariter in testamento debent intervenire septem testes, ita probat tex. I. hac consultissima. C. de testam.

Hæc communis regula plures recipit limitationes respectu personarum testantium, vel heredit. aut locorum, in quibus sunt testamenta. Primo non procedit in testamento patris inter liberos. Namque sufficit, quod coram duobus testibus fiat, ita tener glossa. & Doct. omnes in d. I. hac consultissima. ex imperfecto. & in auth. ibi polita. Et valet testamentum ut testatum, & tanquam ex testamento succeditur secundum magis communem & veram op. ut restatur Iaf. d. I. ex imperfecto. nu. 13. Et eam tenet glo. in I. filii. verb. ab intestato. & ibi sequitur Bald. Saly. Fulg. & Doct.

### Q V A E S T I O X X I .

Sed quid si reperiatur scriptura, restatoris manu scripta, in qua non sunt descripti testes. An probabit restatoris voluntatem? Respo. quod sic, & est expeditem per d. auth. quod sine. Et hanc dicit esse communem Alex. consil. 105. vol. 7. Iaf. d. auth. quod sine. Secus si scriptura non sit scripta manu restatoris, Namque tunc talis scriptura, si producatur, inter liberos quoque non probabit patris voluntatem. Ita tener Bal. & Paul. de Cast. d. Auth. quod sine. & ibi Iaf. d. I. si. ff. de testam.

Sed quid si alterius manu sit scripta, & a testatore subscripta? Respo. quod talis scriptura valet, & probat inter liberos test. est clarus in Auth. si mod. C. famili. heretic.

Secundo

Secundo limita prædictam conclusionem in testamento condito tempore pestis, Namque tunc si maior testium numerus haberi non possit, valer testamentum coram quinque testibus. Ita tenet Bald. i. s. C. de testam. Et hanc opinionem sequitur Cum. i. conficiuntur. s. co dicili. ff. de codicil. Vbi dicit quodista est æquior & humanior sententia. Et eam tener Floria. de S. Petro. i. milites. per illum tex. C. de testa. Iaf. d. i. fin. num. 5. vbi dicit, quod si casus contingenter, ita iudicaret, maxime si pestis sit effector vehemens, ut verius milititer plures testes haberi non possint, & hoc opinionem dicit communem Dilect. de arte testam. tit. 2. caue. 2. nu. 2. Et quod contra Bald. non sit communis opinio firmat Martha. de Affl. d. decisi. 2. 5. num. 2.

Contra ratiōnēm opinionē videtur esse magis communis, quam te net Ang. d. i. fin. & ibi Paul. de Castr. Bart. i. d. i. conficiuntur. & in l. i. ff. de bono, possit ex testam. milit. Et eam dicit esse communem Bauer. In his de testa. s. sed haec quidam. nu. 13. & ita iudicatur, esse dicit Matthiae. de Affl. d. decisi. 2. 5. sed quicquid sit, opinio Bald summanūt aequitate, qua in iudicando minime recedendum arbitratur.

Tertiū limita in testamento in iure per rusticos condito, Namq; valet cum quinque testibus, de hoc est tex. expressus in l. fin. C. de testamen. & hoc indistincte sive in scriptis fiat testamentum, sive nunc patiuere, ut tenet Bart. d. i. fin. vbi dicit ita de consuetudine seruari. Et haec dicit esse communem opinionem Iaf. d. i. fin. nu. 2.

Quarto limita nō procedere in testamento ad pias causas, Namq; sufficiunt duo testes, ita communiter teneri firmat Alex. in consil. 13. volum. 7.

Quinto limitatur in testamento coram principe vel Imperatore condito, Namque numerus septem testium necessarius non est, ita est tex. expressus in l. omnium. C. de testam. Idem dicit si fiat apud acta. l. sanctimus. cod. tit.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXII.

Q. V. A. E. R. O. Nunquid in testamento cœci sufficiat numerus se prem testium, de iure communi requisitus? Respon. quod non, sed requiri quod octo testes interueniant, vel septem cum notario, ita est tex. expressus in l. hac consultissima. & ibi omnes Doct. i. qui testament. facere posse.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXIII.

Sed nunquid dispositio d. i. hac consultissima, habet quoque locū in testamento patris cœci inter liberos? Respon. quod dicta solennitas non requiritur, sed sufficit, quod fiat coram duobus testibus, iuxta formam d. s. ex imperfeto. Hanc opinionē tenet Bar. Ang. Saly. Paul. de Castr. & Alex. in d. i. hac consultissima. & dicit ibi Ludo. Roma. qd ab opinionē Bald. in consulendo & iudicando non sit recedendus, quia non habet contradicentem, licet ipse in contrariam inclinet partem. Eandem opinionem dicit esse communem I. s. ibi. num. 4. & tenet Ang. Instit. de testam. s. cœcus.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXIV.

Q. V. A. E. R. O. Si adhuc sex testes cum notario, nunquid sufficiat, ad hoc ut dicatur interuenient numerus de iure communi requisitus? Respon. quod non, quia notarius non computatur in numero testium, nisi fuerit antea per iudicem examinatus. Ita tenet Joan. de Imol. & communiter Doct. i. hæredes palam. s. i. ff. de testam. ut testatur Matthe. de Affl. d. decisi. 2. 5. num. 4.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXV.

Q. V. A. E. R. O. Si adhuc statutum disponens, quod testamentum coram quatuor vel paucioribus testibus possit fieri, nunquid sufficiat, ut testatur interuenient numerus de iure communi requisitus? Respon. quod sic, ita tenet Cyn. Bart. Bald. & Fulgo. i. s. C. de sum. trinit. & in l. si non speciali. C. de testam. Hanc opinionem dicit esse communem Iaf. d. i. nu. 37. quem refert consulendo Hieron. Schurff. in consil. 92. cent. 2. & in consil. 75. consil. 58. cent. 3. Vide supra, cap. 2. de statut. q.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXVI.

Q. V. A. B. R. O. An testes in testamento requisitos sufficiat esse voatos & adhibitos. An vero requiratur quod sint rogati? Respon. Bar. i. l. sciendum. ff. de verb. obliga. concludit, quod sufficit vocatos esse, fidem teneri in l. hæredes palam. s. in testam. i. ff. de testam. Et hanc opinionem dicit esse communem Iaf. d. i. sciendum. nu. 41.

Contrariam opinionem, quod scilicet non sufficit vocatio testium, sed etiam necessaria est rogatio, tenet Bald. i. d. i. i. ff. de testam. milit. allegat glo. i. milites. C. de testam. milit. & pro hac opinione est tex. expressus in d. i. hæredes palam. s. in testam. & nec iudicio Iaf. fallitur, dum dicit primam opinionem esse communem, & eam tenet glo. s. i. ff. verb. adhibitis. Instit. de testam. Vbi dicit rogationem requiri sive in scriptis sive sine scriptis testamentum fuerit factum, quæ glo. i. in hoc communiter approbata est, ut testatur ibi Bater. Et eam opinionem tenet Alex. & Iaf. i. hac consultissima. in princ. C. de testam. Nec refert, an ab ipso testatore, vel notario, aut alio extraneo testes sint rogari, dummodo consentiente testatore, ita communiter teneri firmat Iaf. d. i. has consultissima. in princ. num. 4.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXVII.

Sed quero, Nunquid testes in dubio præsumantur esse rogati? Respon. quod non, ita tenet Cyn. Bart. & omnes Doct. i. i. hæredes palam. s. i. ff. de verb. oblig. Et haec dicit ibi communem esse opinionem Iaf. nu. 36. & tenet Alex. ibi, & in consil. 70. incip. vido consil. vol. 2.

Hanc etiam conclusionem limitat Bald. i. l. i. ff. de hæred. i. s. i. ff. testes præsumantur rogati, quando testator & notarius sunt periti iuriis, & reperitur institutus, qui verius iuri debuerit institutus, & hoc dicit singulare Aret. i. d. i. sciendum. Communiter tamē illud dictum reprobari testatur idem Aret. i. d. i. hæredes palam. s. i. ff. quem refert Iaf. d. i. hæred confutissima. in princ. num. 2. & d. i. sciendum. nu. 37. & in specie reprobat ibi Alex.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXVIII.

Sed quid si testes in instrumento testamenti subscripti erunt, nunquid præsumantur rogati? Respon. quod sic, ita tenet Bart. & cum eo omnes indifferenter in d. i. sciendum. & ibi Iaf. d. i. dicit haec esse communem opinionem, num. 42. Licet ipse contrarium teneat, & in d. i. hæred confutissima. in princ. Imol. & Doct. i. i. Domitius. per illum text. ff. de testam.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XXXIX.

Q. V. A. E. R. O. An testes in testamento debeant esse praesentes? Respond. quod sic, & ita ut videre & audire possint ipsum testatorem loquenter de hoc text. est expressus, & ibi omnes Doct. i. i. si non speciali. C. de testam.

Hinc infertur, quod si cortina esset inter media inter testatorem & testes, ita ut testatorem videre non possint, testamentum non valeat, & haec est communis opinio ut refert Iaf. d. i. si non speciali. num. 7. licet contrarium teneat glo. i. i. idem Laben. el. i. v. el. dierint. ff. de aquapl. communiter in hoc reprobata, ut per Iaf. d. i. num. 7.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XL.

Q. V. A. E. R. O. Verum institutus in re certa cooperat ius accrescere? Respon. quod sic, ita tenet Bar. Bald. Ang. & Imol. i. ex facto. ff. de hæred. instit. Bar. Saly. & recentiores i. i. quodies. nu. 6. C. eo. tit. & ibi Iaf. dicit haec esse communem opinionem, quæ tenenda est, licet contrarium teneat ibi Fulgo. & exteri. Idque ne testator pro parte decet testatus, pro parte interstatus.

Amplius, ut haec conclusio adeo vera sit ut si insitutus in re certa, agnoscat rem, & eo mortuo colles eius vniuersaliter repudianterit, ad hæredem transmitat ius accrescendi, ita tenet Bart. d. i. quodies. & ibi Saly. Alex. & Iaf. qui communem dicit esse opinionem, num. 7. Alex. in consil. 58. incip. habita super narratis in themate. vol. 3. vbi dicit se istam opinionem & legendo & consulendo secutum esse.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XLI.

Sed quero, si testator institutus hæredē in re certa, & nullo dato cohærederi vniuersali, expressè prohibuit & mādauit, ne institutio transheretur ad alia bona, nunquid habebitur pro vniuersalitatem hæredē? Respon. quod sic, ita communiter teneri firmat præf. Papienti in for. libel. quo perficit hæred. extestam. verb. in omnibus eius bonis. Non enim potest testator pro parte testatus decedere, & pro parte interstatus, nec potest facere, quod minus leges in suo testamento locum habeant. I. nemo potest ff. de legati. Ita dicit glo. i. i. verb. cautione. C. de vsu & habit. quæ dicitur esse communiter approbata. teste Socyn. Junii. in consil. 115. nu. 19. lib. 1.

Contrarium ratiōnēm tenet Bart. i. d. i. quodies. s. si duo, quod scilicet institutus solidum succedit in re certa, cetera vero bona deueniāt ad succedentes ab intestato sive fidei committēti, sed prima opinio verior, quam dicit quoque communiter approbata Alex. i. s. si quis priore. num. 9. ff. ad Trebell. Crot. repet. l. re coniuncti. nu. 61. Ripa. nu. 134. Socyn. Jun. consil. 10. num. 16. Et hanc esse magis communem firmat Apostol. ad Alex. consil. 162. nu. 10. lib. 2.

## Q. V. A. E. S. T. I. O. XLII.

Q. V. A. B. R. O. Si miles institutus in testamento unum hæredem in certa re, alium in alia re, nunquid præsumatur testatus esse iure communi? An vero vīsus priuilegio militari? Respon. Doct. i. in hoc articulo varie senserit. Saly. c. enīm in l. i. C. de milit. testam. distinguit, An interuenient solemnitates Iuris communis, vel non, quem refert & se quiritur Aug. Instit. de hæred. instit. s. hæreditas.

Glos. vero in l. i. s. ex fundo. ff. de hæred. instit. omnino vult, quod intelligatur quod ad residuum intestatus decessisse, & sic vīti priuilegio militari, quam se quiritur ibi Imol. Fulgo. Roma. & Alex. d. i. s.

Contrarium vero directe tenet gl. d. i. i. verb. militis. qd scilicet institutus in rebus certis, intelligantur in totum institutum, secundum Iuris communis dispositionem, quo institutus in yna re, nullo alio cohærederi dato, succedit in rōta hæreditate per ius accrescendi, ut in prædicti q. diximus, & haec opinio glo. receptori calculo approbata est, vt firmat Iaf. i. s. nu. 10. & 12. d. s. hæreditas. num. 11.

## C A P V T V.

## F I L I V S E T P A T E R .

## S V M M A R I A .

**I**LIVM naturalem legitimatum per subsequens matrimonium, posse ab ipso dispensatione promouerias ordines, beneficia & episcopatum. q.1.

Liberos naturales, mortua vxore, quam pater ipsorum aixerat legitimari per subsequens matrimonium posse, non obstante matrimonio intermedio. q.2.

Naturalibus legitimatis competere remedium. si vnuquam. C.de reuocando donat. c.licet, quod ad legitimam. q.3.

Legitimationem non reuocari, aut infirmari per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium. q.4.

Filium naturalem legitimatum, excludere substitutum, hac conditio datum, si filius deceperit sine liberis ex legitimo matrimonio natus. q.5.

Filium naturalem, qui potest legitimari per subsequens matrimonium, non posse legitimari per rescriptum principis. q.6.

Filios naturales legitimari per subsequens matrimonium, vel in mortis articulo, aut a sene decrepito contractum. q.7.

Filios naturales legitimari per subsequens matrimonium, etiam si mater sit vilissimae conditionis, rustica scilicet, vel meretrix, & pater nobilis, inter quos alia matrimonii honeste contrahiri nequit. q.8.

Legitimatum ex subsequenti matrimonio non tollere. Ius primogeniturae iam nati. Cum legitimatio retro non trahatur in praeiudicium alius. q.9.

Legitimatos per subsequens matrimonium succedere in feudis. q.10.

Patrem naturalem teneri alere filium spuriu. q.11.

Filium inefluolum non succedere parentibus. q.12.

Filium spuriu non posse aliquid capere ex testamento, vel ultima voluntate de bonis patris. q.13.

Statutum disponens filium spuriu ex testamento posse succedere, non valere. q.14.

Filio spuriu haerede in instituto a patre, deferriri haereditatem liberis legitimis, vel proximioribus cognatis. q.15.

Institutionem filii spuriu sub conditione factam valere. q.16.

Nepotem legitimam & naturalem ex filio spurio, posse haeredem institui ab aucto, deficiente prole legitima. q.17.

Filium studiis operam dantem, non teneri conferri libros a patre datos. q.18.

Filio non deberi legitimam in vita patris. q.19.

Filio non esse obligata bona patris, pro legitima; sed filius habere tantum conditionem ex lege, contra haeredes patris. q.20.

Renunciantem successioni paternae generaliter, non videri renunciale legitimae, sed opus esse renunciatione speciali. q.21.

Legitimam patre viuo non venire in confisicatione honorum pro delecto filii. q.22.

Statutum, quo cauetur patrem teneri soluere ex legitima pro delicto filii, valere. q.23.

Patre ingrediente monasterium, deberi filio legitimam, etiam coadjuvitu. q.24.

## Q V A E S T I O I .

**V** AERO, An filius naturalis legitimatus per subsequens matrimonium possit promouerias absque diispensatione ad ordines, beneficia, & ad episcopatum? Resp. Glo. in c. tanta. & c. immotuit. verb. cōlūgata. de elect. tenet q. s. f. quam sequitur ibi Abb. Eandem opinionem tener Calderi. con. 2. sub Rubr. quis filii sint legit. quia per subsequens matrimonium factus est legitimus, & post matrimonium perinde haberis, ac si nunquam fueris illegitimus. Hanc opinionem tenet etiam Chassanæ. in consuet. Burgund. in titu. des successions. Rubr. 8. §. 3. fol. 287. nu. 6. Ripa. l. si vnuquam. nu. 87. C. de reuocando. Lud. de Sardis in tract. de natur. lib. c. de legitimationis effectu. num. 5. Aegid. Bellamera. c. 2. nu. 3-36. distinct. Dec. c. cu in cunctis. nu. 24. de elect. Ioan. Corr. l. pro parte. nu. 14. de seru. vbi affirmat opinionem glo. communiter esse approbatam.

## Q V A E S T I O I I .

**V** AERO, Quid si matrimonium sit intermedio, ut quia matritus postquam habuit filios ex muliere soluta, contrahit cum alia, qua deinceps mortua ducit illas, ex qua habet filios naturales, an legitimetur per subsequens matrimonium, non obstante matrimonio intermedio? Resp. Ioan. And. in reg. sine culpa. de reg. iur. in 6. tenet quod sic. Eandem opinionem tenet Abb. d. c. tanta. nu. 3. Ias. l. eum qui ita. s. qui hominem. nu. 7. ff. de verb. oblig. Ang. in consi. 18. in 2. q. eandem opinionem tener Ias. in I. Pomponius. s. quæstitu. ff. de acquir. possit. Brug. nel. in tract. de sponsal. conclu. 2. nu. 22. Præpo. in d. c. tanta. q. 7. nu. 1. & hanc opinionem dicit esse communem Lud. de Sardis. d. tract. de natur. liber. c. de legitimat. per verum matrimonium. nu. 9. Licer ibi contrarium teneat ipse. Eandem dicit esse communem Anton. de Rosell. tract. de legitimatione. lib. 1. c. de causa materiali legitimationis. num. 4. Carol. Molina. in consuet. Parisien. vt. 1. §. 3. glo. 1. q. 7. nu. 34. & ea tener Mayne. I. quoties. ff. de reg. iur.

## Q V A E S T I O III .

**Q** V A E R O, An filii naturales legitimati per subsequens matrimonium, possunt vti reuelatio. l. si vnuquam, ad reuocandam donationem omnium, vel maioris partis honorum? Respon. Bald. in c. immotuit. de elect. tenet, quod sic, eandem opinionem tenet Aug. & Salyc. in l. si totas. C. de inoff. donat. Aldobrand. in §. fi. nu. 8. vbi dicit eam esse communem. Et eam tener Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. lect. nu. 42. quod dicit verum esse Bald. l. C. de reuoc. donar. etiam si nat. sufficiente donationem, non tamē ita vt tota donatione reuocari possit, sed in ea parte, quæ ad legitimam attinet, cum sequitur Boë. deci. 159. num. 12. Ripa. d. l. si vnuquam. q. 32. nu. 89. & ibi Tiraq. verb. suscepit liberos. num. 71.

## Q V A E S T I O I I I I .

**Q** V A E R O, An reuocetur legitimatio per superuenientiam filiorum legitimorum & naturalium? Resp. Hoc expeditum est per text. l. cum quis. C. de natur. liber. quod non reuocetur. Hanc opinionem tener Bart. & Docto. l. ex facto. ff. de vulgar. & pupil. & ibi Hier. verius dicit eam communem esse num. 175. & eam tener Tiraq. tract. de primog. 3. 4. nu. 51.

## Q V A E S T I O V .

**Q** V A E R O, An filius legitimatus per subsequens matrimonium, excludat substitutum, vt pone quod pater in testamento filio instituto haeredifistit. Titulum, si filius deceperit sine filiis ex legitimo matrimonio natus, & filius decedat cum filio legitimato. Respon. Anton. de Butr. d. c. immotuit. de elect. tenet, quod sic, idem tener Dec. c. tum in cunctis. nu. 2. de elect. Boë. deci. 159. nu. 20. Ripa. Rubr. ff. si cert. pet. nu. 3. Dec. conf. 284. nu. 9. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & in confi. 155. nu. 7. Eandem dicit cle communem Ruinus, confi. 163. nu. 6. & 7. vol. 3. & tenet Laur. Sylva. confi. 3. nu. 22. & hæc opinio vere est. licet contrarium teneat Bald. in confi. 357. nu. 2. vol. 5.

## Q V A E S T I O VI .

**Q** V A E R O, An filius naturalis, qui potest legitimari per subsequens matrimonium, possit legitimari per rescriptum principis? Respon. Gl. in Auth. quibus mod. natur. effig. legi. §. fit igitur. verb. permissimus. colla. 6. expresse tenet, q. non. Eandem opin. firmat Bart. ibi nu. 5. & Ang. nu. 10. hanc op. dicit esse communem Ias. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. lect. nu. 107. Chassanæ. consuet. Burgund. titu. de successions. Rubr. 7. §. 3. fol. 286. nu. 9. eam quoq. tener Bal. c. per tuas. nu. 3. de maior. & obedien.

## Q V A E S T I O VII .

**Q** V A E R O, An filii naturales legitimantur per matrimonium in mortis articulo, vel a sene decrepito contractum? Respon. Bal. in l. nuper. C. de natur. liber. tenet, q. non. per tex. ibi. Idem tener in l. eam quam. nu. 27. C. de fideicom.

Contrariam opinionem tener Io. And. Ant. de Bur. & Præpos. in d. c. tanta. Abbas. c. 2. de frig. & malef. Eandem opin. tener Mayne. in l. quoties. nu. 2. ff. de reg. iur. Couar. in epit. de sponsalib. par. 2. c. 8. §. 2. nu. 10. Lud. de Sardis in tract. de natur. lib. c. de legit. per verum matrimonium. Ang. §. fin. nu. 5. Ias. l. insti. de nup. Hanc dicit esse communem opin. Alex. in l. si quis posthumos. ff. de lib. & posth. Ias. l. sed eti. quæsum. ff. eo. ti. Ant. de Rosell. in tract. de legit. in princ. de causa materia. li. legitimatio. nu. 23. Eandem tener Brunel. in tract. de sponsa. 2. con. chl. nu. 10. Jo. Gualden. in tract. de arte testandi. ti. 1. caut. 14. nu. 2.

## Q V A E S T I O VIII .

**Q** V A E R O, Si mater est vilissimæ conditionis, vt quia rusticæ, vel meretrices, & pater nobilis, inter quos matrimonium honeste contrahiri nequit, ac filii legitimantur per subsequens matrimonium? Respon. Bal. in Auth. si quis. C. denatur. lib. tenet q. non. idem tener in l. 2. C. quibus res iudic. non nocet. Eandem opinionem tener R. in con. 111. num. 5. & 6. lib. 1. Lauden. tracta. de legitima. nume. 158. Cur. Junior. confi. 136. nume. 10. Hanc opinionem dicit esse communem Maria. So. cy. Junior. con. 52. num. 2. volu. 1. & tener eam Cæpolla eaut. 150. inclp. debet scribere.

Contrariam opinionem tener Ias. in con. 234. vol. 2. Gul. Cassiodo. deci. vniqa. nu. 6. tit. de sponsalib. Et eam tenet expresse Nic. de Vbald. in tract. de successab. intell. num. 61. & 62. si enim matrimonium tenet, filios antea natos legitimari per subsequens matrimonium dubij iuris non

non est per tradita Io. And. in d. reg. sine culpa vbi dicit q. ex quo cun-  
qu. coitu natus legitimatur per subsequens matrimonium, si modo  
tempore coitus inter eos matrimonium esse potuit, o casu quo legiti-  
tus consensus interuenisset. Præterea licet iure ciuii inter tales per  
sonas matrimonium sit prohibitum, Imperiales. C. de nup. tamen iu-  
re Canonico valet, q. hoc casu maxime sequitur. Hanc opin. tenet  
quocq. Ripa. l. si vnquam. C. de reuoc dona. Laur. Sylua. con. 3. nu. 44.  
& hæc opinio videtur mihi satis æqua.

## Q VÆ ST I O IX.

Q V A E R O , An legitimatus ex subsequenti matrimonio tollat  
iusprinogeniturgiam nati? Pone q. habens filium ex concubina, post-  
ea duxit vxorem ex qua filium suscepit, ea mortua cōtrahit cum con-  
cubina, & sic filius ille naturalis legitimatur? Respon. Ias. in l. quoties.  
Q VÆR O, Quid in crimine furti, numquid fur repertus in alio loco cum re furtiva, possit ibi puniri? Respon. Doct. in hoc articulo valde sunt varij, vt per Augu. Arimi. in add. ad Ang. verb. & vstem. nu. 15. Nämç Bart. in l. si dominium. per illum text. ff. de fur. nec q; possit puniri, & cum sequuntur quæplures Doct. relat. per Arimi. d. verb. vstem. asserentes sententiam Bart. in iudicis ab abs. foribus pro Evangelio seruari.

Verum in contrarium est communis opinio, vt firmat Bald. d. si dominium. Eandem contra Bart. dicit fuisse communem usque ad tempora Bart. Abb. cap. 1. de raptor. Et q; Moderni quoque firmant opinionem Bart. destricto iure non procedere. Eandem opinionem reprobat Bartoli sententia communiter teneri dicit Paul. de Castr. sive manifestus. s. 1. de furt.

## Q VÆ S T I O V.

Q VÆR O, Quid in foro pœnitentiali? Respon. Communis & recepta est Doct. opinio, non requiri remissionem, sed debet confitebiti delinquens suo sacerdoti, vt testatur Abb. cap. 1. nu. 4. Et ibi Ioan. de Ana. nu. 4. extra. de raptor. Barbat. c. fin. num. 5. de foro compēt. Rubr. nu. 53. Roma. sing. 458.

## Q VÆ S T I O VI.

Q VÆR O, An quis possit conueniri in loco domicilij, ratione honorum, quæ sita sunt in alio regno, vel ducatu? Respon. Communitas & receptor est opifio, sive in electione auctoris, agere in loco, vbi conuentus domicilium trahit tempore iudicij motu, vel in loco, vbi bona sita sunt. Ita tenet gl. in l. fin. C. vbi in rea actio, quamlibet quærit Bald. Salyc. & Doct. ibid. Et eam communiter approbat etiam firmat Thom. Grammat. in decisione sua. 103. nu. 132.

Sed quid si bona sita seudalia? vide iupræ c. 2. de feud. quæstio.

## Q VÆ S T I O VII.

Q VÆR O, An fauillares aliquibus priuilegiati, gaudent priuilegio fori competenti ipsi priuilegiatis? Respon. Si loquamus fauillaribus episcopis, speciale est q; indistincte gaudent priuilegio fori competenti domino episcopo. De hoc est text. in c. fin. de offic. Archi. Et ibi hoc firmanter communiter Doct. vt dicit Anto. Capyc. in decisi. 12. nu. 2. Si vero loquamus fauillaribus aliorum priuilegiatorum, controversia est inter Doct. Nämç Imol. in cap. 2. de foro comp. existimat, q; tales fauillares, interim dum servunt, sunt de ecclesia, argument. d. c. fin. q; indistincte loquitur, licet non bene audet se firmare. Idem videtur firmare Bald. in fauillari aliquibus temporalis priuilegiatis, q; scilicet gaudent priuilegio durante tempore, quo inferat ei, quem sequitur Socyn. in c. 1. de for. comp.

In contrarium tamen sententiam magis communiter sum est, q; scilicet fauillares aliquibus priuilegiari, si non sint perpetui, sed servatores mercenarii, non gaudent priuilegio fori competenti ipsi domino. Ut firmat Capyc. d. decisi. 12. Et eam tener Anto. de Bart. in cap. 2. de foro comp. Eccl. exp̄ressè Abb. & Felyn. qui dicit opinionem Abbatis esse tuorem. Eandem dicit Specul. tit. de comp. quæd. ad. Socyn. d. cap. 1. declaratione quinta.

## Q VÆ S T I O VIII.

Q VÆR O, Verum clericus venditor, author laudatus possit declinare forum empotoris ex sua persona, An vero teneatur ibi empotorem defendere? Respon. Hæc quæstio apud Doctores valde suis cōtraversa. & vtracq; opinio maximis nititur auctoritatibus. Nämç nonnulli existimant, clericum cōstitutionarum possit declinare fori iudicis laicis, ita tenet Angel. l. vñctor. de judic. quæra sequitur Ang. Aretin. in s. actioni. Institut. de a. & io. Vbi dicit q; ira servetur de cōficiūdine. Eandem opinionem sequitur Anton. Capyc. in decisi. 197. Specul. titul. de primo & secundo decreto. s. restat. versi. quid si dominus & versi. quia clericus. Ang. & Paul. de Castr. in d. vñctor. Imol. in l. non solidus. s. quod vulgo de vñscapio.

Alij vero contra confuerunt, q; in clericis non possit ex persona sua forum empotoris declinare, sed teneatur defendere empotorem in foro ipsius empotoris, ita tenet Baldus & Fulgoius in dict. venditor. & ibi Alber. de Rofatis. & Florianus, de sanct. Petr. Baldus in Authent. clericus. C. de episcopis & clericis. Eandem sententiam firmat Maran. in specul. par. 6. Ruby. de laudatione. Et eam in uniuersitate placere dicit Grammat. decisi. 21. nu. 8. maxime cū maioribus aucto ritatibus fulcitur. Eandem dicit esse communem Socyn. in conf. volu. 3. quæra refert Capyc. d. decisi. 197. nu. 7. cum pluribus per eum allegatis. Eadem dicit quoq; communem Imol. in d. s. quod vulgo. Clericus venditor venit solidus ad defendendū empotorē.

# Commu.opinionum, Liber II.

III

contra quem institutum est iudicium, unde non potest dici, eum conueniri coram iudice laico, ad hoc ut possit forum declinare.

## Q V A E S T I O I X .

Communis & recepta est Doct: sententia, forum sortiri quem ratione contractus, ut contrahens in loco isto reperiatur, conueniri possit. text. est & ibi Doctor. c. dilecti. de foro compet. l. hæres absens. s. si quis. ff. de iudic.

Linitatur in legis, nāc q̄q̄ habent priuilegium reuocandi domum si ante tempus legationis in eo loco contraxerint, l. 2. s. omnes. s. item si extra. & ibi Lancelot. Deci. communem asserit esse opinionem. s. ff. de iudic. Et tenet Maria. Socyn. c. fin. de foro compet.

Sed quid si ad iudicium ipsi vocauerint alios? Respon. quod non poterunt vi priuilegio reuocandi domum suam, sed coguntur respondere nō tantum his, aduersus quos egerint, sed & omnibus. text. d. l. 2. s. sed si agant. Sicut ibi intelligit. Accurs, quem sequuntur Albe. Angel. Paul. de Castr. Fulgos. & Iacob. de sancto Georg. Eandem sententiam firmant Innoc. & Maria. Socyn. d. c. fi. Et eam dicit esse magis cōmūnem Didac. Couarru. practic. quæst. cap. 5. nu. 4. Licet contraria sententiam amplectantur Iacob. de Rauen. Butrig. quos refert Albe. item Guiliel. de Cune. & Dyn. quos refert ibi Paul. de Castr. quod si licet non omnibus teneantur respondere, sed his saltem, quos ipsi vocauerint.

Sed quero nunquid dicta regula procedat in eo, quia à mercatore quid emit, vel cum eo contraxit ut aduena? Respon. quod non, sed domicilium eius sequi debet. l. vnic. C. vbi conueni. qui cert. loco. & ibi Doct. cōmūniter. Limita non procedere, si contrahens ut adueniat in eo loco, alia ex causa, quam ratione contractus forum sortitur, Nāc pōterit ibi conueniri, si fuerit in eodem loco inuentus, ita tenet gl. communiter recepta. c. Romana. s. nec etiam suffraganeorum. de foro compet. in 6. vt firmat Māria. Socyn. d. cap. fin. nume. 76. Didac. Couarru. d. cap. 5. num. 3.

Sed nunquid promittens solvere in certo loco, si non sarisficerit solutioni, poterit conueniri in quolibet loco? Respon. quod non, sed debet conueniri in loco idoneo, scilicet, vbi alijs sortitur forum, ita not. glo. communiter recepta. d. l. vnic. verb. & in alio teste Paul. de Castr. ibi.

## Q V A E S T I O X .

QVAERO. Vtrum pauper tanquam miserabilis persona possit conuenire reum laicum extra proprium forum coram iudice ecclesiastico etiam in rebus temporalibus? Respon. quod sic, text. c. ex tenu. s. ibi omnes Doct. de foro compet. Anton. de Butr. c. per nostras. de donat. inter vir. & vxor.

Amplia vt pauper vel miserabilis persona, similiq̄e oppressa per vim vel alio modo re sua spoliata, possit ad hoc coram iudice ecclesiastico agere etiam aduersus laicum de re temporali, quamvis ipse actor quoq̄ laicus sit, nulla etiam data negligētia iudicis secularis, ita probat text. quem ad hoc communiter notant Doct. cap. ex parte B. de foro competenti. vt testatur Panor. ibi. Et tenet Socyn. c. licet ex suscep. de foro compet.

Sed quero, quæ dicantur miserabiles personæ? Respon. Communis est sententia, iudicis arbitrio relinquendum esse, quæ sint miserabiles censendæ præter eas, quæ exp̄ressim in iure nominatae, ita Cyn. Alberic. Bald. Bart. & Doct. l. vnic. C. quan. imp. Abb. & Doct. c. significantibus. Alberic. tract. statut. part. 1. quæstio. 112.

## Q V A E S T I O XI .

QVAERO. Nunquid viduus habeat illud priuilegium vocationis extra proprium forum? Respon. quod sic, text. est in l. vnic. c. quan. imperat. inter pupil. & vid.

Sed nunquid locum id habet etiam in foemina, que cælibem vitæ egit? Respon. dubia est quæstio, in qua nec Accur. ipse certam elegerit sententiam, ut patet in l. malum. verb. vduam. ff. de verb. signi. Glos. tamen in d. l. vnic. videtur velle, quod nō habeat priuilegium illud, ex quo ultimo loco ponit illam opinionem. Contraria vero sententia communis Doctorum consensu probata est, vt dicit Fulgos. d. l. vnic. Et eam tenet ibi Azo. in summa, & ibi sequitur Cyn. Oldn. Bar. & alii. Eandem tenet Ioan. Lup. d. c. per vestras. de donation. inter virum & vxor. Mathæ. de Afflict. in constit. Neapol. lib. 1. tit. 37. nu. 29. Guido Papæ decisio. 566.

## Q V A E S T I O XII .

QVAERO. Nunquid Ecclesia spoliata possit quosq̄ eligere iudice ecclesiasticum vel secularem cum velit conuenire laicum expoliato rem? Respon. Communis & recepta est sententia, esse in eius electione coram quo velit agere, ecclesiastico vel seculari. Ita tenet Ioan. Andr. & Doct. in, cum sit generale de foro compet. Et eam communem esse estatur Ad ex in consti. 103. ad fin. lib. 5. & Ioan. Imol. c. si clericus. ext. de foro compet.

## Q V A E S T I O XIII .

QVAERO. An clericus hæres laici defuncti, nondū coepit aduersus eum lite, possit conueniri corā iudice laico vel seculari? Respon. quod non, sed conueniens erit apud iudicem ecclesiasticum, etiā si v̄ hæres laici vocetur his actionibus, quæ aduersus defunctum iure dantur. Ita tenet gl. cōmūniter recepta, s. qui in ius succedit, de reg. iur. in 6. gl. Archid. Domini. & Præposit. c. clericū nullus. 11. q. 1. Bart. l. hæres absens in prīm. ff. de iudic. Cyn. nu. 7. Bald. Fulgo. & Ias. nu. 39. Auth. quas actiones. C. de sacro sanct. eccl. Ang. Alber. Fulgos. & Iacob. de S. Georg. d. l. hæres absens. & ibi Curtius junior, qui dicit hæc esse cōmūnem opinionem. Et eam tenet Deci. asserens non esse in hoc dubitandum post Abbat. & alios. c. quia. v. de iudic. Bald. l. 2. C. vt in possesso. legat. Nec obstat text. in d. l. hæres absens, quia intelligētis est eum non exculari priuilegio particulari per principem sibi induito, non de generali per legem concessio & iuri communi inserito, vt nota. glo. ibi verb. excusat.

## Q V A E S T I O XIV .

Paul. autē dictum est, non posse quem ratione contractus conueniri apud iudicem illius loci, vbi contraxerit, nisi ibidem reperiatur.

Sed quero nunquid iudex loci contractus possit requirere iudicem eius loci, vbi habitat, qui contraxit, ut contrahentem citet, & iudicem iudicem contractus accedere responsurū factori? Respon. Hac in questione reperio Ant. de Butr. in ea fuisse sententia, q̄ iudex domicili cogatur ad requisitionem iudicis loci contractus reum remittere vel citare, & si fuerit reus contumax, iudex loci contractus possit ad sententiam procedere, quem sequitur Abb. c. fin. nu. 36. de foro compet. Verum hæc illorum opinio cōmūni suffragatio improbata est, vt firmat Franc. Ripa in c. 1. nu. 6. de iudic. Et tenet contrariam Felin. d. c. fin. nu. 21. de foro comp. Deci. d. c. i. de iudic. nu. 23. ver. 2. hæc h̄smitatio.

Nota tamen quod si contrahens habeat bona in loco cōtractus, poterit iudex loci iustus præcedente citatione, & reo contumace, acto rem mittere in possessionem bonorum rei existentium in loco contractus, ita loquiur text. c. Roma. s. contrahentes. & ibi Doct. cōmūniter notant, de foro comp. lib. 6. Si vero non habet bona in loco contraetus, licet iudex loci iustus de causa cognoscere nō possit, nec progr̄ia sententia definita, ne c. locus sit remissio, potest tamen si latitat reus in loco domicili missione in possessionem honorum ex primo decreto decernere, & iudicem loci in quo bona sita sunt, pro executio ne requirere secundum cōmūnem & receptam Doct. sententiam in d. s. contrahentes. & d. l. hæres absens. s. i. vbi Paul. de Castr. & alij.

## Q V A E S T I O XV .

QVAERO. Quid si contrahens se submisit foro illius loci contractus, renunciando exp̄esse foro domicili? Respo. Gl. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. nō ferit. teneri remissioni locum esse, quam sequuntur ibi Doctores cōmūniter, & in d. l. hæres absens. s. i. vt firmat Paul. Castr. nu. 8. & Lanc. Deci. Et hanc sententiam amplectitur Panor. nu. 37. Felin. nu. 22. c. fin. de foro comp. Eandem dicit cōmūnem Ripa nu. 65. Berou. nu. 196. & Alc. nu. 52. c. 1. de iudic. Ias. l. 1. ff. si quis in ius vocatus nō ferit. Didac. Couarru. practic. quæstio. c. 10. nu. 5. Et Bald. tenet c. præterea de offici. deleg. Ias. l. 1. ff. de eo quod cert. loco. fori enim exceptio tollitur per renunciationem.

## Q V A E S T I O XVI .

QVAERO. Quid si apud tribunal loci cōtractus præstiro iumento promiserit se responsurum & litigaturum reus in illo loco, absq̄ alia fori renuntiatione? Respon. Communis & recepta est Doct. sententia, causam ad iudicem loci contractus remittendam esse, quam tenet Paul. de Castr. d. l. hæres absens. s. i. Rom. in singul. 283. Felin. d. c. fin. nu. 22. extr. de foro comp. Ias. d. l. 1. ff. de eo, quod cert. loco. Berou. nu. 196. Ripa. nu. 66. d. c. 1. de iudic. Maria. Socy. c. dilecti. nu. 39. ext. de foro compet. & eam communem esse post alios asserit.

## C A P V T XI .

### P R O C V R A T O R ,

#### S V M M A R I A :

**D**OCVRA TORE M posse interuenire in causa criminali, quando ex forma statuti procedi potest contra absentem, non quidem ad omnes actus iudiciorum, sed ad allegandas causas absentiae. Item ad docendum de innocentia, de priuilegio suo, vel incompetentiā iudicis, & similibus. q. 1.

Si in causa criminali interuenit procurator, nec sicut oppositum, valeat iudicium. q. 2.

stante statuto, q̄ in causa criminali non possit interuenire procurator, admittendū tamen instructore ad docendum de innocentia. q. 3.

Judicem

Judicem ex officio suo posse compellere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel ad caendum de rato, si dubitur de mandato. q. 4.  
 Iudicem ex officio, etiam nemine perente, posse compellere procuratorem ad praestanda ea, quae omilla iudicium retro sint redditura nullum. ibid.  
 Procurator habens mandatum ad exigendum, potest etiam recipere solutionem. q. 5.  
 Coniunctam personam admitti quidem ad agendum, non autem ad exigendum, & recipiendum. q. 6.  
 Procuratorem posse turare de calumnia in animam domini, si habeat eam ad rem speciale mandatum. q. 7.  
 Clausulam visitatam in mandatis procuratoriis, quod dominus relevet procuratorem ab omni onere satifandi, nihil operari si dominus non sit solundo, nec possideat immobilia; Et ita fideiussor sit minus idoneus. q. 8.

## Q VÆ S T I O I.

**Q**VÆR O , An procurator possit interuenire in causa criminali, quando ex forma statuti potest procedi contra absentem? Respon. Diversæ sunt sententiae. Nam Cynus in l. reos quæstione tertia. C. de accusationibus existimat quod possit. Et hanc sententiam quoque tenet Aretinus, inter accusat. ff. de public. judic. Alex. consil. 116. incip. animaduersis statutis. volu. 2. Et hanc dicit esse magis communem Iaf. l. is qui. C. qui testam. facere possit.

Alij vero contrâ censuerunt, hoc casu non posse procuratorem interuenire, Rai. d. l. reos. Et ibi Bald. & Salyc. q. 2. & Fulgosiens. Eandem sententiam firmat Bart. l. penitentia. §. ad crimen. ff. de public. iudic. Et eam dicit esse communem Alexandrinus, & seruandam dicit. consil. 116. Hipp. verò de Marsyl. in practic. criminal. §. sequitur. num. 27. distingendo concordas has opiniones, vt procurator possit interuenire ad docendum de innocentia rei, vel legitima absentia, vel de privilegio suo, vel in incompetencia iudicis, & similibus, & ita procedat prima opinio. Secùs vero si procurator vellet comparere ad omnes actus in iudicio occurrentes, quia non potest, & haec distinctio æqua est, alia si prima opinio indistincte procederet, daretur magna occasio delinquendi.

## Q VÆ S T I O II.

QVÆR O , An valeat iudicium, si in causa criminali interueniat procurator, & non fuit oppositum? Respond. Licet magna sit controvista inter Doct. vt per Hipp. de Marsyl. in practic. §. sequitur. num. 17. Tamen magis communiter approbata est ea sententia, quod tale iudicium valeat. Ita tenet gl. cap. i. verb. criminalis. de iudic. in 6. Specul. in tit. de procuratoriis. §. 1. ver. item quod est miles. Archidia. c. ad agendum, de procuratoriis. in 6. Eandem opinionem firmat Joannes de Lignano. c. veniens. de accusationibus. Ang. ius de Aret. in tract. de malefic. verb. qui iudex videvis, quod inquisiti non comparent. nu. 55. Oldradus consil. 130. incip. omissa prolixitate. Cæpolla, caurel. 222. incip. statuta quædoq. Roma. con. 215. incip. duo sunt, que principaliter. Et eam dicit esse communem Hipp. d. §. sequitur. nu. 17.

## Q VÆ S T I O III.

QVÆR O , An stante statuto, quod in causis criminalibus non possit interuenire procurator, debeat tamen admitti in instructor ad docendum de innocentia? Respon. quod sic. Et hanc dicit esse communem opinionem Iaf. in l. 2. C. qui testament. facere possit. Eandem sententiam firmat communio rem esse Fran. de Aret. in consil. 147. incip. visa consultatione. Et tener. Cæpolla. consil. 20. incip. quidam dum esse potestas. Corn. in con. 17. vol. 3. Et ab hanc sententia in considerando, & iudicando non esse recedendum dicit Ang. l. penit. §. ad crimen. ff. de accusatio. Eandem dicit esse communem opinionem August. Arimin. in addit. ad Angel. in tract. malefic. verb. qui dominus iudex. nu. 13. Et eam tenet latissime Hipp. d. §. sequitur. nu. 42.

## Q VÆ S T I O IIII.

QVÆR O , An iudex ex officio suo possit procuratorem compellere ad exhibendum mandatum, vel ad caendum de rato, si dubitatur de mandato? Respon. In hoc articulo Doc. sententias variant. Nam Imol. in l. inter quos. §. qui alieno. ff. de dam. infect. tener. quod non possit, reprobans glo. in c. i. verb. absensia, de elect. lib. 6. & in c. cum in iure peritus. de offic. delegat. quia iudex non debet officium suum impari non postulatum. Et eum sequitur Feslin. in c. causam quae. nu. 1. de iudic. vbi dicit gl. d. verb. absensia. que tener. ceterum, communiter est reprobata.

Sed in contraria sententiam, quod in quo possit iudex ex officio suo, nemine opponente, cogere procuratorem ad exhibendum mandatum, vel caendum de rato, magis communiter istum est, iuxta gl. d. c. i. verb. absensia ne iudicium reddatur illusorum, & retro nullum.

Opposita exceptione falsi procuratoris. Hanc opinionem prædicta glo. sequitur Ang. in l. Pomponius. §. ratihabitio. ff. de procur. P. 25. de Castr. in d. §. alieno. Bald. l. licet. C. de procuratoriis. & in Authent. offerantur. C. de lit. contest. Eandem sententiam firmat Ant. de But. & ibi Barbat. in c. cum M. de consti. Gemi. in cap. causam quæ per illum tex. de iud. vbi dicit, iudicem posse supplere in his, quæ reddunt iudicium retro nullum. Et ibidem Deci. nu. 10. & nu. 13. vbi dicit glo. in d. verb. absentia. esse magis communiter approbatam, & sequitur Roma. in con. 67. nu. 1. Eandem opinionem glo. dicit magis communiter approbatam Jacob. de S. Georg. l. licet. nu. 9. C. de procur. subdens ab ea in confundendo & iudicando non esse recedendum. Et eam quoque firmat Franc. Ripa. l. 4. §. hoc iudicium. num. 49. ff. de dam. infect. Maran. in Specul. p. 6. Rub. de inquisitione. nu. 194.

## Q VÆ S T I O V.

QVÆR O , An procurator habens mandatum ad exigendum, possit recipere? Respon. variant Doct. Nam Specul. tit. de procur. §. ut autem. ver. verum vt ad evitandas, existimat non posse, idem firmat Roma. l. non solum. ff. solut. matrim.

Contra vero sententia communiter recepta est, quod scilicet procurator habens mandatum ad exigendum, possit indistincte quoque solutionem recipere, vt firmat Iaf. in d. l. non solum. nu. 17. Verba enim intelligi debent secundum intentionem profrentis, & secundum qualitatem personæ, ita tener. Bart. & Doct. d. l. non solum. & lat. in l. hoc iure. ff. de solut. & in specie ibi Alex. Bald. & Ang. in l. nam & nocere. ff. de paft.

## Q VÆ S T I O VI.

QVÆR O , Nunquid confuncta persona admittatur ad exigendum & recipiendum? Respon. Communiter in eam itum sententiam, confunctam personam admitti quidem ad agendum pro confuncto, non autem ad exigendum. Ita tenet glo. l. hoc iure. ff. de solut. quam in hoc communiter approbatam esse dicit Iaf. l. 2. §. voluntate. nu. 16. ff. solut. matrim.

## Q VÆ S T I O VII.

QVÆR O , An procurator possit turare de calumnia in animam domini? Respon. quod possit & proprio nomine in animam suam, & alieno in animam domini, si habeat speciale mandatum secundum communem & receptam Doct. sententiam, talcm clausula multum operari, & releuare procuratorem, quando dominus est solvendo, & possit de immobilia. Alijs si non est solvendo, ex quo dominus non est fideiussor idoneus, talis clausula nihil operatur, ita tenet Bart. Rub. ff. de iud. soluen. Ang. & Iaf. l. filij s. ff. qui sati. d. cogant. Et hanc dicit esse communem opinionem Maran. d. par. 6. m. c. m. b. s. nu. 11.

## Q VÆ S T I O VIII.

QVÆR O , An clausula que communiter ponit solet in mandatis procuratoriis, scilicet, quod dominus relevat procuratorem ab omni onere satifandi, aliquid operetur? Respon. secundum communem & receptam Doct. sententiam, talcm clausula multum operari, & releuare procuratorem, quando dominus est solvendo, & possit de immobilia. Alijs si non est solvendo, ex quo dominus non est fideiussor idoneus, talis clausula nihil operatur, ita tenet Bart. Rub. ff. de iud. soluen. Ang. & Iaf. l. filij s. ff. qui sati. d. cogant. Et hanc dicit esse communem opinionem Maran. d. par. 6. m. c. m. b. s. nu. 11.

## C A P V T . XII.

## D I L A T I O .

## S V M M A R I A .

**D**I L A T I O N E M datam ad probandum esse peremptoriæ: adeo vt licet in assignatione termini non apponatur verbum peremptoriæ, tamen subintelligatur ex iuris dispositione. q. 1. Dilatationem probatoriam semel tatum dari: Nisi iustum impedimentum interueniat in prima dilatatione, vel pars aduersa non contradicteret, aut ius eius non esset factum deteriorius, sed omnia integra. q. 2. Secundam dilatationem, que datur propter impedimentum, vel aliam iustum causam, non dari ad quoscunq; testes producentos, sed eos tantum, quos in prima dilatatione pars produxisser, si impedita non fuisset. q. 3.

## Q VÆ S T I O I.

QVÆR O , Vtrum dilatio, que datur ad probandum, sit peremptoria? Respon. quod sic, & haec est communis opinio, vt firmat Hiero. de Monte in tract. de finib. cap. 49. nu. 4.

Et hæc conclusio adeo procedit, vt licet in assignatione termini non apponatur verbum peremptoriæ, tamen subintelligatur ex iuris dispositione. Ita tener. Bart. in l.



# Commu.opinionum, Liber II.

113

in l.1.C.de dila.Alex.& Doc.communiter.l.f. ff.de ferijs.teste Maran.  
d.Rub.de dilat.nu.2.par.6.Eandem sententiam firmat Bart.l.finita.  
§.Julianus.& ibi Alex.nu.12.ff.de dam.infest.laf.2.nu.36.ff.de re iud.  
Iaf.l qui Romæ §.duo fratres.nu.51.ff.de verb.obli.Feli.c.pastoralis.  
nu.2.extra de except.Spec.tit.de dila.§.1.num.3.& §.videndum.nu.7.  
Franc.Nicorit.c.quoniam contra.in glo.verb.dilations.nu.15.extra  
de probationibus.

## Q V A E S T I O II.

QVAERO, Quoties detur dilatio probatoria? Respon. q non  
detur nisi semel, ita est tex.in l.1.C.de dila.& ibi Bar.& l.f.ibi, Alex.&  
Doc.communiter ff.de ferijs, ut firmat Pe.d Duen.in reg.200.Hier.  
de Mond.d.tra& de finibus.Marant in Spec.6.par.Rub.de dilat.cum si  
milibus per eum alleg.

Hanc conclusionem limita, ut non procedat, quando extat iustū  
impedimentum in prima dilatione. Nam potest dari secunda, ita te-  
ner gl.i.ibi, tu verò dic, in d.l.f. quam communiter approbatam dicit  
Iaf.ibi.nu.33.& nu.36.Et ibi qualiter hoc procedat, Marant d.Rub.de  
dilat.nu.5.

Secondo limita non procedere, quando iudex daret secundam di-  
lationem præfente parte vtracq; & non contradicente. Namque tunc  
cenetur data de voluntate ambarum partium, & valet, secus si pars  
contradicat, ita tenet Bal.d.l.f. & ibi Alex.& Doc.communiter, vt re-  
fert Marant d.Rub.de dila.nu.12.ad eo ut probations infra eam rece-  
pte non valeant, idem Bal.in con.33.col.f. vol.5.& Doc.d.l.f.

Limita tertio, quando ius aduersarij non est factum deterius, &  
omnia sunt in integro statu. Namque tunc iudex potest concedere se-  
cundam dilationem ab eo alio impedimentoum, vel alia legitima causa,  
ita tenet Bar.d.l.f.Spec.ti.de dilat.§.nunc videamus ver.sed nunquid  
post lapsum tempus, & se quuntur omnes Moderni, ut firmat Iaf.l.  
f.nu.33.licet ipse teneat contrarium.

## Q V A E S T I O III.

QVAERO, An secunda dilatio, quæ datur propter impedimen-  
tum, vel aliam iustam causam, detur ad quoscunq; testes producendos?  
Respon. q non, sed eos tantum, quos in prima dilatione pars produ-  
xisset, nisi fuisset impedita, ita tenet Bar.in l.admonendi.nu.2.ibi Bal.  
in l.lectu.nu.4.Sal.& Doc.in l.1.de dila.Et hæc sententia communis  
& verior est, licet contrarium, sed minus recte, teneat Iaf.in repe.lad-  
monendi.nu.11.& lec. post Lud.Roma.ibid..

## C A P V T X I I I .

### E X C E P T I O .

#### S V M M A R I A .

**E**XCEPTIONES litis finitæ præ cæteris exceptioni-  
bus peremptorijs, & ante, scilicet, ad impediendum  
processum, & post litis contestationem ad perimendum  
ius actoris opponi:Nisi altiore requirant indaginem,  
nec possint incontinenti probari.q.1.  
Vtrum exceptio incontinenti probari possit, ac debeat, an verò non,  
arbitrio iudicis definiendum permittit q.2.  
Quilibet exceptionem peremptoriam opponi posse ante item con-  
testatam ad impediendum litis ingressum: modò liquida sit & no-  
toria.q.3.  
Exceptionem iuris iurandi, & perituri, cum sit litis finitæ, impediare li-  
tis ingressum, & processum ad vteriora.q.4.  
Exceptiones litis finitæ, cur sic dicantur.q.5.  
Iudicem ex officio posse agentem sine actione repellere, licet non op-  
ponatur exceptio.q.6.  
Exceptionem spolijs impidiere litis ingressum.q.7.  
Exceptionem spolijs, cum sit dilatoria, post litis contestationem oppo-  
nitam, de iure civili non suspendere petitorum.q.8.  
Exceptionem spolijs, non repellere quemcunq; tertium possessorem:  
sed habere tantum locum contra ipsum spoliante.m.q.9.  
Exceptionem reuocandi domum, posse opponi coram iudice totius  
regionis generalitat ad cuius tribunal omnes, etiam alibi domiciliū  
habentes, legitimè vocari possent.q.10.  
Exceptionem non numerata pecunia opponi posse intra biennium,  
etiam si fuerit ei renunciatum.q.11.  
Exceptionem non numerata pecunia non competere post biennium,  
ne quidem de æquitate Canonica.q.12.  
Quandocunq; quidclarè decisum est iure civili, nec reperitur iure Ca-  
nonico immutatum, standum iuri Civili, etiam in foro Cano, ead.  
q.11 fin.  
Exceptionem dominij, sive proprietatis posse opponi agenti interdi-

cto adipiscendæ possessionis, si non opponens incontinenti se ob-  
tulerit ad probandum.q.13.  
Exceptionem excommunicationis posse opponi post conclusionem  
in causa.q.14.

## Q V A E S T I O I .

V A E R O, Quando opponantur exceptiones litis  
finitæ? Respon. Et iure cauitum est, & à Docto. nostris  
communiter receptum, exceptiones litis finitæ, & an  
item contestatam ad impediendum processum præ  
cateris exceptionibus peremptorijs opponi posse  
speciali quodam præiuglo.c.1.& ibi Doct.commu-  
niter, de lit.contest.lib.6.Et post litis contestationem ad perimendum  
ius actoris. Hanc dicit esse communem Iaf.l. ait prætor.nu.15.ff.de  
iure iur. Et eam tenet Bal.l. postquam liti.C.de pacf.l.exceptionem. C.  
de probal.nam postea, & ibi Alex.ff.de iure iur. Eandem dicit esse com-  
munem Rober.Marant in tra& de ord.iud.par.6.Rubr de citat.nu.12.  
Et eam tenet cōmuniter Doct.Cy.Bal.Sali.& sequaces.l. emperor.C.  
de præscr.long.temp.Bar.l.f. ff.pro socio.Bar. Bal. Ang.Iaf. Decius,  
& Doct.l.fratris.C.de transactiōnib. Eandem dicit esse communem  
Franc.Balb.in tract.præscr.par.1.q.9.Socy.Iun.con.14.nu.15.lib.3.Lu-  
dolph.Schrad.in con.32.inter consilia iuriscul. Germa.par.1.nu.83.

Prædicta conclusio procedit, si exceptiones litis finitæ non requiri-  
rant altiore indaginem. Sed incontinenti probari possint, alias re-  
seruantur post litis contestationem. Ita tenet Bar.Alex.& Doct.in l.  
ille a quo. si de testamento. ff.ad Treb.Bar. Alex.Iaf.& Doct.l.nam &  
postea ff.de iure iur. Fel.Rub.nu.10.ext.de præscr.Fran.Balb.in tracta.  
præscr.1.par.q.9.Nic.Boër.decis.34.4.vbi communem asserunt. Ean-  
dem dicit esse cōmuniter sententiā Marant in d.Rub.de citat.nu.13.Et  
ita iudicatum est in exceptione præscriptionis, quæ est litis finitæ, te-  
statur Matth.de Afflct.decis.52.

## Q V A E S T I O II .

Porrò vtrum exceptio incontinenti probari possit, an verò non,  
arbitrio iudicis definiendum permittit, ita tenet Inno. Cardi.lmo.  
Abb.& Ant.de Bu.c.veniens.el.2.& ibi Fel.nu.15.ext.de testi.Bal.l.si  
ex falsis.nu.11.C.de transact.Pet.lac.infua practi.form.secundi libel  
li.super l.2.C.de edic.diu Adr.Tiraq.repe.l.f.vnquam.ver.suscepit  
liberos.nu.30.C.de reuoc.dona.Eandem dicit cōmuniter Schrader d.  
con.32.nu.88.Et ibidem in subscriptione iurid.sacul.Lipſtis.in prin.

## Q V A E S T I O III .

Sed quæro, Nunquid etiam aliae exceptiones peremptoriæ pos-  
sint opponi ante item contestatam ad impediendum litis ingressum?  
Respon. Secundū communem & receptam Doct.sententiam, quam-  
libet etiam aliam peremptoriā exceptionē ante item contestatā,  
ad impediendum processum opponi posse, quando illa exceptio est li-  
quida & notoria, alias non. Ita tenet Io. And.in addit.ad Spec.§.dicto.  
ver.sed pone. Ant.de Bu.& Abb.in c.f. & ibi Fel.nu.4.exgr.de libel.  
obla.Bal.l.eleganter. §.si quis post de condic.indeb. & in l.postquā li-  
ti.versi.octaua exceptio.C.de pac.Eandem sententiam firmat Alex.l.  
nam & postea. §.led eti quis & ibi Iaf.nu.8.Ant.de Bu. Abb.& Imo.  
in c.exceptionem.ibi Fel.nu.14.de excep.Ludolph.Schrader in d.con.  
32.nu.84.vbi dicit eam esse communem Alex.in consi.62.nu.11.& 12.  
vol.7.Abb.c.super literis.ibi Fel.nu.37.Decius nu.11.de rescrisp.

## Q V A E S T I O I V .

QVAERO, An exceptio iuris iurandi, & perituri impediatur li-  
tis ingressum, & processum ad vteriora? Respon. q sic, cu sit exceptio  
litis finitæ, tex.est in l.nam & postea.ibi Bar. Alex.& Doct.ff.de iure  
iur. & firmat Bar.in l.eleganter. §.si quis post ff.de condic.indeb. & ita  
communiter teneri dicit Thomas Gram.decis.66.nu.1.

## Q V A E S T I O V .

QVAERO, Quare appellantur exceptiones litis finitæ? Respon.  
Communiter traditum est, Ideo appellantur exceptiones litis finitæ, quia  
inductæ sunt ad hoc, vt sit litum finis. Ita declarant Doctores com-  
muniter in l.fratris.C.de transact, vt firmat Marant in Specu. aduo.  
par.6.Rub.de excep.nu.11.

## Q V A E S T I O VI .

QVAERO, An iudex agentem sine actione, si non oppona-  
tur exceptio, ex officio suo possit repellere? Respon. quod sic, & hoc  
in quacunq; parte iudicij, de hoc est gl.in l.vbi pacfum.& ibi Doct.  
communiter.C.de pac.vt testatur Rober, Marant d.Rub. de except.  
nu.6.& firmat gl.l.2. §.quod si actor. verb.rei.C.de iura.calum. Pau.de  
Cast.consi.250.vol.2.

Commu.opi.To.3.

H

## Q VÆ S T I O VII.

QVAERO. An exceptio spoliationis impedit litis ingressum? Respon. Communis est Doctorum sententia, q. sic, ita tenet Anto. de Bu. in c. cum olim. 2. ext. de resti. spo. vbi ita intelligit c. frequens. eo. tit. in 6. & ibi lo. And. Ang. in 1. limarito quondam. C. de dona. inter vir. & vxo. Spec. c. de citat. §. i. ver. item quod est spoliatus. Hanc dicit esse communem sententiam Thom. Gram. decisi. 85. nu. 1. Io. Fab. §. i. Inst. de actio. Licer contrarium velit Panor. d. c. olim.

## Q VÆ S T I O VIII.

QVAERO. An exceptio spoliis post litis contestationem oppo sita suspendat petitorum? Respon. Magna est controuersia inter Doct. in hoc articulo. Nam Abb. in c. ex conquestione. de resti. spol. exsolvat. spoliatum cōuentum petitorio a spoliante. posse vsque ad conclusionem in causa opponere de spolio. & talem exceptionem suspen dere petitorum. etiam si proponatur post item contestatam. Et ita dicit communiter tenere canonistas. Pau. de Cast. in con. 272. incip. quia per primum. quem refert Ant. Capyc. in decisi. 28. nu. 8. Et pro hac opiniōne est tex. in Clem. i. de caus. possit. & propr.

Contrariam sententiam comprobant Doctores iuris Civilis magis communiter in 1. naturaliter. §. nihil commune. & ibi in specie hoc firmat. Ias. nu. 137. ff. de acqui. poss. q. scilicet exceptio spoliis fit dilatoria. Ideoque proponenda ante item contestatam. alias si post opponatur. petitorum non suspedit. Ita tenet Aret. & Doct. d. §. nihil commune. & Pau. de Ca. in d. con. dicit esse communem sententiam Doct. in d. §. nihil commune. Oldendorp. in tract. suo excep. sub Rub. de excep. spoliis. Vbi tamen ipse inclinat in contrariam partem. cum modificatione tamen existimans perdurum esse. si strictum ius tantilli temporis post litera contestatam. eripere debet reo conuento defensionem ablatarum sibi rerum per act. rem. Recētissimè igitur inquit iudicem sequi median viam. inspecta rerum & personarum qualitate. ut animaduertat. uter litigantium de dāno. aut de lucro sit solitus. Pinguis enim certanti de damno succurritur. quam de lucro captando. Respondent Docto. q. contraria in ca. ex conquestione. & Clem. i. loquuntur in spiritualibus & beneficialibus de aequitate Canonica.

## Q VÆ S T I O IX.

Sed quæro. Nunquid prædicta exceptio spoliationis repellat quemcumq. etiam tertium possessorum suspenso petitorum? Respon. Communiter recepta est ea sententia. quod tantum locum habeat aduersus ipsum spoliatorem. & non alium. Ita tenet Abb. in c. 2. de ord. cognit. & in c. literis. de resti. spol. Alex. Ias. & Doct. in l. i. si bonis. C. detine delib. reprobata opinione Bart. & Ang. Errata firmant omnes scribentes in c. frequens. de resti. spo. lib. 6. Cuius dispositionem etiam locum habere in foro ciuilis cōcludunt communiter. ut dicit Marant. in Spec. aduocat. par. 4. diffl. in 6. nu. 42. Eandem dicit communem esse sententiam. & secundum eam esse iudicatum. Matth. de Affl. decisi. 19. nu. 7. cum pluribus allegat.

## Q VÆ S T I O X.

QVAERO. An exceptio revocandi domum possit opponi coram iudice rotius regionis generali. ad cuius tribunal omnes competenter vocari possunt. etiam alibi domicilium habentes? Respon. q. sic. Ita tenet Bar. in 1. 2. §. legatis. ff. de judic. cui communiter subscribunt cæteri Doct. ut firmat Oldendorp. in suo tract. excep. sub Rubr. de excep. revoc. domum.

Communiter receptum est. exceptionem non numerata pecunia opponi posse intra biennium. etiam si quis confiteatur te receperisse pecuniam. quam non recepit. Ita probat text. in 1. in contractibus & ibi communiter Doct. & in §. i. Init. de liter. oblig.

Amplius hæc conclusio. ut procedat. siue quis confiteatur in scriptura publica siue priuata. Ita tenet gl. & Doct. communiter in 1. si excautione. C. de non numerata pecunia. Licer ibi contrarium velit Pet. de Belpert.

## Q VÆ S T I O XI.

Sed quæro. Nunquid hæc conclusio procedat. si renunciarum sit exceptioni non numerata pecunia? Respon. in hac questione variari est sententia. Nam q. renunciatio impedit opponi exceptionem. tenet gl. in d. si ex cautione. verbo. probare. in fin. versi. alij. ut Azo. Et hanc sententiam sequitur Cardi. in c. f. de solu. nu. 9.

Contrariam opinionem. q. prædicta renunciatio non præfudit. renunciati. tener. Cy. Bar. Bal. & Sal. in d. si ex cautione. Bal. in margin. verbo. renunciatio. fel. c. si diligenti. limit. i. de for. comp. Eandem. sententiam firmat. Gorn. in con. 52. nu. 4. lib. 1. P. de Anzola in pract. artis notariae. tit. de excep. non numera. pecun. Hipp. in sing. 222. Steph. Aufred. in addit. ad decisi. Capel. Tholos. quæst. 874. Hanc quoq;

tenet Fel. c. si cautio. nu. 4. 8. Alex. in con. 179. nu. 2. volu. 2. Et statener omnes Doct. testatur Ias. 1. qui pecuniam. nu. 2. ff. si cer. per.

## Q VÆ S T I O XII.

QVAERO. Vtrum exceptio non numerata pecunia de aequitate canonica possit opponi post biennium? Respon. Diuersa sunt 1. & 2. & 3. sententiae. Nam q. possit opponi dicit esse communem opin. Io. de lino. c. f. nu. 32. desol. Sal. d. i. in contractibus in princ. Eandem dicit esse communem Fel. c. si cautio. nu. 6. 1. ext. de fide instru. Hipp. in sing. 463. & eam exprefse tenet Dyn. in reg. locupletari. de regu. iur. in 6. Dec. iure naturæ. nu. 4. ff. eod.

Contrariam tamen sententiam. q. immo non solum de iure Clivii. sed etiam de iure canonico non competit illa exceptio. tenet Spec. in tit. de resti. in integr. §. i. nu. 2. 5. Bal. in lib. cum quis. nu. 22. C. de iur. & fac. igno. & ibi las. nu. 18. Ias. d. i. qui pecuniam. nu. 7. ff. si cert. pe. Hippo. de Marfil. sibi contrarius in sing. 277. ver. an autem. Et eam dicit esse magis communem & veram Pe. à Duen. in reg. 261. limit. 2. Quandocunq. enim est aliquid clarè decisum de iure ciuili. nec reperiatur immutatum de iure canonico. statutus iure ciuili etiam in foro canonico.

## Q VÆ S T I O XIII.

QVAERO. An exceptio dominij. sive proprietatis possit opponi in agenti interdicto ad ipsiuscuncepti possessionis? Respon. q. sic. dummodo oppositum obtulerit se ex continentia probaturum. text. est. d. ille à quo. §. i. ff. ad senatusconsultum Trebil. 3. ff. ad exhiben. Hanc dicit esse communem opin. Ant. Capyc. in decisi. 121. nu. 28. Et eam tenet Pau. de Cast. l. 2. C. de edict. d. i. Adria. tol. & l. si de vi. ff. de iudic. Eandem tenet Bald. i. fin. c. quor. bonor. Oldendorp. tract. excep. Rub. de except. dominij.

## Q VÆ S T I O XIV.

QVAERO. An exceptio excommunicationis possit opponi post conclusionem in causa? Respon. Licer. Cardi. in Clem. i. de exce. velit non posse. Tamen contra opinio communis calculo approbarat. ut dicit Barba. in c. f. de probationibus qui adducit ibi multas rationes & iura. quem refert Hippo. de Marfil. in pract. crimin. §. sequens. nume. 24.

## C A P V T . X I I I .

## L I B E L L V S .

## S V M M A R I A .

**S**VFFICER. Aperte narrare factum in libello. nec opus esse ut exprimatur nomen actionis. q. 1.  
Facto aperte in libello narrato & proposito. non vitiarib. bellum propter actionem incepit expressam. q. 2.  
Cum ciuiliter agitur de crimine. non requiri in libello solennitatem. libellorum. ff. de accusa. Nisi crimen talis sit. q. infamet. Tunc enim inferendum est. locum & tempus. q. 3.  
Causam actionis in libello exprimendam. quæ si inepita sit. libellum vitiar. q. 4.  
Libellum emendare. vel mutare ante litis contestationem. permisum est non post eam. Nisi fiat mutatio in secunda instantia. aut etiam in prima in iudicij via iuris factus. q. 5.  
Facultatem emendandi. mutantque libellum præceptam esse actioni post litis contestationem. licet addita sit in libello vulgaris clausula. salutio iure addendi. minuendi. & mutandi. &c. q. 6.  
Impensas indebitæ fatigationis. non litis vel causæ perendas officio iudicis. non per actionem in factum. ut gl. vult. q. 7.  
Cumulationem plurim actionum in eodem libello permitti. Nisi cum duæ actiones ita se habent. ut una proposita. & condemnata. ne secura. atque executione facta. contingat liberatio ab altera quæst. 8.  
Actiones ciuilem & criminalem. tendentes ad diuersa. posse cumulari in eodem libello. ita tamen ut una principaliter. altera incidenter intetur. Secùs. si vitaque tendat ad vindictam. q. 9.

## Q VÆ S T I O I .

VÆRO. An action sit exprimenda in libello? Respon. de iure canonico hoc est expeditum per tex. c. dilect. de iud. Sed dubium est de iure ciuili. Communis ratio & recepta est sententia. q. sufficiat factum in libello aperte narrare. absq; expressione actionis. Hanc tenet gl. & Doct. in l. i. in prin. ff. de eden. & ibi Bald. dicit. q. ita obseruat consuetudo. Cy. Bar. & alij in l. edita. C. de edend. Et ibi las. dicit hanc esse communem opinionem. nu. 2.

QVÆ

## Q V A E S T I O II.

Q V A E R O , Quid si in libello sit aptè narratū, & deinde actio inepta proposita, nunquid libellus in totum vitetur? Respon. Licet nonnulli existimarent libellum in totū vitari proper ineptam actionem propositam. Bal. & Ang. sibi contrari in l. 2. per tex. C. de formu. Specu. in tñ. de act. & peti. s. sequitur. ver. penul. Tamen ceterior & receptor est sententia contraria, vt firmat Ias. d. l. edita. nu. 3. Et eam tenet Inn. in c. examinata. & ibi Imo. & Panor. ext. de iudic. Bar. in l. 1. in prin. & ibi Bal. & Doctor. ff. de edendo. Ang. Sal. & Pau. de Ca. d. l. edita. l. o. in addi. ad Spec. d. tit. de act. & peti. s. sequitur. ver. penul. Eadem dicit esse magis communem Ias. l. 1. in prin. nu. 4. ff. de eden. Namque cum de necessitate actionis expressio non requiratur, secundum receptam sententiam, ut supra, & indubitate juris sit, q. quando aliquid non requiritur de necessitate, si illud exprimatur, & inepte, non vitari per hoc auctum, sequitur actionem quoq. ineptam non vitare libellum. Eandem dicit esse communem sententiam Maran. in Specu. par. 6. Rub. de sententia. nu. 69.

## Q V A E S T I O III.

Q V A E R O , An in libello, in quo agitur civiliter de criminis, requiratur solennitas. l. libellorum. ff. de accusat. Resp. Communiter receptum est, q. si crimen sit tale, quod infamat, tunc requiri solennitatem istius l. vt scilicet inseratur locus & tempus in libello, secus si non infamat, ita tener Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. l. item exigitur. ff. de do. l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil. Socy. consl. 4.6. vol. 1. Et eam dicit esse communem sententiam Marant. in Specu. parte 4. distin. l. nu. 30.

Vulgaris est conclusio, in libello de necessitate requiri, vt causa exprimatur, vt per Barr. & Docto. communiter in l. 1. ff. de edend. & d. l. edita.

## Q V A E S T I O IV.

Sed quero, Nunquid si inepta exprimatur, vitietur libellus? Respon. Communis & recepta est Doct. sententia, si talis causa exprimatur in libello, vt ex ea appareat, genti nullum fuisse competere, vt quia dicit, per talum fundum, quia Rex est in Francia, talem libellum esse nullum, & non valere, etiam parte non opponente, ita tener Bar. Bal. Pau. de Ca. & Alex. in d. l. edita. & d. l. 1. Et hanc dicit esse communem sententiam Maran. in Spec. aduo. d. par. 6. Rub. de sententia. nu. 68.

## Q V A E S T I O V.

Q V A E R O , An permisum sit emendare vel mutare libellum? Respon. secundum receptam Doctorum sententiam, emendationem & mutationem libelli regulariter permiti ante litis contestationem, non autem post, ita tener gl. in c. & ibi Doct. ext. de libel. oblat. l. edita. C. de ed. s. fin minus. Insti. de act. & ibi Fab. Ang. Ias. & Doct. communiter. Ias. & Doct. d. l. edita.

Limits, vt procedat in eadem instantia, secus autē in diuersa, quia tunc petere possum id, quod in prima instantia non deduxi, vel q. alter deduxi. Bar. & Doc. communiter in d. l. edita. & expreſſe R̄iminal. Ias. & Doct. d. s. fin minus.

Limits secundò, vt procedat in iudicij singularibus, secundū gl. communiter approbatam, in d. l. edita. & ibi Ias. nu. 13. Et licet quidam velint etiam in singularibus iudicij post litis contestationem permiti, si aliquid addere circa rem petitam, vt si primō quis minus petiē, & potea velit plus petere. Io. Fab. d. s. fin minus. & ibi Mynsing. Alciat. in d. l. edita. per tex. d. s. fin minus. qui generaliter loquitur, nec facit mentionem litis contestationis, & verbum petierit, quod ad iudicia singulare refertur post litis contestationem accipitur? Tamen illorū opinio communis calculo improbata est, secundum Bart. Bal. Alex. & Ias. in d. l. edita. & d. s. fin minus.

Secus vero est in iudicij vniuersalibus, Namque in ijs fieri potest emendatio & additio etiam post litis contestationem. Inn. & Doct. in d. c. s. ext. de libel. obla. gl. & Docto. omnes d. l. edita. & d. s. fin minus. Licet Bar. & Docto. communiter velint id non procedere in iudicio vniuersali, si agatur ad unam rem tantum, vt si agatur petitione haere ditatis ad fundum, & ita ad unam rem singularem, refragante in hoc Ang. in d. s. fin minus. nu. 5. & Fulgos. in d. l. edita.

## Q V A E S T I O VI.

Q V A E R O , Quid si in libello apponatur clausula vulgaris, faluo iure addendi, minuendi, & mutandi, Nunquid poterit libellus emendari, vel murari post item contestatam? Respon. Communiter in eam item est sententiam, nō obstante tali clausula protestativa post litis contestationem actori præceptam esse facultatem emendandi & mutandi libellum, ex quo facultas illa non dependet a protestante, & arbitrio actoris, sed ipsius legis permittentis tantum usq. ad litis contestationem, & non post. Ita tener Bar. & Doct. in d. l. edita. & in specie Ias. nu. 41. & sequent. dicit eam esse communem sententiam. Eandem

firmat Panor. in c. 2. nu. 28. ext. de libel. obla. Bar. in l. non solū. s. mor te. ff. de noui oper. nunciat. Ang. in l. si quis intentione ambigua. ff. de fiduc. Licet contrarium teneat minus recte, in l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure.

Recepti juris est, q. actor emendans vel murans libellum, tenetur reo reficere expensas indebitae fatigationis, non litis vel causa. Bar. & Moderni in d. l. edita.

## Q V A E S T I O VII.

Sed quero, An tales expensæ petantur iure actionis, vel officio iudicis? Respon. Licet gl. in d. l. edita. existimat petendas esse per actionem in factum? Tamen eius opinionem reprobata, & in eam istum est sententiam, q. tales expensæ veniant iudicis officio mercenario, ita tener Bar. & Doct. d. l. edita. & ibi Ias. nu. 38. dicit hanc esse communem opinionem.

## Q V A E S T I O VIII.

Q V A E R O , An cumulatio plurium actionum permittatur in eodem libello? Respon. Regulariter permisum esse, secundum communem Doctorum sententiam, gl. communiter approbata in d. l. edita. vt firmat Ias. ibi. nu. 29. ver. istam tenet.

Limits, vt non procedat, quando duæ actiones irate habent, q. vna proposita, & condemnatione lecita, & executione facta, continet liberato ab altera. Ita tener Bar. d. l. edita. per tex. l. 1. s. ff. ff. famili. furt. fecis. dicat. Cuius doctrinam communiter approbatam esse firmat Thom. Gram. in decf. 68. nu. 2. Ias. d. l. edita. nu. 29. Et eam tenet Ang. Fab. Ias. & Plat. d. s. fin minus. & ibi Mynsing. Insti. de actio. Lan franc. de Orlan. repe. Rubr. de caus. poss. & propri. pract. Ferr. in for. libel actionis realis, verb. saluo iure.

## Q V A E S T I O IX.

Hinc quero, Vtrum actio civilis & criminalis possint cumulari in eodem libello? Respo. Communis & recepta est Doctorum sententia, q. si actio civilis & criminalis tendunt ad diuerla, tunc potest agi copulari, & ciuiliter & criminaliter, vt si criminalis deatur ad vindictam, ciuilis verad protectionem rei familiaris. Si vero virat, deatur ad vindictam tam ciuilis quam criminalis, tunc non permittitur cumulatio. Ita tener Abbas. c. 1. nu. 9. extr. de iureiur. Vna enim electa tollitur alia. Bar. in l. 1. C. quan. ciui. act. præiud. crimi. & in l. prætor edit. s. si dicatur. ff. de iureiur. l. 2. s. 1. ff. vi honor. rapt. Pe. a Pla. in epito. delict. lib. 1. c. 6. nu. 30. Et hanc dicit esse communem sententiam Röver. Maran. in Spec. par. 4. dist. 1. nu. 5. Et firmat Mynsing. libr. 2. obseruat. c. 25. Dummodò tamen eo casu, quo diximus cumulationem permitti, non viratque actio principaliter intentetur, sed vna principaliter, al tera incidenter. Bar. & Doct. vbi supra. Abb. c. postulati. num. 4. & ibi Fel. nu. 2. ext. de iudæ. cum pluribus allegatis, per Pe. a Pla. lib. 1. in epi. delict. 6. nu. 36. Maran. d. Spec. parte 4. distin. 1. nu. 20.

## C A P V T X V.

### L I T I S C O N T E S T A T I O.

#### S V M M A R I A.

 O GI quem posse præcisè ad item contestandā: Et quæ sit huius ratio. q. 1. Coactio ad contestandam item fit captis pignoribus: Et per detentionem personæ. ead. q. in fin. Responsionem factam cum protestatione, q. non fiat animo item contestandi, non inducere litis contestationem. Nisi præcesserit iussus iudicis præcipientis item contestandi. q. 2. Claustalam, nego narrata, prout narrantur, esse vera, efficere & operari, ne respondens incurrit in peccatum. q. 3. Litis contestationem probari tali scriptura, si in actis reperiatur scriptum, tali die item esse contestata. q. 4.

## Q V A E S T I O I.

Q V A E R O , An quis præcisè possit cogi ad item contestandam? Respo. quod sic, quia est actus iudicis, & iudicium redditur in inuitum. Ethoc est communis opinio, vt testatur Maran. in Spec. Rubric. de litis contestat. numer. 8. Et eam tenet Francise. de Aret. l. qui in aliena. s. fina. ff. de acquirenda haereditate. Bald. in l. 1. C. de lit. contestat. Alex. l. si finita. s. lullianus. ff. de dam. infect. Vbi dicunt cogi posse captis pignoribus, & per detentionem personæ.

## QVÆSTIO II.

**QVAERO**, An responsio facta cum protestatione, qd non fiat animo litem contestandi, inducat litis contestationem? **Respon.** qd non secundum communem & receptam Doct. sententiam, vt firmat Marant. d. Rubr. de litis contestatu. 10. quia ad litis contestationem requiritur animus, qui declaratur ex tali protestatione, vt quia narratur facta ad instruendum iudicem, vel dicit actor non competere actum & petit se absoluiri. Licer enim ibi narrata sicut aliqua qualitas tribueni jurisdictionem, & respiciens causæ merita? Tamen non inducitur litis contestatio, quia vbi in negatio pariter respicit jurisdictionem & petitionem, potius interpretanda est ad exclusionem jurisdictionis, quam ad litis contestationem. Ita tener Ant. de But. Panor. & Socy. c. si clericus de foro compe. Eandem sententiam firmat Bar. & Bal. in l. 1. C. de litis contest. Inn. Abb. & Fel. c. i. extra eod. Franc. Are. d. l. quin in aliena. §. ff. de acquir. hære. Alex. in con. 42. vol. 3. Et ita pronunciari in iudicio Cameræ Imper. at testatur Mynsinger. in obseruatione 49. Centu. 4. Intellige tamen secundum Doct. communiter, nisi prius iudex iussit litem contestari. Nam quæ tunc, cum simus in casu necessario, protestatio nihil relevat.

## QVÆSTIO III.

Sed nunquid in dubio rogitus notarius præsumetur? Respo. quod non, & est communis opinio, vt firmat Innoc. & alijs post ipsum in d. c. 1. de fide instru. Vbi subdit utile esse, quod notarius altera se esse rogatus, alias si non faceret, nec aliter de rogitu constaret, instrumentum non valerer. Eadem opinionem tener Bart. Ang. Imol. & Alexan. & Moderni in l. sciendum. ff. de verb. oblig. Spec. & loan. Andr. versic. & & not. & in tit. de teste. l. 1. ver. quid ergo si dicatur, & eam dicit quod communem Tho. Gram. in d. decil. 106. nu. 25. Bart. tamen sequitur glo. in d. nos autem, quod præsumatur rogatus, quando concurredit alterum de tribus, vel quod notarius dicat publicati, vel quod dicat rogatus scripti, vel simpliciter scripti, & reperiatur in quinque rogationum instrumentorum, & cum Bartol. in omnibus transcurrit Doct. in d. l. sciendum.

## Q VÆ S T I O VII.

Q VÆR O, Quæ dicantur instrumenta antiqua? Respon. secundum communem & receptam Doct. sententiam, ea dicit instrumenta antiqua, quæ ante centum annos scripta sunt, vt firmat Innoc. in c. veniens. ext. de verb. signi. Alex. & Moderni l. cum aliquis. C. de Jure deliber. Alex. in consil. 6. in fin. vol. 1. consil. 203. col. pen. volum. 2. consil. 89. col. 2. vol. 5. consil. 140. col. pen. vol. 2. consil. 12. & consil. 75. col. 1. vol. 4. Ias. l. admonend. nu. 203. ff. de iure iur. & in d. l. cu. aliquis. Dec. c. 1. extr. de app. Eadem communem op. firmat Matth. de Affili. decil. Neapolit. 2 45. nu. 4. Schrader. in con. 22. inter consilia Doct. Germanicorum Tomo 1. Ias. in con. 8. l. col. 2. con. 114. col. pen. lib. 1. consil. 34. col. pe. lib. 3. & con. 148. col. fin. l. 3. l. 3. l. de Imo. l. 2. & idem Labec. ff. de aqua plu. Spec. tit. de proba. l. 1. ver. valet. Dec. in con. 321. col. 4. con. 13. col. pen. & consil. 42. col. 2.

## Q VÆ S T I O VIII.

Q VÆR O, An fides habenda sit in instrumento publico, & de quo protocollo confectum non est, vel factum non reperiatur? Respon. Certatum est variantibus sententiis, quidam enim existimarent fide habendam in instrumento, etiam si in scriptis contractus fuerit gestus, nec etiam conferre de protocollo. Eius sententiæ authores sunt Nic. de Matarellis, quem referit Bal. Rub. C. de fid. in stru. Pau. de Cal. contractus. col. vlt. eod. titu.

Contrarium vero sententiam frequentioris consensu approbarunt Doct. q. scilicet vbi actus in scriptis celebratus fuerit, fides instrumento non sit habenda, si protocollo non appareat, ita tener Bart. d. Rub. C. de fide in stru. nu. 20. Alex. con. 175. lib. 7. nu. 4. Decl. c. quoniam contra. nu. 5. de proba. Pau. de Ca. con. 125. lib. 2. R. o. vbi dicitur hanc opin. ita receptam esse, vt non habeat contradictem, in con. 174. Secus vero, quando contractus celebratus non fuit in scriptis, nec id actum, quia tunc fidem facit, etiam si protocollo non reperiatur, vt firmat Bal. con. 464. lib. 4. & ceteri communiter.

## Q VÆ S T I O IX.

Q VÆR O, An fides adhibenda sit in instrumentis per notarium infamia iuris notarum, ante tamen istam infamiam confectis? Respon. q. sic, secundum receptam Doct. sententiam, vt firmat Dida. a Gouar. præc. quæst. lib. c. 19.

## Q VÆ S T I O X.

Q VÆR O, Utrum crederetur instrumento per sacerdotem versus tabellionem confecto? Respon. Receptio est sententia, tale instrumentum esse validum, si que fidem esse adhibendam, ita tener Bart. l. universos. C. de decur. lib. 10. Decl. l. in ambiguis. l. non est nouu. ff. de reg. iur. Eadem sententiam firmat Io. And. & omnes Doct. c. scilicet ext. ne clericis vel monachis. Decl. in con. 17. Et eam dicit esse communem Alex. l. prætor. l. his etiam ff. de eden. Hipp. de Marsili. rub. ff. de fidei us. no. 121.

Q VAE

## Q V A E S T I O X I.

Q V A E R O , An in publicis instrumentis requiratur subscriptio protocollo? Respon. Accur. i. generali. C. de tabul. lib. 10. existimat q. sic, verum receptor est opinio, sufficere, quod nomina illorum inscriban tur per notarium, absque illorum subscriptione, ita tener Abb. & Doctor. c. i. de fid. instru. prefertim Felin. n. 13. & Dec. nume. 12. Paul. de Castr. i. contractus. C. de fide instru. & consi. 32. lib. 1. incipit non multum videatur. Capit. in decisi. Neap. 29. n. 1. Eandem sententiam firmat Matthae. de Afflit. Rubr. consti. Neapol. 79. Et eam communem afferunt Barbat. Rubr. de fid. instru. num. 93. Dec. c. quoniam contra num. 18. ext. de probat.

## Q V A E S T I O X I I.

Q V A E R O , Quo restes requirantur ad reprobandum seriem instrumenti? Respon. Testibus improbari posse instrumentum publicum, quoad eius fidem, tradit glo. & omnes Doct. vnanimiter in cap. cum Ioan. verb. quodlibet ext. de fid. instru. glo. s. item verborum. Inst. de inq. stipulat. c. 3. loco. de probatio. de numero autem testium variatum est, verum obtinuit illorum sententia, qui tradidere, ad reprobandum instrumentum, quoad eius seriem, sufficere duos notarii & omni exceptione maiores. Situ testes isti sint descripti in instrumento: c. tam literis de testib. quam dicit esse communem Felin. d. ca. cum Ioannes. n. 46. siue non, l. optimam. C. de contrah. stip. siue probatio fiat directe siue indirecte, ita tener Ioan. And. Anto. de Butr. Abb. n. 13. Felin. n. 35. d. c. cum Ioannes Bar. l. 1. ff. quemad. testa. aperian. Ang. l. vel negare. cod. l. t. Cy. Salyc. l. in exercendis de fid. instru. Eandem sententiam firmat Imol. l. 1. s. si quis neget. ff. quemad. testam. aperian. Zaf. lib. 2. Respon. cap. 23. & tam dicit esse communem Deci. d. c. tertio loco. nume. 11.

## Q V A E S T I O X I I I .

Q V A E R O , Vrum instrumenti in iudicio producti, continent plura capitula & diversa copia danda sit aduersario in totum, an vero pro illa parte tantum, qua producens vii velit? Respon. Communiter receptum est, licet iudicis integrè exhibendū sit instrumentum. Aduersario tamen illius tantum capitul. quo producens vii velit, editionem facienda est. Ita tradit glo. communis confusione approbat. c. contingit de fid. instru. vt firmat Alex. & Iaf. argenterius. s. ed. ff. de eden. Felin. c. i. de libel. oblat. & cap. 1. n. 29. de probat. ibi Dec. n. 61. Specul. tit. de instru. ed. vers. quid si produco. Ferrarens. in pract. Rubr. de forma petendi copiam instrumentorum.

## Q V A E S T I O X I V .

Q V A E R O , Vlque ad quod tempus instrumenta possint presentari? Respon. Communis est sententia instrumenta produci posse non tantum in termino probatorio, sed etiam quandoconque post usque ad conclusionem in causa, exclusiuē. Ita probat tex. c. cum dilectus. ibi Abb. Felin. & Doct. de fid. instru. Bart. & omnes. l. admonendi. ff. de iure. Iuratur.

Limita ut admittantur etiam post conclusionē in causa, vbi producens iurat nonissimē ea fuisse reperta, nec potuisse eū prius eorum cognitionem habere facta diligenti inquisitione. Ita tener Bart. d. l. admonendi. n. 2. ff. de iure. iuratur, quem sequuntur ibi Doct. Iaf. in repe. n. 5. Baptista de S. Seuerino. col. 20. Curt. Senior. col. 21. Purpur. n. 8. Eandem sententiam firmat Panorm. Imol. & Felin. c. cum dilectus. de fid. instru. Felin. c. pastoralis. n. 9. de except. Et eam dicit esse communem Franci. Ripa in d. admonendi. n. 48. & sequitur Mathae. in not. 57. Roder. Zuarerz. in alleg. 5.

## Q V A E S T I O X V .

Iure Pontificio & Caefareo constitutum est, exemplaribus instrumentis aliquando fidem adhibendam esse, maxime quando ex ipsius tabellionis protocollo traducuntur seruata forma furi. c. cum P. de fid. de instru. Vbi inter cetera requiritur authoritas iudicis, vt not. Doct. communiter.

Sed dubium est, nūquid talis authoritas requiratur, si hæres ipsius tabellionis, qui habet protocolla, sit idē publica authoritate notarius, & velit ex protocollo instrumentum traducere? Respon. Diversæ sunt sententiae, nonnullis existimantibus, non requiri hoc casu iudicis authoritatem, cuius sententia auctores sunt Panorm. d. c. cum P. Bart. l. si quis ex argenterijs. s. 1. per illum tex. ff. de eden. Alijs vero contra, & rectius, nūnullum, etiam hoc casu necessariā esse iudicis authoritatem. Hanc sententiam tenet Specul. tit. de instru. edit. s. offenso. num. 15. & s. instrumentum. n. 15. ibi Ioan. Andr. In addit. Paul. de Castr. Alex. & Iaf. d. l. si quis ex argenterijs. s. cogentur vbi firmant eam esse communem, & tener Cardin. & Imol. d. c. cum P. tabellio. Bald. Ang. Paul. de Castr. l. quædam. s. nihil. ff. de edendo.

## Q V A E S T I O X VI .

Q V A E R O , Nunquid ad hanc traductionem instrumenti ex

protocollo notarii requiratur, q. citentur ii, quorum interest, & quo tangit negotium? Respon. quod sic, ita tenet Docto. Auth. si quis in aliquo documento. C. de edend. c. Alber. de testib. & hanc sententiam dicit esse communem Matthæ. de Afflit. in Neapol. consti. lib. 1. tit. 73. num. 58. & tener Boër. decisi. 36.

## Q V A E S T I O X VII .

Q V A E R O , Vrum etiam traductio publici instrumenti possit fieri ab ipsa scriptura originali per alium tabellionem? Respon. quod sic, dummodo solenniter, iuxta tex. c. fin. ext. de fid. instru. fuerit transcriptum, vt non, ibi Innocent. & alij communiter.

Sed nunquid talis exemplatio poterit fieri absque autoritate iudicis à solo tabellione, partium consensu? Respon. Bar. in Auth. si quis in aliquo, existimat posse, ita tamen, vt ipsi tantum vel eius successoribus præjudicet, quem sequuntur Docto. ibidem communiter, Imo. & Doct. d. c. fin. vt firmat Carol. Molinæ. consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 6.

## Q V A E S T I O X VIII .

Q V A E R O , Vrum exemplo reperto inter acta iudicij fides ad hisbenda sit, nondum viso protocollo nec originali? Respon. quod sic, dummodo tamen exemplum illud per notarium cause fuerit traductum ab ipsa scriptura originali integrè iudicis autoritate & mandato, parte ad hoc vocata, ita tener Ang. & Alex. d. Auth. si quis in aliquo documento. Abb. & Dec. c. quoniam contra. ext. de probat. & ibi Felin. n. 50. Felin. c. cum in iure. de offi. deleg. n. 6. Socyn. in reg. 18. Ethanc dicit sibi videri communem opinionem Dida. Couarruvia. resolut. lib. 1. cap. 21. & tener Guid. Papæ. q. 471.

## Q V A E S T I O X IX .

Q V A E R O , Vrum exemplo exempli credatur? Respon. Licet Bart. in d. Auth. si quis in aliquo documento existimet exemplarium eiusmodi fieri posse, seruata tamen forma in d. c. fin. de fid. instru. eique fidem adhibendam esse, quod sequitur Card. & Felin. d. c. Alber. ext. de testib. Cum. in consi. 58. Curt. Iunior. d. Auth. si quis in aliquo. num. 41. Tamen receptioni calculo contraria sententia approbata est, quam tener Bald. Deci. & reliqui. d. Auth. si quis in aliquo. num. 30. & ibidem dicit esse communem Curt. n. 40. Quamvis tamen Bart. opinio, si dextrè intelligatur, non admundum improbanda est, quandoli licet exemplum traducitur inter eos, & quod ad eos, qui fuerunt presentes, nec contradixerunt primæ exemplationis. Nam tale primum exemplum, quod ad prædictas personas Autheticum est, & vim habet originalis scriptura. Vnde nihil verat, quod minus etiam ex iusta causa denuo tanquam originale, quod ad eos exemplari possit, vt Bartol. sententiam declarat Carol. Molinæ. in consuet. Parisien. tit. t. §. quinto, nume. 35.

## Q V A E S T I O X X .

Q V A E R O , Vrum traductum ex originali exemplum propria antiquitatem faciat fidem, si non constet de solennitate traductionis? Respon. Communis & recepta est Docto. sententia, eiusmodi exemplo fidem adhibendam esse, quam tener Ioan. Andr. post Hostiens. c. Alberie. & ibi Butr. Imol. & Felin. qui dicit ita communiter tener. ext. de testib. Eandem sententiam firmat Iaf. Deci. tit. 7. & ceteri. Auth. si quis in aliquo. c. de edend. Cuma. consi. 158. Dec. consi. 36. & consi. 44. col. 3. Aret. consi. 39. Iaf. l. 2. n. 5. C. de testam. & consi. 114. col. 3. lib. 1. Aym. Crauet. de antic. tempo. par. 4. §. vidimus. n. 12. Carol. Molinæ. consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 50. Quæ sententia absque dubio vera est, quod exempla transumptum est à tabellione integræ fidei, & in eo enunciantur solennitates à iure requisitæ, vt quia noratus dicit esse exemplum traducisse mandato iudicis parte vocata, & examinato diligenter in instrumento originali, prout declarat eam Carol. Molinæ. d. §. n. 61.

## Q V A E S T I O X X I .

Sed quæro, Nunquid, si in exemplo enunciatur eum, qui scriptis esse tabellionem, presumatur titulus tabellionis propter antiquitatem? Respon. quod sic, ita tener Innocent. in c. veniens. de verb. sign. Bald. Auth. quæ actiones. C. de sacrosanct. eccl. & in l. Barber. ibi Iaf. limit. 3. ff. de offi. præt. Alex. in con. 10. col. 3. lib. 7. Eandem sententiam firmat Socyn. consi. 187. col. 4. lib. 2. Deci. in consi. 36. & in c. i. de fid. instru. Matthæ. de Afflit. decisi. 245. & decisi. 251. Et hanc dicit esse communem Aymon. Crauet. in tract. de antic. temp. §. vidimus. licet ipse ultra id tempus centum annorum velit etiam necessariam esse communem opinionem & famam.

## Q V A E S T I O X X I I .

Q V A E R O , Vrum chirographum probet? Respon. vt intelligatur quæ fidem faciat priuata scriptura, quæ chirographi dictur, distinguendum est. Aut enim ipse scriptor facetur scripturam a se videlicet scriptam & plene probat. l. si ex cautione. C. de non num. pecu. l. scriptu

I. scripturas. C. qui pot. in pig. vt per Dida Couar. lib. 2. varia. resolut. cap. 11. Aut negat scripturam habentem partis & testium subscriptio- nem, & tunc si testes proprias subscriptiones recognoscant, & testifi- cantur ab eo subscriptam esse, plenè probatur tener Bart. l. admonen- di. ff. de iure iurand. quem sequuntur Doct. communiter vrasserit Di- da. Couar. lib. pract. quæst. cap. 22. nu. 4. & hoc absque alia compara- tione. Idem est si scripta quidem ab eo, non autem ab eodem, sed a te- stibus subscripta. Namque si testes deponant esse illius scripturā pro- priam, interueniente etiam literarum comparatione, ita firmat Bart. d. l. admonendi. num. 26. Panorm. & Felin. nu. 1. Dec. nu. 2. c. 2. de fid. in- strum. Rip. d. l. admonendi. nu. 10. afferens ita communiter tenere glos. Bart. & Doct. in Auth. & si contractus. C. de fid. instrum. & ab hac sen- tentia Bart. non esse recedendum in iudicando afferit Aretin. consl. 66. Socyn. consl. 274. lib. 2. Licer contra Bart. sit glo. d. c. 2. quam sequun- tur ibi Ioan. And. Hostien. & Imol. ibi. nu. 7. existimantes sufficere so- lam subscriptum recognitionem. His accedit Roma. Ale. num. 31. Curt. Iunior. nu. 35. Iaf. repet. num. 88. l. admonendi. afferentes eam esse communem, & intelligit Curt. Bart. opinionem procedere, vbi testes non fuere subscripti. Namque tunc recognitio illorum non est sufficiens absque comparatione, & ita intelligendo afferit ab omnibus probari opinionem Bart.

Aut talis scriptura non est ab aliquo subscripta, nec à parte, nec à testibus, sed probatur tantum per testes vel literarum cōparationem tantum quod scriperit illam, & tunc semiplenam tantum inducit pro- bationem, ita intelligenda est glo. d. l. admonendi. vbi Bart. nu. 26. Ba- ptista de S. Seuer. conclus. 9. Eadem sententiam firmat Abb. d. c. 2. ab Iaf. & eam dicit communem Rip. nu. 113. d. l. admonendi. Aut chiro- graphum nullo omnino munitum est administrículo, nec comparationis literarum, nec recognitionis testum, & tunc non facit semiplenā proba- tionem, sed præsumptionem tantum inducit, ita tener Bart. d. l. ad- monendi. num. 26. quem sequuntur ibi Alex. Fulgos. Paul. de Castr. & Iaf. num. 89. Anton. de Butr. Imol. & Panorm. d. c. 2. de fid. instrum. Et hanc sententiam afferunt communem esse Curt. Jun. d. l. admonendi. num. 36. Carol. Molina. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 5. num. 11. Licet ipsi dubitent de ea propter text. d. c. 2. dum ibi Roma. pontifex responderet, priuatam scripturam nullo communitatam administrículo, non haberer o- bur aliquod firmatis.

## Q VÆ ST I O X X III.

Sed quero viterius quorū testes requirantur ad priuatae scripturæ comprobationem? Respon. Aut testes deponunt de contentis in scri- ptura, & tunc sufficiunt duo testes, ita tener Abb. Imol. & omnes Doc. d. c. 2. teste Dida. Couar. lib. pract. quæst. cap. 22. nu. 1. arg. l. in exercen- dis. C. de fid. instru. Bart. d. Auth. & si contractus. Baptista de S. Seuer. d. l. admonendi. conclus. 10. Aut testes non deponunt de contentis in scriptura, sed quod viderint illam scriptam, aut subscriptam ab eo, cō- tra quem producitur, & tunc quidem distinguunt inter Ius canonico- cum, & Ciuiile, existimantes Iure canonico duos sufficere, Specu. tit. de instrum. fid. §. nunc dicendum, licet aliud sit de Iure ciuiili. Alex. vero etiam de Iure ciuiili duos sufficere censuit in consil. 18. l. lib. 2. nisi con- tractus excedat libram auri. l. fin. C. si cert. per. §. si quis igitur. Auth. de instru. cauit. At præualuit illorum sententia qui existimant veroque iu- re hoc casu requiri tres testes, eiusi autores sunt Abb. & Felyn. d. cap. 2. Bart. l. scripturas. C. qui pot. in pig. Baptista de S. Seuer. Franc. Ripa & Iaf. nu. 88. d. l. admonendi. Et eam dicit esse communem Didac. Couarr. pract. quæst. lib. cap. 22. num. 3.

## Q VÆ ST I O X X IV.

Q VÆ R O. Virrum epistola probet? Respon. Si recognitafu- rist per ipsum scribentem, expeditum est, eam plenè probare per tex. l. publica. ff. de depositi. & tenet Panor. & omnes d. c. 2. de fid. instru. Sed du- biuum est, si fuerit per eum. cōtra quem producitur, negata. Et quidem frequentiori consensu in eam nulli est sententiam; quod & tunc epistola, facta diligenter literarum comparatione, plenam faciat fidem, ita Bart. l. comparationes. C. de fid. instru. Ita tener Bart. d. l. admonendi. nu. 3. l. nuda ratio. ff. de donat. Hanc sententiam dicit esse communem Felyn. d. c. 2. nu. 17. Deci. nu. 16. Ripa d. l. admonendi. num. 132. Curt. Iunior. num. 41. Alex. num. 38. afferens veriorem. ff. de iure. & Alex. in consil. 58. num. 1. consil. 14. lib. 7. Licet contrarium teneant. Abb. d. c. 2. nu. 8. Iaf. d. l. admonendi. num. 139. Curt. Iunior. num. 41. Alex. consil. 76. num. 8. lib. 3.

## Q VÆ ST I O X X V.

Q VÆ R O. An liber rationum plenè probet? Resp. Commu- nis & recepta est Doct. sententia, librum negotiatoris aliquius plenam fidem facere contrascribentem. l. quedam. §. numularios. ff. de edend. vbi gl. Bart. & Doct. nor. Bart. & Doct. d. l. admonendi. nu. 27. Carol. Molina. in consue. Parisie. tit. 1. §. 5. nu. 18. dummodo si dubitetur descri- bente, probetur vel per testes, vel per solam etiam literarum cōpara- tionem, ut voluit d. l. admonendi. num. 29. quem sequuntur ibi Do- stores communiter, teste Didac. Couarr. lib. pract. quæstio. cap. 22.

num. 8. Proscribente vero liber rationum non probat plenè. l. exem- plo. C. de probat. Hanc sententiam firmat glo. d. c. 2. & Clement. §. 1. verb. rationum. de vstr. Et dicit esse communem post Bart. & Doct. in d. l. admonendi. Alex. Iaf. Curt. Iunior. & Ioan. Oldendorp. in tract. de actionib. classe. 1. actio. 8. sed vel semiplenam probationem concurren- tibus alijs administriculis, vel præsumptionem tantum inducit, Bart. d. l. admonendi. num. 27. Iaf. repet. nu. 111. Curt. 38. Rip. 114. Felyn. d. c. 2. num. 21. Deci. num. 16.

Limitatur prædicta conclusio ut etiam pro scribente plenè pro- betur, quando consuetudine inductum est, ut libris negotiatorum pri- uatis credatur. Namque id ex iusta causa fieri posse communiter tra- ditum est, Bald. Salyc. d. l. exemplo. C. de probat. Dec. c. 1. num. 29. ext. eod. tit. idem annotauit Ioan. Oldendorp. afferens ita communiter te- neri d. actio. 8. circa finem.

## C A P V T XIX.

### F A M A.

#### S V M M A R I A.

**F**AMAM plenam fidem non facere. q. 1. Famam in factis antiquis, & his quæ hominū memoriam excedant, plenè probare cū in huiusmodi rebus probations admittantur minus integræ. q. 2. Famam in criminalibus non facere probationem, ne semiplenam qui- dem. q. 3.

Famam non facere indicium sufficiens ad torturam. q. 4. In probanda fama non sufficere ad plenam probationem, si testis deponat tantum de publico auditu: sed reddendam causam per alti- quid, quod sensu percipitur: vnde fama orta sit &c. q. 5.

## Q VAE ST I O I.

**G** V AE R O. An fama faciat plenam fidem? Resp. q. regulariter plenè non probet, ita tener Bart. d. l. de mi- nore. §. plurim. nu. 30. ff. de quæst. ibi Hyppol. nu. 36. Gaud. in tract. malefi. in Rubr. 2 quo vel à quibus possit fama incipere. ver. quid sit fama. Iaf. l. admo- nendi. nu. 24. 2. ff. de iure. Felyn. c. veniens. el. 1. nu. 7. de testibus. Deci. c. 1. num. 36. de appellat. Vbi dicit hanc esse communem opin. Corn. con. 46. nu. 16. vol. 3. & con. 51. nu. 1. vol. 1. Mar. Mant. con. 62. nu. 4. & con. 24. nu. 7. Callane. in consuet. Burgon. in tit. des fief. Rub. 3. §. 4. fo. 106. col. 2. nu. 4. Deci. consl. 427. nu. 2. Socy. Iunior. con. 148. vol. 2. & con. 66. nu. 3. & con. 79. nu. 18. & nu. 26. volu. 1. Cor- rad. d. l. admonendi. nu. 80. vbi dicit communem esse. Eadem opin. te- net Caro. R. uin. in con. 158. nu. 23. volum. 5. Paris. in con. 65. num. 17. & consl. 104. num. 166. volu. 1. & communem dicit Aretin. d. c. veniens. num. 21.

## Q VAE ST I O II.

Sed quero, An id quoq; locum habeat in factis antiquis, in quib; alijs admittuntur probationes minus integræ? Respond. q. fama in his quæ hominū memoriam excedunt plenè probat. Hanc opin. tener gl. latrui natura. §. cū meabiente. ff. de neg. gef. Corn. con. 304. nu. 5. vol. 3. & con. 35. nu. 2. 2. vol. 1. timore. in c. quid per nouale. & ca. ve- niens. de verb. sig. Soc. con. 89. nu. 5. & consl. 86. nu. 2. vol. 1. con. 187. nu. 18. con. 156. nu. 12. & 28. vol. 2. Bal. Auth. quas actiones. vlt. col. C. de sa- crofan. ecci. & l. cū semper. C. de rei vend. Are. in con. 42. nu. 1. Roma. con. 324. nu. 5. Cæsar Lamb. in tract. iur. patronatus. 2. par. 2. lib. 9. arti. 10. q. 1. fol. 33. Cur. Senior. con. 70. nu. 16. Cæpolla con. ciuili. 3. nu. 10. Lud. Gozad. con. 8. nu. 47. And. Tiraq. in tract. de primoge. in praefati. nu. 103. Bertran. con. 260. nu. 7. vol. 4. Paris. con. 27. nu. 10. consl. 104. nu. 20. vol. 1. Matth. de Afflic. decil. 277. nu. 1. Pau. Paris. con. 103. num. 16. vol. 1. con. 4. nu. 15. & 17. con. 92. nu. 9. con. 15. nu. 2. consl. 173. nu. 2. vol. 4. Matth. de Afflic. c. 1. no. nu. 2. 28. de pace iuram. firman. Grat. con. 95. nu. 15. vol. 1. lo. Samson in consuet. Tauronen. arti. 13. Bald. l. 4. C. de proba. Ant. de Bu. c. veniens. nu. 10. de verbo. sign. D. ec. vbi dicit hanc communem opin. esse in c. nu. 46. de app. & in c. veniens. nu. 11. de si- de instru. & con. 42. nu. 10. con. 4. 28. nu. 3. vol. Vbi similiter communem dicit Alciat. regu. 2. & prælump. 3. Craut. con. 53. nu. 10. vol. 1. & tract. de antiqu. tempor. 1. par. sec. viro de fama. Iaf. con. 114. nu. 5. vol. 1. consl. 65. nu. 1. vol. 3. Quando autem dicatur tempus de antiquo, supradictū est in precedenti. c. nu. 7. Et ultra ibi relatōs Doc. q. scilicet sit tempus ceterum annorum, tenet Socy. reg. 144. 7. limita. Corser. in rep. ad Abb. verb. fama. Specu. tit. de probat. §. 1. ver. valer etiam. Alex. consl. 12. nu. 8. vol. 4. con. 84. nu. 6. eo. vol. Imo. & Abb. c. veniens. el. 1. nu. 8. de testib. Iac. de S. Georg. l. 3. §. eiuidē. nu. 16. ff. de testib. Deci. con. 428. Vbi simi- liter communem dicit nu. 2. Cæpolla in tract. de serui. vrba. prædic. 19. Eandem

Eandem dicit communem esse Bertran.consil.41.num.8.volum.1.  
Eandem opinionem tenet Præpositi.c.i.num.1.de appellatio.Carol.  
Molinæ,in confuetud.Parisiensi.9.nu.63.Eandem dicit magis com  
muniter teneri idem Bertrand.consil.283.nu.4.vol.3.primæ imprell.

## Q V A E S T I O III.

Q V A E R O , An fama in criminalibus faciat semiplenam probatōnem? Respon.Glo.in c.veniens el. verb. allorum de testibus.ten  
net,quod non. Nam opinionem sequitur ibi Bald.l.mol.Anto.de But.  
nu.10.& Abb.num.8.Felyn.nu.12.Deci.nu.25.Bald.& Lœt.cap.1.de  
appellat.Bart.l.de minore.9.plurimūm.nu.30.ff.de quaest. ibi Hyp  
poli.nu.55.cum alijs per eum allegatis. Eandem opinionē tenet Aim.  
Craueria consil.41.num.6.Ias.repe.l.admonendi.nu.150.ff.de iure ju  
rand.Cæpolla consil.34.nu.5.Iacob.de S.Georg.l.3.9.cuidem.nu.10.  
ff.de testibus.Salycer.& Doct.lea quidem.C.de accusatio. Et hanc di  
cit esse communem opinionem Marc.Anton.Blanc.in tracta.de indi  
& tortur.num.313.Ratio huius decisionis est quia probations in cri  
minalibus debent esse luce meridianæ clariores. Ita concludit omnes  
Doct.suprā adducti:& Deci.consil.429.nu.9.& consil.136.num.2.vol.  
3.Paris.consil.153.num.11.vol.4.

## Q V A E S T I O IIII.

Q V A E R O , An fama faciat saltem indicium ad torturam? Respo  
Glos.in l qui sine accusationibus verb. suspicionebus ff. queit. vi  
detur clare probare quod sic. Contrariam tamen opinionem, quod  
scilicet fama in criminalibus non faciat indicium ad torturam contra  
aliquem, tenet Joan. Andr.in addit.ad Specul.titl.de probatio.9. vi  
dendum.nu.19.& in titl.de notorio crimine.9.fama est super veri. calus  
ad fir. Eandem opinionem sequitur Panorm.c.i.num.fin.de purg  
cano:& in c.cum in contemplatione de reg.iur.Anto.de Butr.c.3.loco  
num.19.de proba.Ang.in tracta.malefic.verb,quod fama publica.nu.  
41.idem tenet Bart.l.militis.C.de quaest.Alex.consil.5.nu.3.vol.1.Eam  
dicit communiter teneri Ias.repe.l.admonendinum.25.ff.de iure iur.  
Hypoll.de minore.9.plurimūm.nu.27.ff.de quaest.& in singul.97.  
& in consil.31.nu.2.vol.3.Marc.Mant.consil.148.num.7.Paris de Put  
tract.syndica.verb.an fama. Eandem opinionem dicit Ant.Bland.de  
indic.nu.213.

## Q V A E S T I O V.

Q V A E R O , Quid testis in probanda fama debeat deponere?  
Respon.Bald.in c.literis.ext.de præsumptionib.tenent quod fama pro  
batur, si testes simpliciter deponant de publico auditu. Eandem op  
pinionem sequitur Rota, vt refert Cassiod.decs.3.num.7.de probat. Et  
faciunt ea quæ not.Innoc.& Anchæ.c.veniens.penul.col.de verb.ü  
gni.vbi concludunt, quod licet testis in probanda communi opinio  
ne debeat dicere se à multis audiisse. Si tamen non nominet, sed re  
spondeat se non meminisse de aliquo, saltem ita communiter dictum  
est, testimonium valere. Contrariam tamen opinionem, quod scili  
cet non sufficit, si testis simpliciter dicat, quod sit publica vox & fama,  
quia non reddit caulan per aliquid quod sensu percipitur, sed debet  
dicere, q. audiri publice dici per ciuitatem, vel à maiori parte, tenet  
Bar.in l.de minore.9.plurimūm.nu.10.ibi Hypoll.nu.46.ff.de quaest.  
& tequitur deci.Tholofa.329.Hier.de Moni. Vbi communiter tene  
ri opinionem Bart.dicit,in tractat.de finibus.c.56.nu.2.& seq. debet  
etiam talis testis exprimere aliquam causam, propter quam fama or  
ta sit, & quod fama statuta sit orta. Idem voluit Carrer.in practi crim.  
9.curabis.nu.111.Corn.consil.193.incip.vita.vol.2.Alex.consil.19.num.  
21.consil.25.nu.4.& consil.152.nu.14.consil.61.nu.25.consil.169.nu.44.  
vol.4.Commune asserit Hier.de Mônt.vbi suprà. Postrem tamen con  
siderari opinio Bart.cum opin.Baldi vt procedat opinio Baldi eocasu,  
vbi fama faceret semiplenam probationem. Opinio verò Bartoli &  
communis quando fama plenam induceret fidem, prout est de men  
te Bart.ibi.verb. quero statutum.nu.21. quem se sequitur Marfyl.num.  
104.item opinio Baldi posset intelligi quando fama esset orta ex pro  
babilius & verisimilibus causis, per ea quæ notat Aim.Craueria.con  
260.incep.ad dubia.nu.7.vol.2.

## C A P V T XX.

## P R A E S V M P T I O .

## S V M M A R I A .



OLENNITATEM extrinsecam non præsumi, nisi  
accedat diuīgnitas temporis.q.1.  
Cum probatio impossibilis est propter diuīgnitatem  
temporis, omnia solennia interuenisse præsumi. ibid.  
Solemnitatem, de qua facit mentionem notarius in instrumento, præ  
sumi interuenisse.q.2.  
Ex temporis diuīgnitate præsumi interuenisse solennitatem à statu  
re requisitam.q.3.

Probantem se vel maiores suos habuisse semel dominium, præsumi  
semper retinuisse dominium: Atque hanc præsumptionem suffice  
re ad hoc vt reo conuento res litigiosa auferatur.q.4.  
Inuestituram præsumi ex sola possessione annali.q.5.  
Ex præsumptionibus & indicij indubitatib non posse condonari ali  
quem ad mortem: sed sufficere ea ad torturam.q.6.

## Q V A E S T I O I.

 V A E R O , An solennitas extrinseca præsumatur?  
Respon. quod regulariter non præsumatur. Ita tener  
gloss.l.scendum.& Doct.communiter, teste Ias.ibi  
num.15.& seq.ff.de verb.oblig.

Limita nō procedere propter temporis diutu  
ritatem, Nam ex longissimo temporis cursu om  
nia solenniter interuenisse præsumuntur. Ita tener Ang.lmo.& Alex.  
d.l.scendum, qui dicit hanc esse communem opinionem, teste Ias.nu.  
16.Eandem dicit esse communem opinionem Gozad.in consil.73.nu.  
20.Et eam tener Ias.l.cum aliquis.nu.7.C.de iur.delib.Calca.consil.90.  
nu.4.consil.16.nu.1.Ang.l.in aliena ff.de acquir.hered Boér.decs.281.  
nu.15.part.2.Et quando probatio est impossibilis propter temporis  
longinquitatem, omnia solennia interuenisse præsumi, dicit commu  
niter teneri Gozad.consil.83.nu.20.Et sequitur Bertrand.consil.194.  
num.5.vol.2.per ea, quæ not.Alex.consil.48.nu.6.consil.50.vol.5.Ca  
pol.consil.ciuii 38.nu.9.Roma.in consil.275.num.3.

## Q V A E S T I O II.

Q V A E R O , An solennitas, de qua facit mentionem notarius in  
instrumento, præsumatur interuenisse? Respon. quod sic, dummod  
talis solennitas potuit interuenire tempore perfecti instrumenti. Ita  
probar glo.l.1.C.de fid.instrum. Et hanc dicit esse communem opinio  
nem Ias.d.l.scendum.nu.14.ff.de verb.oblig.

## Q V A E S T I O III.

Q V A E R O , An ex temporis longinquitate præsumatur inter  
uenisse forma à statuto requisita? Respon. quod sic, & hæc est commu  
nis opinio, vt testatur Decius in consil.222.num.9.Et eam tener Alex.  
d.l.scendum.

## Q V A E S T I O IIII.

Qui probatur semel dominus, semper præsumitur retinuisse do  
minum, etiam post mille annos. I. sive possidetis. Et ibi Barto.Bald.&  
Doct.communiter.C.de probatio. Sed quero. Vtrum hæc præsum  
ptio sufficiens ad hoc, vt reo conuento res controverfa auferatur? Resp.  
Varietas est opinionum in hoc articulo. Namque nonnulli existimant,  
hanc præsumptionem, quæ vult eum, qui semel fuit dominus, semper  
retinuisse dominium, non sufficere ad hoc vt reo conuento res contro  
fa auferatur, præsertim, si de dominio per probationes alioquin suffi  
cientes facta est fides. Alex.in consil.16.nu.2.& 3.vol.5.Abb.c. veniens  
ext.de testibus.Cornæ.in consil.142.vers.nec obstat.lib.3.& in consil.  
35.vol.1.column.fin.

Contrarium tamen, quod scilicet ex eo, quod quis probauit se vel  
maiores suos habuisse semel dominium alicius rei, resulteret præsum  
ptio sufficiens ad hoc, vt res controverfa possit reo auferri, tenent Do  
ctor.magis communiter, vt firmat Franc. R. p. l. rem quæ nobis ff.de  
acquir.possit. Aimon Craueria.in tract. de antiqu.tempor.par.1.9. viro  
Deci.c.i.ext.de appell. Eandem teneri Franci. A retin.c. ve  
niens.el.1.& ibi Felyn.num.16.ext.de testib.Deci.in consil.438.num.9.  
Ludol.Schrader in consil.32.inter consil.Iuriscon.German.nu.36.Vbi  
dicit hanc esse magis communem opinionem, Felyn.c.scribant.nu.  
4.ext.de præsumpt.Ang.in laeti natura 9.cum me absente.ff.de neg  
get. Andr.Sicul.in consil.27.consil.37.lib.3.

## Q V A E S T I O V.

Q V A E R O , An ex sola possessione annali, præsumatur inuesti  
tura? Respon. quod sic, etiam non accedit tribus alijs adminiculis, & hoc  
legibus cautum, & a Doct.communiter receptum est.c.1.9.fin.si de in  
uestitu.inter domi. & vasall.lis oriatur. Et hanc sententiam firmat Al  
varor.& Præpos.c.si quis per tringinta, si de feud.defun.content. Erat ita  
dicit communiter teneri Franci.Balb.in tract.præscript.4.part.4.par.  
princip.12.q.princ.q.i.nu.2.Schrad.d.consil.32.num.74.

## Q V A E S T I O VI.

Q V A E R O , An ex præsumptionibus & indicij indubitatib pos  
sit aliquis condemnari ad mortem? Respond. Magna est controversia  
inter Doct.circa hanc questionem. Namque nonnulli existimant  
præsumptiones & indicia indubitatib sufficere ad condemnationem  
sine alijs probationibus.Specul.& Joan.Andr.in addit.tit.de probat.  
9.videndum.vers.13.Bart.l.2.ff.defurt.Salycer.l.fin.C.de probat.Eandem  
sententia firmat Bald.l.excipiuntur.ff.ad Sylla.Ang.in tract.synd.char.9.  
Alij vero contra censuerunt, præsumptiones quantumuis indu  
bitatas non sufficere ad condemnationem poenæ corporalis.Gandini  
tractat.maleficio.Rubrica, de præsumptio. & indub. vbi dicit se  
vidisse ita

vidisse ita in practica obseruari, & omnes Doct. Bononiæ, & alibi exiles ita consuluisse, ex quo dubium non est, eam opinionem esse communem. Eandem sententiam firmat Ang. in l. 2. ff. de furt. vbi reprehendit Bart. & dicit ex præsumptione aliqua violenter non posse aliquem damnari criminaliter maximè ad mortem, sed esse indicium sufficiens ad torturam. Et sequitur Paul. de Casir. in consil. 179. incip. visa inquisitione. Cœpol. in consil. 6. incip. veritas. Aug. Arimi. in add. ad Ang. d. tract. malef. d. verb. fama publica. nu. 22. & seq. & ibi Hier. Cuchalon in add. hanc esse communem opinionem. Hanc quoque tenet Mathæi. in nota. 118. incip. nota quod præsumptio. Imol. l. fin. ff. de hered. instit. Brut. in tract. de indic. & tortur. char. s. Hippol. in pract. crimi. §. quoniam. nu. 29. cum seq. & in repe. Rubr. c. de probat. in materia probat. quæ sit per præsumptions. Et eam dicit esse communem Innoc. quia verisimile de præsumpt.

## CAPVT XXI.

### CONCLVSI O.

#### S V M M A R I A.

**N** criminalibus conclusio in causa an sit necessaria. q. 1. Iudicem posse concludere in causa partibus inuitis, vel altera parte inuita; dummodo dilatationes sufficienter data sint. q. 2.

Iudicem post conclusionem in causa partes interrogare posse nō tantum super declaratione antiquorum capitulorum, sed etiam super nouis ad fundandum intentionem partis. q. 3.

#### Q VÆ ST I O I.

**V**AERO. An in causa criminali concludatur in causa? Respon. quod non, de hoc est text. in l. vniuersitatis. scinctoris. §. cognitorum. ff. de quest. Et ita tenet Bart. in extraag. ad reprimend. verb. subsequentia. Bald. l. 1. C. de cōdī. indeb. Ang. Aret. in tract. malef. d. verb. qui iudex statuit terminum ad oppo. contra proces. Roma. consil. 175. & in repe. l. 1. ff. de arbitri. vbi reprehendit Ang. qui contrariorum tenet in l. paetum inter haeredem. ff. de paet. Ethanc dicit esse communem opinionem Hippol. de Marsyl. pract. crimi. §. seq. num. 1.

#### Q VÆ ST I O II.

**Q**V AERO. An iudex partibus inuitis, vel altera parte inuita possit in causa concludere? Respon. quod sic, secundum receptam & communem Doct. sententiam. Ita tenet & cocludit glo. per omnes reputata singularis in Clement. s. p. verb. conclusione. de verb. sign. Et eam dicit esse communiter approbata Hippol. de Marsyl. d. pract. crimi. §. seq. num. 10. dummodo tamen dilatationes sufficienter datae sint Bald. & Mathæi. de Affl. & num. 105. c. 1. in princ. si de inuestitu. inter domi. & vasall. la. repe. l. ad monendi. nu. 152. & in lectur. nu. 52.

#### Q VÆ ST I O III.

**Q**V AERO. An iudex possit post conclusionem in causa partes interrogare? Respon. Diversæ sunt Doct. sententiae. Namque Specul. in tit. de posit. §. 4. vers. quidam tamen dixerunt. & vers. sed si ante. & ibi Ioan. Andri. in addit. verb. interrogare. tenet quod iudex ex officio, non ad instantiam partis possit interrogare super declaratione antiquorum capitulorum, non super nouis, & ita tantum super §§. que ante conclusionem acta sunt. etiam post conclusionem, & quandocunque. Et eum sequitur Bald. l. per hæc. C. de tempor. appellat. Innocent. cap. cum Ioan. de fid. instru. Roman. consil. 20. in fin. & in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. Et hanc dicit esse communem opinionem Hippol. l. 1. §. fin. num. 6. ff. de questio. Et eam dicit in practica sustentabiliorem propter authoritatem Innocentij.

Contra hanc partem, quod scilicet iudex indistinctè possit interrogare etiam super novo capitulo ad fundandam intentionem partis ad priuatam utilitatem, tenet Alex. d. §. hoc autem iudicium post Anto. de Butr. c. cum causam de iura. calum. & sequitur Abb. d. c. cum Ioan. & hoc ex officio, non ad petitionem partis. Hanc dicit esse magis communem opinionem Robert. Marant. in Specul. part. 4. distinc. 9. num. 28.

## CAPVT XXII.

### EXPENSE.

#### S V M M A R I A.

**I**CTVM victori in expensas condemnandum etiam in criminalibus. q. 1.

Juramentum calumnæ non excusare à condemnatione expensarum. q. 2.

Iudex, licet condemnationem expensarum differre possit ad definitiū, tamen & in ipsa interlocutoria potest victum condemnare in expensas. q. 3.

Victum, qui iustam causam habuit litigandi, non condemnandum in expensas idemque esse in causa appellationis. q. 4.

Stante statuto, vel lege municipalī, ut victus vitori condemnetur in expensas, an & quando, iusta litigandi causa excusat, & releuat victimam à condemnatione expensarum. q. 5.

Iudicem non teneri condemnare victimum in expensas, quando non pertinet. q. 6.

Expenses, quæ debeantur officio iudicis, & quæ iure actionis. q. 7.

#### Q VÆ ST I O I.



**V**AERO. An in causa criminalibus victus vitori condemnetur in expensas? Respon. quod sic, uta probat text. l. fin. C. de fruct. & lit. expen. & tenet glo. c. finem litibus. de dolo & contu. Et hanc sententiam firmat Bart. l. 1. in fin. princ. ff. ad Turpil. & in l. 1. ipso stultu. uerit. in princ. & §. fin. ff. de adulst. Specul. titu. de expen. §. fin. versi. ex præmissis. ibi, si vero sit criminalis. Eandem sententiam firmat Ang. §. hec autem. Institut. de poen. teme. litig. Abb. d. c. finem litibus. & Bald. l. qui crimen. C. qui accus. non possit. Et hanc dicit esse communem opinionem Hippol. de Marsyl. pract. crimi. §. sup. p. 107. num. 1.

#### Q VÆ ST I O II.

**Q**V AERO. An iuramentum calumnæ excusat ab cōdemnatione expensarum? Respon. In hac quæst. Doct. sententias variant. Namque aliqui existimat excusari quem ab expensis. glo. d. c. finem litibus. & gloss. in l. qui solidum. §. etiam verb. litibus. ff. de leg. 2. Et sequitur Bart. Brixent. post glo. in cap. in primis. 2. q. 1. Jacob. Butr. quem refert Bar. in l. properandum. §. fin autem. C. de iudic.

Alij vero contrâ censuerunt iuramentum calumnæ non excusare à condemnatione expensarum, Bart. in Auth. generaliter. C. de epis. & cleri. & d. §. fin autem. & ibi Saly. c. & Doct. & in l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. Eandem sententiam firmat Bald. & Oldrad. Auth. generaliter. Anto. de Butr. Imol. & Abb. d. c. finem litibus. Et eam dicere esse communem Lanfranc. de Oria. c. quoniam contra. vers. expensæ. num. 8. de probat. Eandem dicit esse communem Hier. de Monte. in tract. de finibus. c. 2. §. num. 12. Et tenet prac. Ferr. for. libel. act. real. Maran. in Specu. 6. par. R. ubi de iuramento calum. nu. 12.

Possunt tamen hæc opiniones cōclitiri per doctrinā Ang. de Perus. §. oportet. Auth. de iudic. Ut iuramentum excusat ab expensis debitissimæ ratione præsumptæ calumnæ secundum primam opinionem, nisi de calumnia partis notoriæ constet. Bar. l. 1. C. ad Turp. non autem ab expensis ratione contumaciel. sanctimus. C. de iud. vel temperitatis, & ita loquitur communis. Juramentum enim calumnæ nihil habet commune cum contumacia vel temperitate.

#### Q VÆ ST I O III.

**Q**V AERO. Vtrum condemnationem expensarum possit fieri, vbi quis fuerit victus per interlocutoriam sententiam? Respon. Receptio opinio est. iudicem, etiam in ipsa sententia interlocutoria posse condemnare victimum in expensis, non expectata definitiū, ita tenet gl. ibi Panor. & Doct. c. finem litibus. de dolo & contu. Bald. Sali. & Pau. de Cal. sanctimus. C. de iud. Et hanc dicit esse communem Ias. l. properandum. §. fin autem alterutra. Licit iudex si velit, condemnationem expensarum possit differre ad definitiū sententiam.

#### Q VÆ ST I O III.

**Q**V AERO. Quid si litigans habuit iustam causam litigandi, nunquid nihilominus victus condemnabitur? Respon. Non, ita probat text. l. qui solidum. §. etiam ff. de leg. 2. & ibi omnes. Eandem sententiam firmat gl. c. communiter recepta. c. finem litibus. & d. §. fin autem. & ibi tractat lat. gl. in Auth. de iudicibus. §. oportet. colla. 6. c. i. de elect. in 6. Et eam firmat communem esse Panor. c. calumniam. de poenis.

Sed nunquid hoc etiam procedit in causa appellationis? Respon. Licit gl. in d. c. finem litibus. velut in causa appellationis iustum causam non excusat à condemnatione expensarum, item contraria sententia frequentius approbata est per Doct. ibidem Abbatem firmante.

#### Q VÆ ST I O V.

Sed quid dicendum stante statuto vel l. municipalī, ut victimi vitori condemnetur in expensis? Respon. Varia sunt Doct. sententiae. Nam quidam existimant eum, qui iustum causam litigandi haberet nihilominus condemnandum esse, glo. §. sanctimus. quam ibi no. Ang. Auth. de exhib. reis. Bar. l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. Cremen. sing. 121. Corset. in sing. verb. poena. Et eam sententiam dicit esse communem Hipp. sing. 207. & in pract. crimi. §. oportunit. nu. 43. Lud. Gomel. c. 1. nu. 218. de confit. in 6. idque id est ut statutum aliquid operetur ultra ius commune.

Con

Contrarium contra Bart. affeuerat Mathæs. not. 80. Alex. d.l. pro-  
perandum. s. si autem. C. de iud. lib. l. Bald. l. terminato. C. de fruct.  
& lit. expen. Carol. Molin. in consi. Alex. 183. lib. 5. vbi volit co-nmu-  
nem opinionem tunc demum procedere posse, quoties statutum con-  
demnans viatum in expensis dirigit verba non in ipsum iudicem, sed  
inducit quandam obligationem ipsius vieti, vt vietus teneatur vieto-  
ri ad expensas, vel vietor à vieto perat expensas. Namque tunc vietor  
non obstante iusta causa poterit petere expensas à vieto, etiam si iudex  
omisit condemnationem. Quæsententia mihi vietur videtur, & si au-  
thoritates numeruntur, contraria opinio forte non erit communis.

## Q V A E S T I O      VI.

Q V A E R O. Vtrum iudex teneatur condemnare in expensis,  
quando non pertinetur? Respon. quod non ita tenet glos. communiter  
recepta. c. fin. ext. de rescr. ut notant. Abb. & Fely. c. significauerunt.  
de except. l. s. l. vniuersita. C. de precib. imper. offer. Et Alex. & l. s. d. s.  
fin. autem alterutra. nu. 30. Hypoll. singul. 68. 4.

## Q V A E S T I O      VII.

Q V A E R O. Quo iure debeantur expensis? Respon. Aut expen-  
sæ debentur ratione vietoriae, & tunc sive fuerint factæ ante litem co-  
testatam sive post, debentur officio iudicis: Aut verò debentur ratio-  
ne contumaciae, & tunc si ante litem contestationem fiunt, iure actionis  
debetur: si postea factæ fuerint, officio iudicis, secundum commu-  
nem & receptionem Doct. sententiam, in d.c. finem litoribus. teste Ripa. d.l.  
quarta. s. hoc autem iudicium. nu. 82. Et ex his pater intellectus glo-  
magna, in d.c. affeuerant expensis factæ ante litem contestatam iure  
actionis deberi.

## C A P V T      XXIII.

## S E N T E N T I A.

## S V M M A R I A.

**S**ENTENTIAM producere obligationem ciuilem,  
non autem naturalem, propriè sic dictam. q. 1.  
Præceptum iudicis in confusione, esse sententiam. q. 2.  
Condemnationem expensarum, quæ ante sententiam de-  
finitiuam, dici interlocutoriam; sed quæ sit cum definitiuam, esse par-  
tem sententiae definitiuam. q. 3.  
Ad sententiam interlocutoriam partem citandam esse, si ei præiudi-  
cium inde oritur: secùs si nullum sit præiudicium. q. 4.  
Si partes sint præsentes in iudicio, nulla opus esse citationem, vel ad in-  
terlocutoriam, vel ad definitiuam. ibid.  
Citationem requiri in inhibitorijs, quas faciunt iudices ecclesiastice se-  
cularibus. Nonnullis tamen contrarium opinantibus. q. 5.  
Non esse necesse sententiam interlocutoriam in scriptis proferri: sed  
sine scriptis ferri posse, & postea in scriptis redigi debere. q. 6.  
Sententiam definitiuam semper in scriptis ferendam: Et ne quidem de  
partium consensu sine scriptis latam valere, ead. q.  
Sententiam ferendam esse in solito & consueto loco iudicij: sed tamen  
iudicem appellationis posse sententiam proferre in omni loco ho-  
nesto. q. 7.  
Sententiam proferendam de die, & non de nocte. q. 8.  
Iudicem ita in sententia dicentem, pronuncio, pro ut in tali consilio  
contingetur, videri condemnasse, si consilior in consilio condem-  
nandum esse consuluit. q. 9.  
Sententiam quæ transiuit in rem iudicata, probare acta & processum  
iudicij. q. 10.  
Sententiam interlocutoriam reuocari posse à iudice: nisi talis sit, qua  
lata finiatur officium iudicis. q. 11.  
Quomodo intelligendum illud, quod vulgo dicitur, interlocutoria,  
quæ habet vim definitiuam, reuocari non posse. ibid.  
A sententia arbitrii non esse appellandum, sed ei standum, & si iniqua-  
sit. Quod verum in arbitrio voluntario: secùs in statuario. Item  
nisi sententia arbitrii contineat errorem expressum. q. 12.  
Sententia referens se expressè ad acta nihil probantia, ipso iure non  
valet: id est appellatione non opus esse, cum non transeat in rem iu-  
dicata. q. 13.  
Sententiam non referentem se ad acta, quam tamen ex actis apparer  
intiquam esse, valere ipso iure. Et hoc casu sententiam diciliata con-  
tritus actoris. q. 14.  
Si duas cause sint expressæ in sententia, quarum una vera, altera falsa,  
sustineri sententiam ex causa vera: nec reddi nullam ex falsa. q. 15.  
Sententiam iudicis referens se ad certam quantitatem, de qua si queat  
in certo instrumento, non tamen in actis producto, non valere.  
q. 16.  
Sententiam latam pro absente etiam non consummata, non valere.  
q. 17.  
Sententiam latam contra minorē indefensum, ipso iure nulla esse. q. 18.

Sententiam latam pro minore indefenso, valere. q. 19.  
Mortuo domino post litem contestatam, proferri sententiam contra  
procuratorem. q. 20.  
Sententia contra procuratorem, mortuo domino post litem contesta-  
tam, hoc modo concipi, & proferri debet: condemnatio talen pro-  
curatorem quondam. Ita si defuncti, procuratorio nomine hæredū  
vel eorum, ad quos res illa pertinet. q. 21.  
Sententiam latam super incepto libello, ex quo non potest legitimè col-  
ligi actio, ipso iure non valere. q. 22.

Sententiam latam ex iudicio expertorum in arte, non transire in rem  
iudicatam: sed retractationi subiacere, & obnoxiam esse. q. 23.  
Si in tres plurimæ compromissum sit, non valere sententiam, velar-  
bitrium prolatum uno absente. Idque de iure ciuili, secùs de fute  
can. q. 24.  
Dispositionem cap. fin. ext. de arb. non habere locum in terris Impre-  
rijs. q. 25.

Iudicem ordinarium in sententia posse tempus executionis à lege in-  
dultum, ex caula prorogare, vel minuere tempus executionis.

Delegatum non posse prorogare, vel minuere tempus executionis à  
lege inductum. q. 27.

Si agatur actione iudicati ex sententia, requiri libellum, & ordinem iu-  
diciarum, si imploretur officium iudicis, sufficere summariam  
petitionem. q. 28.

In executione sententiae requiri citationem partis: & quæ sit huius ra-  
tio. q. 29.

Indistincta in omni executione citari partem, æquius esse. q. 30.

Ordo executionis hic seruandus est, vt prius capiantur bona mobilia  
minus damnoosa. q. 31.

Executionem factam non seruato ordine, & forma l. à diuino Pio. in s.  
in venditione, ipso iure non valere. q. 32.

Executorem & viatorem non teneri de evictione rei venditæ, sed pe-  
rículum spectare ad emptorem, seu potius in effectu ad debitorem. q. 33.

Executionem sententiae impediri per petitionem restitutionis inhi-  
tegrum. q. 34.

Exceptionem nullitatis, si sit liquida, & summarie probari possit, im-  
pedire executionem sententiae, secùs si requirat altiorem indagi-  
nem. q. 35.

Exceptionem nullitatis non impedire executionem trium confor-  
mitum sententiarum: idque obsinere ac procedere & in criminalib.  
& in tribus sententijs interlocutorijs. q. 36.

Nullitatis exceptionem admittendam aduersus tres conformes sen-  
tentias, quoties nullitas ipsa notoria est, & evidens ex actis: auter  
ius aliquis cam opponat. ead. q.

An & quando tertius possit impeditre executionem sententiae inter  
altos late. q. 37.

Tertium, sententiae executionem impeditre volentem, docere debet  
summatim & intra breve tempus ius contradicendi. q. 38.

Tertius opponens se executioni sententiae, cum calumnia presumitur  
non est admittendus. q. 39.

Intellectus Clement. i. d. re iud. Et an tertius possit impeditre execu-  
tionem trium sententiarum ex causa nullitatis. q. 40.

Sententia lata contra hæredem, an & quando noceat & præjudicet lo-  
gatarijs. q. 41.

## Q V A E S T I O      I.



V A E R O, An sententia condemnatoria producat  
vtramq. obligationem, naturalem & ciuilem? Resp. quod sententia  
condemnatoria producat obligationem tam ciuilem, tam naturalem  
vt relatis pluribus opinionibus firmat. l. s. l. Julianus. nu. 23. Quæ  
communis sententia tam in intelligenda est, de naturali obligatione  
impropria, quæ scilicet nascitur ex illa naturali æquitate, quæ vult, vt  
patriæ magistratus, & sic sententia iudicis obediamus. Habet enim sen-  
tentia secundum Docto. communiter in d. l. Julianus. duo capita, ex  
quibus oritur, consensus nempe, & æquitatem naturalem in generi.

## Q V A E S T I O      II.

Q V A E R O, An præcepum iudicis in confessum, sit sententia  
definitiuæ, vel interlocutoria? Resp. q. pl. c. inter Doct. sit controversia:  
Communiter tam in eam itum est sententia, quod sit sententia. Ita  
tener Bald. in addit. ad Specul. tit. de sentent. vers. sed an valeat pax-  
ptum. Ang. s. illud. Authen. de hered. & falcid. Eadem tenet Rip. &  
quoniam contra verb. interlocutiones. ext. de probat. Felyn. c. qua-  
renti. de off. deleg. Et eam dicit esse communem Marant. in Specul.  
parte. vltim. cap. i. num. 28.

Q V A E S T

# Commu.opinionum, Liber II.

127

## Q VÆ S T I O III.

Q VÆR O, An condemnatio expensarum dicatur interlocutoria, vel definitiua? Respon. Communis & vera conclusio est, quod si condemnatio expensarum sit in processu cause ante sententiam definitiua, tunc est interlocutoria. Secus si sit cum sententia definitiua tunc censetur pars sententiae definitiuae. Ita tener Felyn. in Rubric. ext. de re iud. Ang. l. qui agnitis ff. de except. Et hoc esse communem opinionem firmat Marant. in Spec. d. part. vltim. c. 1. nu. 36.

## Q VÆ S T I O . . . . . IV.

Q VÆR O, An sententia interlocutoria requirat citationem partis? Respon. quod secundum magis communem & veram Docto. sententiam, si sententia interlocutoria sit praetudicitalis parti, requiratur citatio partis, alias nihil valet. secus si sit modici prædictio. Ita tenet Bart. & omnes Doct. in l. nec quisquam ff. de offic. procons. Et ibi Ias. dicit hanc esse magis communem opinionem. Eandem tenet Bart. Imol. & Doct. in l. s. opus. ff. de noui oper. nunciat.

Limita hanc communem conclusionem, ut non procedat, quando partes sunt presentes in iudicio, namque tunc etiam in iuris partibus quaecunque sententia potest proferri etiam definitiua sine citatione. Ita est text. qui probat in l. de unoquoque verb. presentib. de re iud. ubi tenet hanc sententiam Ang. Imol. & Alex. Et quod ista sit communis opinio, firmat Ias. d. l. nec quicquam. nu. 26. quam tamen intellige & declara vt per eum.

## Q VÆ S T I O . . . . . V.

Sed quero, Nunquid in inhibitorij, quas faciunt iudices ecclesia stici secularibus, requiratur citatio? Respon. Doct. in hac quaest. sententijs variant. Una est illorum, qui dicunt non requiri citationem, ex quo contradicere non possunt. Hanc partem amplectitur Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cler. Ant. de Butr. c. tuam. de ord. cognit. A retin. consil. 75. incip. diligenter. Altera est opinio illorum, qui volunt, quod requiratur citatio, quam tenet Imol. & Panorm. c. debitores. ext. de iu. resur. Petr. de Anchor. in consil. 222. incip. casu stali est, post præciput. Hanc dicit esse magis communem opinionem Alex. in l. 4. ff. condemnatum. ff. de re iud. & in l. Titia. ff. solut. matrim. & in consil. 91. incip. vñl. ac mihi transmissis. volu. 2. consil. 9. incip. præstantissime Doctor. volum. 4.

## Q VÆ S T I O VI.

Q VÆR O, An sententia interlocutoria debet proferri in scriptis? Respon. Communis & vera conclusio est, quod necessario non sit in scriptis ferenda; sicut postea debet in scriptis redigi, ita tener glo. in c. quoniam contra verb. interlocutiones. Et hanc opinionem sequitur Bart. in l. 2. Cde sententia ex breui. recit. Ang. & Imol. in l. 3. libelli. ff. de appell. Et hanc dicit esse communem opinionem Ias. d. l. nec quicquam. num. 39. cum seq. Et in hoc differt a sententia definitiua, quae non valet nisi in scriptis feratur, & descripti recitatione, text. l. fin. C. de sent. ex breui. recit. & est communis secundum præfatos Doct.

Amplia hanc communem, ut etiam de partium confensi sententia definitiua sine scriptis lata non valeat, ita tener glo. c. ff. verb. illustris. de re iud. in 6. glo. ff. sicubi. Authen. de mand. princip. Et ita communiter firmat Ias. dicit. l. nec quicquam. num. 67.

## Q VÆ S T I O VII.

Q VÆR O, Vbi sententia sit ferenda? Respon. secundum communem & receptam Doct. opinionem, sententiam esse ferendam in loco solito iudicij. De hoc est text. in l. c. tuam sententiam. C. de sentent. & quod haec sit communis opinio firmat Ias. in l. penul. per illum text. ff. de iustit. & iur. & Marant. in Spec. par. 3. princ. cap. 1. num. 71.

Limita hanc communem conclusionem, ut non habeat locum in iudice appellationis. Namque is in omni loco honesto potest sententiam proferre. Ita sentit glo. in d. l. c. tuam sententiam. & ibi Doct. communiter, ut firmat Robert. Maran. in Spec. d. part. 3. cap. 1. nu. 81.

## Q VÆ S T I O VIII.

Q VÆR O, Quando sententia sit ferenda? Respon. quod sententia debet proferi de die, & non de nocte, alias si noctu iudicatum, si non valet, text. est in c. consuluit. de offic. deleg. l. 2. ff. & quia magistratus. ff. de orig. iur. Hanc opinionem tenet glo. Bart. & Doct. communiter in l. more Romano. Et ibi in specie firmat Ias. ff. de ferijs. Eandem dicit esse magis communem opinionem Corn. in consil. 54. vo. 2.

## Q VÆ S T I O IX.

Q VÆR O, Si iudex in sententia sua dicat, pronuncia prout in talis consilio continetur. An videatur condemnasse, si consultor in suo consilio condemnandum esse consuluit? Respo. Videtur dicendum quod non, quia in sententia pro forma requiretur verbum condemnno, vel absoluo, alias sententia ipso iure nulla est. Contraria tamen opinio communiter approbata est, ut firmat Alex. in l. 1. ff. de re iudic. Rober.

Maran. d. part. 6. cap. 1. num. 12. intentio enim iudicis haec fuit, ut cen demnaret, relata ad consilium sapientis. Vnde ita debet interpretari, ut rectus portius valeat, quam pereat. Et ita tener Ang. in consil. 250. incip. dominia.

## Q VÆ S T I O X.

Q VÆR O, An sententia proberat acta iudicij præcessisse & processum? Respon. quod non probat, nisi transiuerit in rem iudicatam, quia tunc habet præsumptionem juris pro se, quod ad rectitudinem processus, & instantiam. Ita tener glo. c. quoniam contra ext. de probat, quam sequitur ibi Innoc. Anto. de Butr. & Doct. Innocent. c. long memorie. ext. de cl. c. Specul. tit. defensent. & re iudicij. fin. verbi. in summa. Rota decis. 417. & decis. 296. Fred. de Sen. consil. 165. siue sententia lata parte præsentis, siue consumaciter absentis. Ant. de Butr. d. c. quoniam. Specul. tit. de sent. prolat. ff. vt autem. præct. Papiens. form. sent. definit. verb. vñla que litis contestatione. Imol. & Roma. l. 4. ff. condemnatum. ff. de re iud. Imol. c. c. in iure. de offic. deleg. Vbi dicit haec esse communem opinionem, quem refert Thom. Gram. decis. 24. num. 5. Ratio, quia non appellans videtur approbare sententiam, & per consequens omnia ex eadem consequentia, unde verbis ipsius cuncta acta narrantibus standum est, & omnia legitime interuenisse præsumendum est. Eandem opinionem tenet Bertrand. consil. 232. vol. 3. incip. addendo eleganter. Vbi dicit, quod multi sunt doctissimi, & magnæ autoritatis, qui huic sententiæ astipulantur, quod pro sententia præsumatur, que transiuerit in rem iudicatam, siue lata fuerit de præsentis, siue non siue in præsentem, siue in absentem, & consumacrem, verum vel factum. Et eam dicit communem, idem Imol. in d. c. quoniam. & in c. in præsentia. de remiss. Roma. in l. sciendū. ff. de verb. oblig. idem consult. Curt. senior. consil. 65.

## Q VÆ S T I O XI.

Q VÆR O, An iudex possit revocare sententiam interlocutoriam? Respo. quod sic, & de hoc est text. in l. quod iussit. ff. de re iudic. Et ibi communiter teneri firmat Ias. in p. fin. Et dicit præct. Papiens. in for. sent. interloc. sup. incompet. iud. quod veritas est secundum omnes Doct. c. tuam Legistas, quoniam Canonistas, quod sententia interlocutoria possit revocari omni calu, si interueniat causa cognitionis, nisi sit talis, qua lata finiatur officium iudicis, ut quia iudex pronunciat se non esse iudicem competenter. siue sententia interlocutoria confineat alii quid dari vel fieri, siue decisione aliquis articuli incidentis vel emergenti. Et hanc esse communem opinionem firmat idem Ias. d. l. quod iussit. nu. 23. Et ita intelligenda est communis Doct. opinio, quæ vult, interlocutoriam, quæ habet vim definitiæ, revocari non posse, ut procedat in illis, quae non sperant aliam sententiam posse. Aliae namque, quæ dantur in medio processus, quæ sperant definitiunam posse, revocari possunt. Alex. d. l. qd iussit. Maran. d. part. 3. c. 1. nu. 46. & 32. Vbi dicit supra rad. conclusionem esse communem.

Amplia communem opinionem, ut procedat, etiam si post interlocutoriam factæ essent expensa per partem. Namque nihil omnibus potest revocari etiam non refusa expensis parti, ita probat text. in ca. cum cessante de app. & ibi tener Hosti. Jo. And. & Doct. communiter. Hanc dicit esse communem opinionem Alexand. d. l. qd iussit. limi. 5. & Ias. nu. 9.

## Q VÆ S T I O XII.

Vulgaris conclusio est, arbitris sententie, etiam si in qua sit, standū esse, ita probat rex. l. dicti proserre. s. stare. ff. de arbitri. & rex. l. qualem. eo. tit. Hanc dicit esse communem op. Robert. Maranta. in Spec. par. 6. Rubr. de appell. nu. 259.

Limita hanc conclusionem procedere in arbitrio voluntario: secus in statuari. Nam ab eius sententia appellatur ex dispositione iuris, cum multum assimiletur iudicii ordinari. secundum not. per Doct. l. fin. C. de iud. Hanc opinionem tenet glo. c. 2. q. 6. gl. in c. ab arbitris. de offi. deleg. Hanc opinionem sequitur Bar. Sal. Ias. & Iac. de S. Georg. in d. l. fi. Et ibi Aret. qui dicit, qd haec est verior & communis opinio. Et eam tener Ias. s. omnium. nu. 11. Insti. de actio. & est verissima opinio, licet contrarium teneat Ant. de Bu. c. culm. dilectus. de arbitri.

Secundo limita, ut non procedat, quando sententia arbitrii continet error em expressum, ita tener Bar. Alex. Ias. & Doct. in l. cum prolat. ff. de re iud. Et dicit Ias. qd haec sententiam tenent omnes post Ias. in c. P. & G. ext. de offi. deleg. & Felic. c. 1. nu. 6. de re iud. Eandem tenet omnes Moderni. l. qui Rom. s. duo fratres. ff. de ver. obl. Ant. de But. c. quinta. uall. nu. 42. de iure cur.

## Q VÆ S T I O XIII.

Q VÆR O, An sententia referens se ad acta nihil probantia valet, si non fuerit appellatum? Respo. In hoc articulo variè locuti sunt Doct. Quidam sentit, qd talis sententia non sit ipso iure nulla. Ita firmat Ias. in d. c. quoniam edicta falsam. Bal. l. prolat. C. de sen. & interlo. & in l. C. de erro. calcul. l. i. C. de indicia vidui. Abb. c. inter cetera. de re iud. March. de Affic. c. multis per eum allegatis decis. 28. nu. 3. & seq.

Contra

Contraria sententiam, quod talis sententia sit ipso iure nulla, & consequenter non transeat in rem iudicatam, quamvis non sit appellatum, teneret idem Innoc. in c. cum Berthold. ibi, Anton. de Butr. de re iud. Ant. de Burr. Imol. & Aret. d. c. quoniam contra. Et hanc opinionem dicit esse communem Alex. l. si is ad quam. ff. de acquir. haered. Eandem dicit esse communem Matthae. de Affl. dec. 47. num. 3. & eam tenet Ioan. de Imol. ex diuerso. §. fin. ff. solut. matr. Eandem dicit esse magis communem Alex. in consil. 123. incip. discusus haesitatio nibus. vol. i. Et eam tenet Hostiens. s. sicut nobis. de re iudicata. Ethicè quidem procedunt, quando iudex expressè in sententia se refert ad acta.

## Q VÆ S T I O X I I I .

Sed quid si sententia non refert se ad acta, sed tamen ex actis apparet esse iniquam, quo casu sententia dicitur lata contra ius litigatori? Respon. In hoc articulo magna fuit controversia inter Doct. Quidam existimant sententiam esse nullam, si apparet ex actis iudicem male iudicasse. Hanc opinionem tenet Jacob. de Rauen. Petr. de Bellapert. l. i. C. de erro. cal. Rot. dec. 335. incip. fuit dubitatum. Eandem sententiam firmat Abb. c. cum inter. de re iud. c. quoniam contra. de probat. Card. Clement. i. §. fin. de for. compre.

Contraria opinionem, quod talis sententia non sit nulla, tenet Bald. in l. i. C. de erro. calcu. Alex. l. re iudicata. §. fin. ff. solut. matr. Felym. c. inter ceteras. de re iud. Eandem tenet Bald. l. i. C. ne filius pro patre. Et eam dicit esse magis communem Alex. de Imol. in l. præses. ff. de re iud. quem refert Matthae. de Affl. in decif. 28. nu. 8. Eandem dicit esse communem opinionem idem Matthae. de Affl. decif. 47. numero quarto.

## Q VÆ S T I O X V .

Sed quid si duas causas in sententia sint expressæ, quarum una est vera, & altera falsa. Nunquid sententia reddatur nulla, an vero sustineatur ex causa vera? Respon. quod sententia valet & remanet firma, in peccata causa vera, quia in dubio semper pro sententia presumitur. Ita tenet Innoc. c. in præsentia. ext. de renunc. Et sequitur Imol. Paul. de Castr. & Alex. d. l. si is ad quem. Et dicit ibi Alex. dictum Innocen. cōmuni calculo approbat. & in consil. 146. incip. in causa & lice veritate. Eandem dicit esse communem Ias. d. l. si is ad quem. num. 27.

## Q VÆ S T I O X VI .

Q VÆ R O , An valeat sententia iudicis, referens se ad certam quantitatem, de qualiter in certo instrumento, non tamen in actis producتو? Respon. Innoc. c. venerabilis. ext. de exceptionib. concludit per text. ibi, dum dicit per Authentica scripta, quod sic. Eandem sententiam firmat Bal. l. i. C. de sentent. ex breuiculo. recit. Alexan. sibi contrarius in l. i. art. prætor. §. si iudex.

Sed in contraria partem magis communiter item est, quod scilicet talis sententia non valeat, si instrumentum in iudicio, vel instantia illa productum non sit. Hanc opinionem tenet Joan. And. in addit. ad Speculum. de sentent. prolatis. scilicet. versiculus. quid si iudex. Joan. de Imol. c. cum venerabilis. de exceptio. Eandem tenet Roman. l. i. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. Et eam dicit esse communem Alex. in consil. 53. incip. queritur an stante nullitate. volum. 5. & in consil. 109. incip. viso processu causæ vertentis. Et hanc dicit esse veritatem & communione Ias. d. l. si iudex. nu. 19.

## Q VÆ S T I O X VII .

Q VÆ R O , An valeat sententia lata pro absente non contumacie? Respon. glo. in l. properandum. §. fin. autem reus. verb. contradicitione. & §. si autem alterius, verb. victori, tenet quod sic.

Sed negativa sententia communiter approbat est, vt firmat Raph. Cuma. & Alex. l. furioso. ff. de re iudicata. & ibi Ias. nu. 3. Eandem dicit esse communem idem Ias. in l. nec quicquam. num. 48. ff. de officio. procons. Ex quo enim deficit citatio, quae est de forma substantiali sententiae, sententia pro absente non citato lata æque non valit in eius favorem, ac si contra absentem non citatum esset prolata.

## Q VÆ S T I O X VIII .

Q VÆ R O , An sententia lata contra minorem indefensum valeat? Respon. quod non, sed est ipso iure nulla, de hoc est textus in l. cum & minor. C. si aduers. item iudicata. l. contra pupillum. ibi Bartol. & Alex. & Doct. communiter. ff. de re iudicata. Ias. l. si is ad quem. nu. 14. ff. de acquir. haered. & hoc est indubitarum.

## Q VÆ S T I O X I X .

Sed quare, Nunquid valeat sententia, si pro minore lata sit? Respon. quod sic, & de hoc est text. in l. non eo minus, ibi Alex. & omnes Doct. C. de procuratoribus. Alexan. in l. furioso. ff. de re iudicata. Et quod haec sit communis opinio, firmat Robert. Marant. d. 6. part. Rubr. de sentent. num. 106.

## Q VÆ S T I O X X .

Q VÆ R O , An sententia possit ferri contra procuratorem moro domino post item contestatam? Respon. quod sic, quia efficitur est dominus iustis, id est que non extinguitur mandatum morte principalis.

## Q VÆ S T I O X X I .

Sed dubium est, qualiter ferenda aut concipienda sit sententia, quia si mortui fiat mentio, videtur sententia non valere, per text. in l. i. summa. §. finali. Et quae ibi not. Doct. ff. de re iudicata. Respond. in hoc communiter approbata est sententia Alex. in l. nulla. C. de procuratoribus. secundum quam iudex ita pronunciabit: Condemno talem procuratorem quondam Titii defuncti, procuratori nomine haeredi, vel eorum, ad quos res illa pertinet. Et talis sententia valet. Hanc esse communem & receptam sententiam testatur Robert. Maran. in Spec. 6. part. Rubr. de sentent. nu. 108.

## Q VÆ S T I O X X I I .

Q VÆ R O , An sententia lata super inpro libello, ex quo scilicet non possit legitimè colligi actio, sit ipso iure nulla? Respon. quod sic, ita tener glo. in princ. Institut. de obligat. verb. secundum, quæ communiter approbatam firmat Maran. in d. part. 6. Rubr. de sentent. nu. 67. Et eam opinionem tener Abb. c. cum dilecti. extra, de emptione & venditione. Bald. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Ex quo enim talis libellus non valet, etiam parte non opponente, immo potest de inprobatione opponi post sententiam, appareat sententiam esse nullam.

## Q VÆ S T I O X X I I I .

Q VÆ R O , An sententia lata ex iudicio expertorum in arte, transeat in rem iudicatam, ita ut retractari non possit? Respon. Communis & recepta Doct. opinio est, quod nunquam transit in rem iudicatam, ita tener Bal. Alex. & Doct. l. si ab hostib. ff. solut. matr. Ang. l. q. si nolit. §. si mancipium. ff. de ædilit. editio. Eandem tener Fellin. capropositu. ext. de probat, & eam dicit esse communem Ias. l. admendi. in repet. num. 39.

## Q VÆ S T I O X X I V .

Q VÆ R O , Si in tres vel plures fuit compromissum, Anvalat sententia, vel arbitrium, vnde absente? Respon. de iure civili expeditum est non valere, ita probat tex. l. item si vnu. §. fin. ff. de recepto arbitrii secus de iure canonico. Namque major pars potest procedere ad sententiam terro absente, & valet arbitrium, text. est expressius, fin. de arbitrii. in 6.

## Q VÆ S T I O X X V .

Sed dubium est an dispositio d. c. fin. sit quoque seruanda in terris Imperi? Et communis ac recepta Doct. opinio est, quod non, sed debet ius civile seruari in foro civili, & ius canonicum in terris ecclesiæ subiectis. Ita tener glo. in d. c. fin. verb. ciuilis. & hanc opinionem sequitur Bart. & Doct. in l. duo ex tribus. & ibi Ias. d. l. dicit hanc esse communem opinionem, num. 4. ff. de re iud.

## Q VÆ S T I O X X VI .

Q VÆ R O , An iudex in sententia possit tempus executionis al. indulcum ex causa prorogare vel minuere? Respon. quod in iudice ordinario hoc est expeditum per tex. l. 2. ff. de re iud. & quod ista facta communis opinio, firmat Ias. l. b. in princ. & num. 6.

## Q VÆ S T I O X X VII .

Sed controversia est inter Doct. numquid delegatus possit illud tempus prorogare vel minuere. Communiter tamen in eam statum est sententia, quod non possit, vt restatur Ias. d. l. 2. nu. 5. & nu. 9. quia iudicare de re, quæ non est suæ iurisdictionis, & imponeret legem suo superiori, quod fieri nequit secundum not. per Bartol. & Doct. ibi communiter.

## Q VÆ S T I O X X VIII .

Q VÆ R O , An in iudicio, quo peritur executio sententiae, requiratur libellus, & ordo iudicarius? Respon. quod si agatur actione ex sententia descendente, tunc requiri libellum, & ceteros actus iudiciales, secus si imploratur officium iudicis, quia tunc sufficit summaria petitio, ita tener Specul. ap. de execut. sentent. §. qualiter. in princ. Bart. & Doct. in l. intra dies. ff. de re iud. & noxiter constitut. Imper. Carol. V. August. 3. part. art. 48. Hanc dicit esse communem opinionem Imol. d. l. intra dies. subdensa ea non esse tutum recedere. Eandem dicit ibi communem Raph. Cuma. & si practica seruandam. & Alex. c. mulitis per eum alleg.

## Q VÆ S T I O X X I X .

Q VÆ R O , An citatio parti requiriatur in executione sententiae? Respon. quod sic. l. i. ibi, si cooperis cōveniri. C. de iur. & fact. igno. Bart.

Bart. Alex. Iaf. & Docto. in l. à diuo. Pio. §. in venditione. & ibi Vincen. de Hercul. nu. 32. ff. de re iud. Rario est, quia alter pars potest i. d. prop ter multas exceptions, quas opponere poterit. Gloss. & Docto. d.l. 1. Matthæ. de Affl. in constit. Neapol. lib. 2. Rubr. 17. num. 15.

## QVÆSTIO XXX.

Sed nunquid indistinctè in omni executione requiratur citatio? Respon. Cyn. in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. tenet quod sic, siue executio fiat in actione personali, siue in reali, propter identitatem rationis, & hanc sententiam sequitur Imol. in d. §. in venditione. & ibi Alex. qui dicit, quod haec opinio est verior, & Iaf. num. 9.

Contrarium tamen tenet Bart. in d. §. in venditione. numer. 2. quod in reali, quando sit executio in eadem re, in qua facta est condemnatio, & quando in personali agitur ad speciem extantem, non requiratur citatio, alias secus. Et haec opinio est magis communis, vt firmat Iaf. in d. §. in venditione. num. 9. Milius tamen placet opinio Cyn. que nuntiatur æquitate, quam etiam tenet Socin. in tract. de dilat. art. 7. quæst. 19. & est magis tutia.

Amplius hanc conclusionem procedere etiam post desertionem appellationis, scilicet, si pars intra tempus non fuit prosequuta appellationem, & sic remansit deserta, ita tenet Bart. l. 1. in f. ff. nil no. ap. pen. Bald. & Doct. communiter in l. si contra. C. de app. vt refatur Marian. in Spe. par. 6. Rub. de execut. num. 16. & sequitur Dec. consil. 97. num. 2. Matthæ. de Affl. const. Neap. lib. 2. Rub. 17. num. 20. Aliás si pars in executione non fuerit citata, non valet executio. vide dec. Neap. 358.

## QVÆSTIO XXXI.

QVAERO. Quis sit ordo, & forma executionis? Respon. de hoc est textus in l. à diuo Pio. ff. de re iud. l. 1. C. de execut. rei iud. & tradit glo. in c. pastoralis. §. quia verò de off. deleg. Et nota communem conclusionem, quod prius debent capi bona mobilia minus damnosia, ita tener glo. ibi in verb. animalia, quam dicit communiter approbaram sibi Iaf. num. 10. Licit Rapha. Cuma. velut in electione creditoris esse capere, de quibus ipse velut.

## QVÆSTIO XXXII.

Sed quero. An executio facta non seruato ordine d.l. à diuo Pio. sit ipso iure nulla? Respon. Bart. in d. §. in venditione. tenet quod non, quem sequuntur Iohann. Andre. & Anton. de Butr. in c. quoniam frequenter. §. fin. ext. vt lite non contexit. Abb. c. quod ad consultationem. de re iud. Et hanc esse magis commune opinionem firmat Iaf. d. §. in venditione. num. 19. Licit ipse amplectetur contrariam opinionem, quam etiam tener Iaf. & Imol. & haec videtur verior, vt scilicet dicamus Iureconsultum sibi ponere formam, à qua recedi non debet. ne nimis grauerit debitor. Hanc opinionem tenet quoque Felin. d.c. quod ad consultationem. Marant. par. 6. Rub. de execut. & ita iudicatum refert. Matthæ. de Affl. dec. 358.

## QVÆSTIO XXXIII.

QVAERO. An executor & viator teneantur de evictione rei vendita? Respon. quod non, sed periculum spectat ad emptorem, ita tener glo. d.l. à diuo Pio. §. si post additum. verb. periculum. quam communiter approbatam dicit Iaf. ibi nu. 3. quia tamen ipse habet regressum contra debitorum condemnatum, cui profuit solutio, & qui fuit liberatus per solutionem pignorum, effectus periculi evictionis est ipsius debitoris condemnati.

## QVÆSTIO XXXIV.

QVAERO. Vtrum peritio restitutionis in integrum impedit executionem sententiae? Respon. quod sic, tex. est l. vñca. C. restitut. in integ. postul. Innoc. gloss. Abb. & omnes. c. suscitata. de in integ. restit. Bart. l. defendant. ff. de autor. iurto. & l. si prætor. §. Marcellus. in fin. ff. dec. Eandem tenet sententiam Imola. Cuma. & Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. vbi Iaf. num. 2. & Ripa nu. 30. fatentur hanc esse communem. & tener Bald. in consil. 358. vol. 3. Socin. consil. 109. vol. 4. Paul. Paris. consil. 109. col. vltim. lib. 4. Rota decil. 446. in nouis. Robert. Marant. de ord. iudic. par. 6. cap. de execut. senten. nume. 58. Rota. decil. 379. in nouis.

## QVÆSTIO XXXV.

QVAERO. Vtrum sententia executio impedit nullitas exceptione? Resp. quod sic, dummodo summarie & statim probari posse nullitas, à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Bart. & omnes. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Fran. c. dilecto. de appell. Docto. l. fin. C. §. ex falso in fru. Bald. ab executori. nu. 7. C. quor. appell. nō recip. Matthæ. de Affl. dec. Neap. 283. & hanc dicit esse commun. op. Alex. consil. 33. nu. 9. lib. 1. Seb. Vant. de nullit. cap. quot & quibus. mod. nullitas proponi posset. numer. 32. Alex. Iaf. & Moderni. d. §. condemnatum. & præsertim Ripa.

## QVÆSTIO XXXVI.

Sed quid, si sint tres conformes sententiae, nunquid nullitas exceptio impedit executionem? Respon. Receptio est optio, non impedit trium sententiarum conformium executionem. text. est Clement. 1. de re iud. & firmant omnes Doct. præsertim Alex. Iaf. & apertius Ripa. d. §. condemnatum. num. 14. & seq.

Amplius prædictam conclusionem, vt procedat etiam in criminalibus. Namque non obstante nullitas exceptione tres conformes sententiae executioni mandanda sunt, ita firmat gloss. communis consensu approbata. d. Clement. 1. verb. quanuis.

Amplius secundò, vt obtineat quoque in tribus sententijs interlocutorijs, ita tenet d. glo. communiter approbata, vt firmat Alex. Rubr. ff. de re iud. Abb. c. causam matrimonij. de offic. deleg. Eandem sententiam tenet Rot. decil. 113. in nouis. & Felin. Rubr. de re iud.

Limita predictam communem conclusionem, vt admittenda sit nullitas exceptio aduersus tres sententias conformes, quoties nullitas ipsa notoria est, & cvidens ex actis, ita tenet Oldr. consil. 106. Cardin. d. Clement. 1. Dom. consil. 2. 4. & consil. 95. col. 1. Eandem sententiam firmat Franc. dilecto. de appellat. Bald. l. 1. C. ne lice. tertio prouo. Imol. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de oper. no. nun. Corn. cor. fil. 204. lib. 2. Iaf. consil. 4. lib. 3. Curt. Senior. consil. 59. column. sexta. Aimon Grauet. consil. 3. col. 1. Ioh. ab Amicis. consil. 128. & eam dicit communem Ripa d. §. condemnatum. & tener Iaf. & Iaf.

Secundò limita, vt non habeat locum in tertio oppONENTE nullitas exceptionem. Namque impeditur executio, ita tenet Ioh. And. d. Clement. 1. in glo. verb. contra se. & ibi Cardi. q. 4. Felin. c. cum super. de re iud. nu. 18. & c. qualiter. el. 1. nu. 31. vbi dicit hanc esse communem opinionem. c. veniens. el. 2. ext. de testibus. Alex. & Iaf. d. l. à diuo Pio. §. super rebus. ff. de re iud. Eandem dicit esse communem. Seb. Vant. de nullitate, qui possit dicere de nullit. & sequitur Dec. c. sua. num. 10. de appellat. Rota decil. 441. in antiqu. Roma. sing. 291. Quam sententiam ego indistinctè veram puto, quoties sententia tertio vel ex natura cause, vel ratione scientie non nocent, licet contrarium velint Barbat. Zenzelli. & Imol. d. Clement. 1.

## QVÆSTIO XXXVII.

QVAERO. An tertius possit impeditre executionem sententiae inter alios lata? Respon. Circa hunc passum in variis per Doct. itum est sententias, pro clariori ligitur declaratione distinguendum est. Aut sit executio sententiae latae in actione reali, aut personali primo causa aut vietus possidit rem duobus simul potentibus, & tunc qui prius vicerit, obtinebit in executionis iudicio, præfira tamen cautione visto de cum defendendo contra tertium, ita probat text. expressus in l. is a quo. cum l. se q. ff. d. rei vend. l. cum idem. ff. pet. hæred. per quæ iura sita tener Iaf. Alex. Iaf. & Doct. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iud. Bart. d. l. cum idem. & l. si alienam rem null. de solut. Abb. Anton. de Butr. Cardin. Felin. num. 7. A reti. & alijs c. veniens. el. 2. de testib. Innocen. c. cum super. num. 4. Felin. nu. 11. de re iud. Si vero tertius post sententiam, qua transiit in rem iudicari, ceperit agere contra victimum, vel opposuit se executioni, non auditur, sed mandatur executioni sententia contra possessorem in re petita, etiam sine villa. cautione, ita tener Innoc. Imola. Anto. de Butr. & Felin. d. c. veniens. num. 8. & A reti. ibi. num. 3. dicit hanc esse communem opinionem, & quod omnes sequantur firmar Felin. num. 9. Eandem sententiam firmat Ang. Aret. l. a sententia. ff. de appellat. Alex. & Iaf. d. §. super rebus. glo. d. c. cum super. verb. interpositam.

Aut tertius se opponens possidet, & tunc dubio procul audiendus est, & impedit executionem. Ratio, quia hic tertius rei peritæ possessor nondum fuit viclus ab eo, qui petit executionem: alioquin non fieret executio contra victimum, sed contra ipsum tertium, qui nusquam litigavit, nec viclus fuit, sicut probatur in d. c. cum super. & d. §. super rebus. & l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Facit regula. Res inter alios acta, alijs non nocet. l. saep. de re iud. Ita tener Imola. l. a sententia in prin. ff. de appellat. quem sequitur Alex. & Doct. communiter. d. §. si super rebus. Petrus a Duen. in tracta. regula. reg. 274. limit. 2.

Aut res quæ a duobus petitur, vacat, & tunc admittitur opponens se ad impediendam executionem, si velit docere, quod eius interist possessionem victori non trahi: quia facilius eam obtinebit vacantem, quam si fuerit alteri tradita. tex. in d. c. veniens. vbi tener Innocent. & omnes Doct. Bart. Alex. & Iaf. d. §. si super rebus. Felin. & Doct. d. c. super rebus. & hanc esse communem sententiam firmat Dida. a Couaru. r. in lib. præf. quæst. cap. 16. num. 3.

Secundo casu principali, quando lis est super actione personali, & sententia executioni mandanda in rebus, quas viator asserit esse debitoris condemnati, si tertius volens impeditre executionem, non possidet, & vult probare se dominum esse illarum rerum, impeditur executio. tex. à diuo Pio. §. si super reb. ibi glo. verb. flat. Bart. & omnes Doct. communiter. ff. de re iud. Innocent. & Doct. d. c. veniens. Si vero tertius ille possidit, sufficit, quod alleget possessionem, ad impediendam.

dam executionem quod ad possessionem, quam obtinet, etiam si non dixerit dominum, & videtur velit probare dominium esse apud debitorem victimum, ita tenet Bart. & Doct. communiter, testis fab. nu. 9. & Zaf. d. s. si super. Fab. l. C. de priuilegiis. Abb. d. c. cum super.

Prædicta omnia ego vera esse iudico. In ijs casibus, quibus sententia lata inter alios alij non prædicatur, nec tunc nocet, vel nocere quidem potest & nocet, tertius tamen potuit appellare & appellauit. Secus vero in ijs casibus, quibus sententia lata poterit quoad plenum prædictum ex natura causa, vel ratione scientie, aut alio pacto; & tertius appellare non potest. Namque tunc quoque quoad tertium translata est sententia in rem iudicatam, Ideoque executio impediri nequit, per ea quae non Doct. communiter dicitur. sed de iudicio. & in specie vbi inter penitentia scientia tertii, dicitur hanc esse communione op. Alex. d. s. si super rebus. nu. 24. per tex. c. quamvis de re iud. Anton. de. Butr. Panor. & Fe. fin. d. c. veniens el. 2. de testib. quos referunt & sequitur Pet. a Duen. tract. reg. reg. 274. limitat.

### Q V A E S T I O     XXXVIII.

QVAERO. Quid probare debeat tertius volens impeditre executionem sententiae inter alios latas? Resp. frequentissimo omnium consensu traditum est, cum qui velit impeditre sententiae executionem, docere debere summatione & intra breve tempus ius contradicendi, causam scilicet, quodam damnum patiatur ex illius sententiae executione, ita probat tex. c. veniens el. 2. de testib. ibi not. Panor. & Felin. à diuino Pio. s. si super rebus ibi Doct. ff. de re iud. & ista est communis opinio, ut testatur Vida. Couar. in lib. præc. quæst. cap. 16. nu. 1. & tenet Felin. c. præterea, col. penul. de testib. cogent. Quod tamen ita intelligi debet, ut sufficiat semiplana probatio, nec requiratur plena probatio, ut firmat Innocent. & omnes Doct. d. c. veniens, vbi Felin. ita communiter à Doct. nostris receperit esse dictum nu. 13. & in d. c. cum sup. nu. 16. dicit iud.

### Q V A E S T I O     XXXIX.

Sed quæro, quid si adhuc suspicio calumniae, an admittendus terius opponens se executionis? Resp. quod non. c. suscitata de fin. integ. restit. & tenet glo. Abb. Fel. & Dec. c. super eo. de off. deleg. verb. tenebit. Felin. fin. de calum. Card. Felin. num. 10. d. c. veniens el. 2. de testib. Card. Clement. l. q. 4. de re iud. quorum opinio communis est, teste Couar. d. c. 16.

### Q V A E S T I O     XL.

QVAERO. Anterior possit impeditre trium sententiarum executionem, ex causa nullitatis? Resp. Doct. sententias variant, nonnullis existimantibus non posse, quæ sententia est Gulielmi. & Barbat. Clement. l. de re iud. quam etiam sequitur ibi Zenzelinus, & lmo. eo casu, quando tertius ille fuit certus de omnibus tribus sententijs, alias verò vbi nullam sententiam habuit durum sententiarum censuerunt nullitatis exceptionem admitti, ad impediendam executionem à tertio.

Contrariam op. quod scilicet indistincte exceptio nullitatis per tertium obiecta impedit trium sententiarum executionem, frequentiore ratiocinio approbarunt Interpretes. Idan. And. Clem. l. verb. contrasse. Cardin. q. 4. Felin. c. veniens 2. nu. 11. ext. de testib. Dec. c. sua. nu. 10. de appell. Alex. & Ias. l. à diuino Pio. s. si super rebus. ff. de re iud. Ror. de cis. 4. 4. in antiqu. Roma. sing. 29. Felin. c. qualiter. 7. nu. 31. vbi dicit ita tenere Doct. communiter de accusat. c. cum super. nu. 18. de re iud. Vant. de nullit. tit. quis posset dicere de nullitate, vbi assertit hanc esse communem, quam ego in dubio inter veram iudicis, quoties sententiae nec ex natura cause, nec ratione scientie tertio nocet etiam scienti. Secus verò esse arbitror, quando tertio sententia nocet ut terria, & ea ex causa appellatio interdicatur, quod probatur ex ratione d. Clem. I.

### Q V A E S T I O     XLI.

QVAERO. An sententia lata contra haeredem præjudicet & necceat legataris? Resp. in hoc varia sunt Doct. sententiae. Aliqui dicunt distinguendum esse. An sententia lata sit contra haeredem contumacem vel contumenterem, & rumpit iure absque necessitate appellatiois, minime præjudicet legataris, quin non obstante exceptione rei iudicatae possint agere ad legata aduersus victorem ipsum. An vero lata sit ob iniuriam & culpam ipsius haeredis, qui iudicem ad hinc pro nunciandum provocauit, nec deinde, cum potuisse sententia appellatur, & tunc noceat legataris ad hoc ne possint victorem conuenire, quia tutus est exceptione rei iudicatae, & hic fuit opinius Bart. dnl. si fuit plus plurimum. s. si haeredatis. ff. de leg. 1. quarti sequuntur ibi Jacob. Aret. Alber. nu. 5. Cumia. lect. 2. & Ias. qui dicit cum Bart. communiter transire alios. Ratio differentia allegat, quia in primo casu haeres versatur in dolio, Ideoque propter dolum haeredis subuenitur legataris etiam contra victorem. In secundo vero tantum est in culpa, atque ob id contra haeredem quidem, non autem aduersus victorem subuenitur. Quisdam vero existimat contra Bart. etiam hoc ultimo casu, quando haeres fuit in culpa, nec appellavit cum potuisse, sententiam latam inique legataris ipso iure non nocere abit, vila necessitate appellandi, sicut

in præced. glo. ibi, verb. non nocebit. 2. intellectu. Imol. Paul. de Casir. Cumia. lect. 1. Alex. & Aret. Ideoque possunt aduersus victorem, & dicere vim & potestate testamenti non obstatæ exceptione re iudicari.

At quicquid sit hæc Doc. contraria sententia optimo distinctionis moderate tollitur, vt sententia lata contra haeredem, qui fuit in culpa, quia non appellauit cum potuisse, legaturis noceat ne possint agere contra victorem, si scilicet ab ea intra tempus legitimū à die scientie non appellauerint, quod si verò legitimè appellauerint, tunc agant quoque aduersus victorem, vt sententia lata per iudicem appellationis reuocetur, ita tenet glo. d. s. si haereditatis. verb. non nocebit. in 1. intellectu, & ibi sequitur Cumia. lect. 1. & eam sententiam frequentiori Doc. calculo approbatam esse firmat Alex. l. s. p. nu. 83. ff. de re iudicari.

## C A P V T     XXIIII.

### A P P E L L A T I O.

#### S V M M A R I A.



PPELLATIONEM simpliciter, & generaliter interpositam, etiam proprio iudicis, ad quem appellatur, nomine non expresso, valere. q. 1.

Appellationem ab interlocutoria in casibus à iure permis- sis, indistincte interponendam in scriptis: definitiva vero inconni- nenti etiā via voce, ex intervallo autē in scriptis scribi debere. q. 2.

Appellatio in continentis fieri dicitur, donec iudex seder adhuc pro tribunali, licet etiam ad altos actus judiciales processerit. Secus si ad actus penitus extraneos diuerterit. q. 3.

Appellatio via via cum potestate de applando in scriptis, si deinde appellat in scriptis, valere adhuc primam appellationem, & ab illa incipere currere tempus prosequendi eam. q. 4.

In appellatione ab interlocutoria exprimentas esse causas grauam- nis, secundum appellatione à definitiva. q. 5.

Sequestrationem fructuum, quæ propter metum dilapidationis fieri solet, etiam pendente appellatione, ea nōdum præsentata iudicis, ita ut vltius procedere non possit: facta scilicet ei legitimè inhibitione p. superiorē, hoc est, cū causē cognitione, & parte citata. q. 6.

Tempus 30. dierum, qui datur ad petendos apostolos, currere à die latæ. Nisi grauatus sententiam latam esse ignoraverit, tunc enim currere à die scientie. q. 9.

Appellatione per annum deserta, iudicem posse post lapsum anni ex quæ sententiam: Si de impedimento ipso non constet, parte tamen citata, ut de impedimento, si quod iustum habeat, doceat. q. 10.

Appellans ad hoc, ut possit restituī, debet de impedimentoo in primo anno protestari: Maximè si sit per iudicem. Arqui cutius esse, ut semper protestetur. q. 11.

A sententia de exequendo non esse appellandum. q. 12.

Paribus consentientibus, ut iudex sententiam ferat secundum confi- litum sapientiam, appellationem nihilominus esse permittam. q. 13.

Ascentia latam super possessoris, appellare nō licere, nisi magnum sit grauamen, & præjudicium. Idque cum lute Can. q. 14.

A iuramento in item appellare non permittitur: de iure ciuii, secundum quidam aiunt esse de iure Canon. q. 15.

A sententia subdelegati, si delegatus primus totam causam delegauit, appellatur ad primum delegantem: Si vero partem causæ fibri seruauit, & partem subdelegauit, appellatur ad proximum subdelegantem. q. 16.

Clausulata, Appellatione remota, solitam adjicit in delegationibus, non nocere tertio, quod minus ipse appellare possit. q. 17.

Appellatione deserta, nihilominus agi & tractari posse causam nulli- tatis simul in iudicium principali per deductam. q. 18.

Ad summum Pontificem appellari posse, omisso medio, quod alii non licet. q. 19. in prin.

Appellatio omisso medio proposita, causæ cognitionem devolutam etiam vbi appellari omisso medio ad superiore non potest. q. 19.

Attentata pendente appellatione esse reuocanda: Id est obseruandum & in his, quæ post sententiam ante appellationem propositorum ac- ciderunt. q. 20.

Attentatam reuocationem an impedit notorius Iuris defectus. q. 21.

Reuocationem attentatorum non concedi. ijs casibus, quib. de lute nō

conceditur appellatio. q. 22.

Appellatione ab interlocutoria pendente, non reuocari statim atten-

tata nisi probata causa, scilicet, si quid attentatum sit in causa pri-

cipali: Item nisi inhibitum sit iudicis per superiore. q. 23. & 24.

Pendente appellatione extra iudiciali, non nisi vera a ppellandi cau-

probata, reuocari attentata. q. 25.

Q V A E S T I O

## Q VÆ S T I O I.

**V**AERO, An valeat appellatio simpliciter & generaliter facta nomine iudicis proprio non expresso, ad quem appellatur? Respon. quod sic, & ista est communis opinio, quae fundatur in l. 2. ff. de appell. ut restatur Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rubr. de appell. num. 120. & eam tenet Bart. in l. 1. s. si quis. ff. de appell. Abb. cap. inter cetera. ext. eod. Eadem dicit esse communem opinionem Ias. in l. qui Roma. 5. Seia. numer. 8. ff. de verb. oblig.

## Q VÆ S T I O II.

**V**QAERO, Vtrum appellatio semper debeat in scriptis fieri. An verò sufficiat, quod viua voce interponatur? Respon. quod in hoc articulo solet distinguiri secundum communem & receptam Doct. opinionem inter appellationem ab interlocutoria, & a definitiva.

Primo casu appellatione indistincte in casibus a iure permisisse, si debere in scriptis communiter receptum est, de quo tex. est expressus, qui probat in c. cordi nobis de appell. in 6. Et hanc esse communem opinionem tam Canonistarum, quam Legistarum firmat Dec. in c. ut debitus de appell. Paul. de Cast. in consil. 270. in prin. vol. 2. Roma. consil. 41. & eam tenet Bald. in l. patris & filii. ff. de vulg. & pupil. Ferr. pract. for. appell. ab interloc. verb. causis & rationibus.

Secundo casu, placuit appellationem etiam viua voce fieri posse, in continentis, non ex intervallo, quia tunc in scriptis interponenda est, ad hoc ut valeat. Ita probat tex. in l. 1. & 2. ff. de appell. & in l. litigatoriis. & ibi gloss. Bart. Bald. & omnes. C. eod. tit. ut refert Corn. consil. 95. & consil. 96. vol. 4. Ferr. pract. for. appell. a definitiva in prin.

## Q VÆ S T I O III.

Quando autem dicatur incontinenti vel ex intervallo interponi appellatio, inter Doct. diversae sunt opiniones, quas refert Bald. in d. litigatoriis. Verior tamen & communior est sententia, quod in continentis dicitur appellatio fieri, donec iudex sedet adhuc pro tribunali, licet etiam ad alios actus iudiciales processerit. Secus si ad alios actus penitus extraneos, qui sunt extra iudicium, diuerterit. Ita tenet Spec. in tit. de appell. §. qualiter. & ibi Andrae. in add. verb. diuerterit. & ita intelligi debent Doct. licet non ita clare loquuntur Bart. in d. litigatoriis. vbi dicunt etiam incontinenti fieri, licet iudex diuerterit ad extra neos actus puta iudiciales, quia processit ad alias causas expediendas Idem Bart. in l. 1. §. libelli de appell. Bald. in l. iudicibus. ff. de integr. restit. Hanc opinionem communiter approbatam firmat Dec. si iustus de appell. Gemi. & Doct. in d. c. cordi. eam quoque sequitur Lanfran. de Orta. in repet. c. quoniam contra. verb. interlocutiones & appellat. vers. sequitur aliqua videre. ext. de probat.

## Q VÆ S T I O IV.

Sed pone, quod aliquis appellat viua voce, cum protestatione, de appellando in scriptis: & deinde appellat in scriptis, nunquid valebit prima vel secunda appellatio? Respon. quod non obstante controversia Doct. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de oper. no. nun. magis communis & verior est sententia, quod prima appellatio valeat, à qua etiam incipit currere tempus prosequendi eam, ut restatur Ioan. 1 mol. in d. §. si dominus. & Paul. de Cast. in consil. 7. vol. 1. licet contrarium tenet cum Alex. in d. §. si dominus. Eadem opinionem ut veriorum sequitur Dec. in c. tua nobis. de appellat. Roma. consil. 41. Abb. in c. dilecto. de appellat. dummodo tamen prima appellatio valuit, secus si sit inutilitas, ut quia viua voce ab interlocutoria appellatur est. Namq; tunc valeret secunda in scriptis facta, & tempus prosequendi à die secundæ appellationis incipit currere.

## Q VÆ S T I O V.

**V**QAERO, An in appellatione causæ grauamini sunt exprimendæ in specie, vel sufficiat generaliter fieri eius mentionem? Respon. secundum communem & receptam Doct. sententiam, quod in appellatione absentia definitiva non requiritur causa expressio, sed sufficit, quod appellans generaliter dicat se esse grauatum. Ita probat tex. in d. 1. 2. C. de appell. & tenet gl. & Doct. c. cum in ecclesia. ext. eod. tit. Secus in appellatione ab interlocutoria, quia expressæ & specialiter sunt non minande causa grauamini, alijas nō valet. tex. est expressus in c. ut debitis. ibi. coram eodem iudice causa probabili appellat. exposta. ext. de appell. quā opinionem ibi communiter sequi firmat Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rub. de appell. nu. 141. Eadem opinionem tenet Gemi. per. tex. ibi. c. cordi nobis. de appell. lib. 6. Abb. & Doct. d. c. cum in eccl. Socin. consil. 45. vol. 1. Bald. in l. minoribus. C. de his quib; ut indig. & probat tex. in Clem. appellanti. & ibi Doct. de appell. Ferr. pract. for. appell. ab interl. verb. causis & rationibus

## Q VÆ S T I O VI.

Vulgaris conclusio est, quod iudex etiam pendente appellatione potest fructus sequestrare, quando timetur de dilapidatione, tex. est in l.

Imperatores. & ibi Doct. §. fin. ff. de appell. c. fin. vbi communiter hoc tenet, de sequestri fruct. Matthæ. de Affl. 188. decis. num. 7.

Sed dubium est, per quem iudicem fieri debeat sequestratio? Resp. Communis & recepta est sententia, quod si perit sequestratio antequam appellatio si presentata iudic ad quem, & per eum recepta, tunc debet fieri per iudicem à quo, alijas per iudicem ad quem, ita tenet Abb. & Doct. in d. c. f. & dicit communiter teneri Alex. in add. ad Bar. in d. l. Imperatores. Eandem dicit esse communem opinionem Rober Maran. d. par. 6. Spec. ad uocat. Rub. de appell. num. 177.

## Q VÆ S T I O VII.

**V**QAERO, An pendente appellatione possit agi contra iudicem, qui sententiam vel nullam vel iniquam dixit, ad expensas iuris, damna & interesse? Respon. quod sic, ita tenet Bart. in l. 3. §. ex quibus. ff. de alie. iud. mut. causa facta. Et idem in q. 9. incip. Index per imperitiam. Eandem tenet opinionem Alex. in l. 4. §. fin. ff. de dam. infect. Bald. in l. obseruare. §. proficiunt. num. 12. ff. de offic. procon. Et eam dicit esse communem Socin. in consil. 24. num. 8. & 9. cum seq. volu. 1. Felin. c. pastoralis. §. quia vero num. 18. & 19. ext. de offic. deleg.

## Q VÆ S T I O VIII.

**V**QAERO, An pendente appellatione ab interlocutoria sint ligata manus iudicis, ita ut viterius procedere non possit? Respon. secundum receptam Doct. sententiam, quod non possit procedere viterius, quando ei per superiorē facta est inhibito. Ita est rex. in c. non solū, de appell. in 6. Alijās secūs, ut not. in l. intra vtile. & ibi Bar. ff. de minor. Bart. in l. eius qui. ff. de appell. recip. Ang. in consil. 217.

Hanc commun. conclusionem intellige procedere, dummodo inhibito fuerit legitimè interposita, & cum cause cognitione, & parte circa, alijās non valet. Ita tenet Felin. c. dilectus. el. 2. de rescript. Clem. c. Romana. §. si vero, & §. si autē per illum tex. de appellat. lib. 6. Et hanc dicit esse communem opinionem Alex. in l. Titia. ff. solut. matri. & in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & eam tenet consulendo in consil. 91. vol. 2. & in consil. 9. vol. 4. Franc. Aret. consil. 20. & consil. 33.

Appellans tenet infra 30. dies apostolos petere, de quo tex. est. in l. iudicibus. C. de app.

## Q VÆ S T I O IX.

**V**QAERO, Quando incipiat currere illud tempus? Respon. Doc. in hac quæst. sententia variantur. Quidam existimant, quod currant à die latæ sententiae isti. 30. dies. Et hæc sententia probatur per tex. ex pref. sum in d. l. iudicibus.

Contrarium tenet Hostien. c. 1. de appell. in 6. quod scilicet currant à die appellationis interpositæ. Sed prima opinio magis communiter approbatam est, dummodo appellans habuit notitiam sententiae latæ, iuxta tex. d. l. iudicibus. Alijās si ignorauit sententiam latam, à tempore scientie ratiū currunt isti 30. dies, sicut & tempus ipsum appellatio. nis interponenda iuxta Auth. hodie. & quæ ibi not. gloss. & Bart. Et hæc opinio verior & æquior & menti legum consona. Quomodo enim dici potest ignorantia per 30. dies lapsum esse tempus petendi apostolos, cui tempus appellandi lapsus non est. Hanc opinionem dicit esse magis communem Maran. par. 6. Rubr. de appell. numer. 309. & tenet Rot. decis. 29.

## Q VÆ S T I O X.

**V**QAERO, An per lapsum anni dicatur desperata appellatio, ita ut iudex indistincte possit sententiam exequi, si aliter non constat sibi de impedimento? Respon. quod non, sed debet expectari, ut labatur secundus annus. Ita est tex. in Auth. ei qui appellat. C. de tempo. appell. & in Clem. sicut de appell. Hanc opinionem teneri expressè Bart. in d. Auth. ei qui. & in l. 1. ff. n. il. no. app. pend. Dec. post. Abb. in c. ex ratione. de appell. Bald. in l. eos. C. eod. tit. Et eam dicit esse communem Rober. Maran. in Spe. par. 6. Rub. de appell. nu. 220. licet ipse teneat contrarium, quod scilicet clauso anno, si non constat de impedimento aliquo possit statim sententiam exequi, parte remen citata, per d. c. sicut. Cuius opinio mihi quoque satis probatur, atque puto quoque id esse de mente Doct. qui tenet communem, quod licet debeat expectari lapsus bieni, si tamen velii, possit citare appellat. ad docendum de impedimento, & si non docuerit, sententiam exequi.

## Q VÆ S T I O XI.

Sed quæro, Nunquid ipse appellans in primo anno debeat protestari de impedimento, ad hoc ut restituatur? Resp. vera & communis conclusio est, quod quando stat per iudicem, tunc debeat protestari, ita firmat Alex. in consil. 19. vol. 2. & Doct. communiter in d. c. ex ratione. & in l. properandum. §. sin autem. C. de iudic. licet turius sit, ut semper protestetur, teste Dec. d. c. ex ratione.

## Q VÆ S T I O XII.

**V**QAERO, An possit appellari à sententia de exequendo? Respo. Commu. op. Tho. 3. I. 2

In hac quest. Bart. sibi contrarius est. Namque in l. ab executione. C. quo app. non recipi existimat appellationem admittendam esse. At diuersum sentit in l. ab executori, ff. de appellat. quod scilicet appellari non possit. Hanc dicit esse communem Corn. in consil. 71. vol. 1. & eam firmat ut veram Decif. Neapol. 34. Anto. Capy. Grat. consil. 16. vol. 2. Ruin. consil. 80. vol. 5. Eandem dicit esse communem Alex. in consil. 95. volum. 2. & firmat Specul. tit. de execut. senten. §. penul. pe. ver. sed secundum.

### Q V A E S T I O X I I I .

Q V A E R O. Si partes consentiantur ut iudex sententiam ferat secundum consilium sapientis. An nihilominus permisssum sit appellatio? Respon. quod sic ita tenet Bart. in l. si conuenierit. ff. de re iud. & ibi Alex. dicit hanc esse communi opinionem, & tenet idem Bart. in leg. ex consensu. ff. de appell. Solus enim consensus non tollit remedium appellatio- nis, nisi expressa interuenient renuntiatio.

### Q V A E S T I O X I I I I .

Q V A E R O. An appellare permisssum sit a sententia iata super possessorio? Respon. quod non, ita probat tex. in l. c. si de' momen. possess. fuer. appel. & c. si. §. de possessione. 2. q. 6. siue sit possessorium adipiscendae, siue retinendae, siue recuperandae. tex. est in c. ex con- sequente. de restit. spoliat. & tenet Bart. in l. 2. numer. 3. ff. de appell. recip. Hanc opinionem dicit esse veram, & communem August. Bero. q. 52. num. 8. Tyraq. in tract. de morte. 6. part. declarat. 6. num. 5. Vant. in tract. de nullit. Rubr. 4. num. 3. 4. Catel. Cotta. in memorab. iuris. verb. ap- pellare. Socyn. reg. 18.

Hanc communem conclusionem limita procedere, ut non possit appellari ad effectum retardandae executionis, secus quod ad devolendum negotium coram iudice, ad quem, & ita intelligi debet tex. d.l. 1. prout ibi not. Bart. & Bald. licet contrarium velit Dec. in consil. 28. Hanc dicit esse magis communem opinionem Rober. Maran. in Specu. par. 6. Rubr. de appellat. num. 29. 4. & tenet Matthae. de Afflict. vbi dicit ita iudicarum. in decif. 77. num. 8.

Predicta omnia limita procedere in causis modici praedicti, namque ibi non suspenditur executio, secus vbi maximum vertitur praeterea dicimus. Ita sentit Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. Dec. in consil. 28. Ang. & Doct. d.l. 1. C. de mo. possess. Vbi communiter Doct. fundante in mo dicitate praedicti, quia scilicet sententia super possessorio parte modicum praedictum, ex quo gramamen potest preparari super peritiori, & haec opinio est equissima, ita firmat Maran. d. Specul. par. 6. Rub. de appell. numer. 30. 1.

### Q V A E S T I O X V .

Q V A E R O. Vtrum a iuramento in item appellare permisssum sit? Respon. quod non, ita tenet Bart. in l. in actionibus. ff. de iur. in lit. quem sequuntur ibi Doct. communiter, teste ibi Ias. in fin. qui tamen dicit id procedere de iure ciuilis, secus de iure canonico. Eandem sententiam firmat Innocent. Anton. de Burr. & Imol. in c. fin. ext. quod met. eau. Robert. Maran. in Specul. par. 6. Rubr. de appell. num. 339.

### Q V A E S T I O X VI .

Q V A E R O. Ad quem appelletur a sententia subdelegati? Respo. Bart. in l. 1. §. 1. ff. quis & a quo appeller. distinguit inter ius ciuilis & canonicus, & inter delegatum a principe & ab inferiori. Sed haec eius distinctio communiter reprobaratur est, vt testatur Maran. in Specu. par. 4. distinc. 5. nume. 27. & verior opinio est, quod si delegatus subdelegat oram causam, indistincte tam de iure ciuilis quam canonico appellatur ad primum delegantem, ita probat tex. c. super questionem. §. potro. de offici. deleg. Si vero non subdelegat oram causam, sed partem sibi referuat, tunc appellatur ad subdelegatum proximum. Hanc opinionem tenet Dec. Abb. & Doc. communiter in c. dilecti. de appell. & in d. §. porro. vt firmat Maran. d. distinc. 5. numer. 27. & in part. 6. Rub. de appellat. numer. 375.

### Q V A E S T I O X V I I .

Q V A E R O. Vtrum clausula, appellatione remota, qua in delegationibus solle. adscribi, obtineat saltem quod ad litigantes a forem scilicet & reum. An vero etiam quod ad tertium? Respon. Receptior & com- munior est sententia appellationem permitti tertio, non obstante dicta clausula, ita tenent Abb. Bald. Fel. & Deci. in c. super co. ext. de offici. deleg. Fran. in c. pastoralis. q. 7. de appellat. Bart. l. 1. §. interdum. ff. a quib. appella. non licet. nume. 4. Bald. l. cum filius. ff. de milit. testa. Fel. in c. veniens. 2. nume. 5. de testib. c. qualiter. 1. num. 13. de accus. Ias. l. diuino Pio. ff. super rebus. ff. de re iud. Cor. in sing. verb. clausula. 1. Ethanc dicit esse communem opinionem Curt. Junior. consil. 179. numer. 6. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullitate nume. 15.

### Q V A E S T I O X V I I I .

Q V A E R O. An deserta appellatione censeatur deserta quoque nullitas cum appellatione simul in iudicium principaliter deducta?

Respon. Variatum est sententia, nonnullis existimantibus, deserta appellatione non esse veterius locum prosequendi nullitatem. hanc sententiam tener. Innocent. c. sepe, de appellat. Bald. l. qui testamento. ff. de excusat. cur. Salyc. l. 1. C. quando prouo. non est necesse. Cum al. si ex- pressum. ff. de appellat. Alijs vero contrarium afferantibus, ex quo nullitas non restringitur his limitibus quibus appellatio censetur lurerre stricta, ut not. Bart. l. quidam in suo. ff. de condit. infit. Hanc sententiam tener. Bart. d. l. si expressum. nume. 10. & ibi Imol. num. 16. Abb. c. dilecto. nu. 9. ibi Francus. q. 5. 8. de appellat. Socin. consil. 10. col. fin. lib. 4. Et hanc opinionem commu. esse firmat Dida. Cour. pract. quest. cap. 25. & tener. Ferrariensis pract. forma appell. a sentent. definit. verb. & in quantum sit aliqua.

### Q V A E S T I O X I X .

Communis & vera est conclusio, Ad summum Pontificem appellari posse omisso medio. c. ad Romanam. 2. q. 6. Docto. c. dilecti. de ap- pel. vt testatur Couarr. pract. quest. cap. 4. num. 9. regulariter vero ap- pellatio omisso medio permisssum non est.

Sed quaro, nunquid appellations remittenda sit causa, quoties permisssum non est, si id non pertatur? Respon. Diuersae sunt sententiae, Namque Imola, quem sequitur Dec. in d. c. dilecti. existimat remittere id esse causam ad illud medium tribunal, quod intus fuerat omisso.

Contrariam vero sententiam, quod Imo appellatio omisso medio proposita, cause cognitionem deuoluit, etiam hoc casu, vbi nihil fuit appositum, tener glo. communiter recepta d. c. dilecti. vt testatur ibi Imol. & Decius & tener Rota decif. 387. in nouis.

### Q V A E S T I O X X .

Expediti iuris est, attentata pendente appellatione esse reuocanda. I. ex illo. l. minim. c. de appellat. Sed quero, nunquid etiam attentata non tantum post appellationem propositam, sed etiam ante ipsam, & post sententiam intra tempus datum ad appellandum reuocanda sint? Resp. Receptior opinio est, quod sic, quia probat tex. c. cum solum de appellat. in 6. quem ibi not. Fran. & Doct. communiter & tener glo. ex iudiciorum verb. secura. ff. de accus. quam sequitur tamquam singularem Bal. c. querenti. de offici. deleg. Et eam dicit esse communem Alex. l. 3. §. sacerdotus. ff. de acquir. possess. & tener Paul. de Cast. leius qui. si cui de testa.

### Q V A E S T I O X X I .

Q V A E R O. Vtrum reuocatio attentatorum possit fieri, si appellanti obiectatur norioris defectus iuris in principali causa? Respon. Li- cer certatum sit in hac questione variantibus sententias, tamen obtinuit illorum sententia, qui volunt fieri posse reuocationem, vt firmat Alex. consil. 99. num. 9. lib. 5. Carol. Molin. ibi in addit. Et haec opinio procedit quidem in profanis, dubium igitur est. Nunquid etiam obtinere debeat in causa super beneficio ecclesiastico? & existimat Anton. de Burr. & Francus in c. bonae memoriae. de appellat. reuocationem admittendam esse non obstante hoc defectu. Idem firmat Dec. c. ex parte. el. 2. de rescript. Verum frequentius in contrariam itum est sententiam, per glo. Clem. vni. de causa possess. & propriet. quae vult ne- farium esse aliquo colore saltu canonici tituli possessionera iustifica- re. Hanc sententiam tener Rota in decif. 35. in nouis. & decif. 14. decif. 34. 8. in antiqu. Abb. capit. ex literis. de restit. spolia. Et hanc opinionem gloss. communem esse firmat Rubeus consilio vlt. colum. 2. Bellamo. consilio. 10. Calsiod. decif. 4. & 8. de restit. spoliat. & tener Oldr. consil. 1. Et hanc posteriorum opinionem multi quoque volunt procedere in profanis, quod ad hoc ut non fiat reuocatio in favorem partis, sed vt iudex rem de qua controversia est, subiecta sequestro, vt annotavit Matthae. de Afflict. in decif. 98. & 352.

### Q V A E S T I O X X I I .

Q V A E R O. Vlterius quid dicendum sit in his casibus, in quibus iure non conceditur appellatio? Respond. Expeditum est reuocatio- nem non concedi, ita est tex. expressus c. non solum. ibi gloss. verb. ca- bus. communiter approbat, de appellat. lib. 6. ex quo enim tunc cap- pellatio non suspendit effectum sententiae, bene potest iudex iu- nior. l. Innocent. c. pastoralis. de officio deleg. Bald. c. sancinus. quo temp. miles. rot. tit. C. quor. appell. non recip. Rober. Maran. de ord. iud. par. 6. c. de appellat. num. 172.

### Q V A E S T I O X X I I I .

Q V A E R O. Nunquid pendente appellatione ab interlocutoria attentata sint reuocanda? Respond. Expeditum est per text. in ca- no solum. de appellat. in 6. qua decisum est attentata non reuocari ante quam iustificata fuerit ipsa appellatio per probationem causae. Et in hoc differt appellatio a definitua ab appellatione ab interlocutoria, haec enim statim suspendit iurisdictionem iudicis a quo prouocatur, absque iustificatione causae, ad effectum reuocandi attentata, illa vero minime.

Q V A E S T I O

# Commu.opinionum, Liber II.

133

## Q VÆ S T I O    X X I I I .

Sed quæro, An probata causa vera appellationis ab interlocutoria suspendatur iurisdictio iudicis ad effectum reuocandi etiam attentata super negotio principali? Respon. Aut interlocutoria fuit lata in articulo non connexo principali questione, & non suspenditur iurisdictio iudicis, quod ad principale negotium, nec tenetur Index, a quo prouocatur eidem supercedere. Aut interlocutoria fuit lata in articulo connexo causæ principali, & tunc suspenditur iurisdictio etiam quod ad causam principalem, ita tenet Anton. de Butr. Imol. & Deci. c. super eod. de appellat. & cap. ad hæc. el. i. c. bona. eod. tit. vbi Dec. afferit hanc sententiam esse communem. Licet contrarium quoque velit Panor. in prima parte distinctionis, nimirum ibi quoque appellationem habere effectum suspensuum, quod ad negotium principale d. c. super eod.

Limita prædictam conclusionem quæ vult attentata pendente appellatione ab interlocutoria non reuocari, donec causa probetur, ut non procedat quando innovata fiant, postquam fuit iudici inhibi-

bicum per superiorum text. est in d. c. non solum. quæ inhibitio tamen debet esse canonica, ut scilicet fiat prævia causa cognitione, & parte ad hoc citata, secundum Innocen. & Felin. num. 14. c. dilectus. 2. de rescript. Spec. titul. de appellat. s. de officio, vers. sed queritur. Domi. & Franc. d. c. non solum. Rota. decis. 412. in nouis. Hanc dicit esse communem sententiam Alex. I. Titia. in fin. ff. solut. matri.

## Q VÆ S T I O    X X V .

Q VÆ R O. Verum attentata pendente appellatione extra-judiciali sint reuocanda? Respon. quod non, sed pendent ex futuro eventu, quia reuocantur, cum probata fuerit vera causa appellandi, sicut in appellatione ab interlocutoria. Ita tenet glos. communis interpretum consensu probata d. c. non solum. & hanc sententiam firmat Abb. c. cum nobis. de elect. Franc. Præpof. qui dicit eam esse communem, & caeteri. c. bona memoria. de appellat. Guido Papæ consil. 138. licet Abb. & Deci. existiment in appellatione extra-judiciali ad reuocationem attentatorum sufficere, appellatum esse ex causa verissimili & probabili.

FINIS LIBRI SECUNDI QVÆSTIO-  
NUM MICHAELIS GRASSI

Commu.opi.To.3.

I 3

## CONCLVSIONES IVRIS

quingentæ, ad decidenda plurimorum casuum dubia quotidiè in  
IVDICIIS EMERGENTIA PROPTER VARIAS  
GLOSSARVM ET DOCTORVM  
OPINIONES,

*Congesta per clarissimum V.I. interpretem ac consummatum practicum Do. Iaff.  
Lanfrancum Balbum, legalibus studiis mirum in modum conducibiles.*

CENTVRIA PRIMAE  
CONCLVSIONE I.

Sententia.



I consultor dicat in consilio, aliquem fore condemnandum, vel absoluendum, & iudex in sententia dicat: Pronuncio secundum formam consilij non valer sententia, secundum glo. in l. In verbo, admittit, ad finem, iuncta glo. in l. fin. C. si aduer. liber. & ibidem Bart. Specul. in tiru. de except. §. viso. versi, porrò in Italia, ibi, ego puto, &c. & ibi Ioan. Andri. in addi. Idem sentit Bald. in l. solent. ff. de offic. procon. Imol. in cap. si pro debilitate, ext. de offic. delega. Fede. de Senis consi. 204. do. Praeposi. in ca. dilecto. ext. de appell. Sali. post Jacob. But. in dicta. l. licet contrarium ibidem senserint Pe. Cy. ac Bald. & Ang. in l. qui se dicit suis nummis. ff. de iudic. Panor. & Felin. in c. cum venerabilis. extr. de except. Quorum opinio secundum Specul. vbi supra, posset procedere in interlocutoria, non in diffinitiva.

## CONCLVSIONE II.

Executio.

Excutio instrumenti habentis executionem paratam, potest fieri die feriata ob necessitates hominū. c. si. extr. de iud. Vult Bart. in Lomnes. C. de ferijs.

## CONCLVSIONE III.

Excōmuni  
catio.

Ictiones non habent locum, vbi agitur de incurrienda sententia excommunicacionis: quia excommunicatio ligat tantummodo in calo vero, & non ficto; secundum Ioan. And. in c. 2. de constit. Et nisi sit vera contumacia, quæ non dicitur vera, etiam si sit facta citatio ad domum, vel in valuis ecclesiæ, nisi propter notitia citationis. secundum Ange. in l. §. biduum. ff. quan. appell. sit. & per dominos de Rota, decisi. 370. Erta intelligitur glo. in c. si non sunt de consecra distin. 2. Ad hoc est bonus rex, in l. ea quæ. C. quo. & quan. iud. vbi non valet sententia contra absensem non verum contumacem, vt quia inuentus nō sit personaliter. Quando autem quis est citatus ad domum, presumitur scilicet citationem, secundum glo. & Bar. in l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. & glo. in l. si legibus. C. de episc. audiens in verbo, probatum fuerit, non tamen ut prædicti, ex tali præsumptione excommunicabitur; quia ibi requiritur vera contumacia, & non præsumpta, secundum Innoc. in c. fin. ext. de eo qui mis. in pos. Felin. in c. cum sit Romana. extr. de appell.

## CONCLVSIONE IV.

Renuncia  
tio.

Cessione bonorum renunciari non potest. Bald. post Richardum Malumbre. in Italia. §. eleganter. ff. solu. marci. & ibi Bart. Cyn. teste Bald. in l. i. C. qui bonis cedere pos. & ibi Salic. canon. in cap. Odoardus. ext. de solu. Iaco. de Beliulo. in authen. de fidei. §. quod autem. Licet Iaco. de Arena. & Angel. in d. §. eleganter. renuiri contrarium. Quorum opinio secundum Bart. vbi supra procedere posset in duobus casibus, scilicet quando tempore contractus debitor sciebat se non esse solvendo, per l. penul. vbi calus notabilis. ff. de iure dor. Et quando debitor in fraudem creditorum dissipasset bona. l. fin. ff. de his quæ in fraudem credi. Et generaliter vbi cunque debitum descendit ex delicto, vel dolo, secundum canon. in cap. olim. sel. 2. de restit. spolia. teste Panorm. in d. cap. Odoardus. vbi dicit hoc sentire glossam.

## CONCLVSIONE V.

Remissio.

Emissio de loco ad locum in contractibus fieri potest, quando debitor renunciavit sibi priuilegio. glo. notabilis, & ibi Bart.

Bald. & communiter doct. in l. ff. si quis in ius voc. non ferit. Idem Bart. in l. hæres absens. §. i. ff. de iud. Bald. in l. cum Archimedoram. C. vi. in pos. lega. Licet Ang. in d. l. contrarium tenet per c. Romana. §. contrahentes, de foro compe. in 6. Sed secundum Panorm. in c. i. de iudic. ille. §. limitatur per glo. predictam, quando non erat renunciatum priuilegio sibi.

## CONCLVSIONE VI.

S Equestrum tollitur per iuratoriam cautionem, secundum gloss. Sequitur sequitur singularis in l. i. C. de affer. pro hoc est text. in c. penul. ext. de donatio. inter vir. & vxor. & ibi glo. Est etiam glo. in c. ex parte. el. 2. ext. de verb. signi. & Panor. multum commendat illam glossam, dicens quod extendit authenticum generaliter. C. de episc. & cleri. ad omnes casus. in quibus quis tenetur fideiubere. Sed dictam glossam credo procedere, si persona, contra quam est factum sequestrum, sit honesta & non suspectatiliæ secus, ut in simili distinguit Bart. in l. vsu fructu. C. de vsu fructu.

## CONCLVSIONE VII.

V Aler dictum testis deponentis de credibilitate, si interrogatus reddat bonam rationem scientiæ sui dicti sensu aliquo: quia ratio dicti regulat ipsum dictum, secundum Bald. & Imolam. in l. si seruus legarus. §. qui quinqueff. de lega. i. eundem Bal. in l. solam. C. de testibus. & in l. 2. §. quod obseruari. C. de iura. calum. Salic. in l. testium. C. de testib. vult etiam Butriga. in cap. quoties. extr. cod. titul.

## CONCLVSIONE VIII.

Q Vod dicitur, qd victor qui habuit primam sententiam pro se, succumbens postea in causa appellationis, non debeat in expensis condemnari factis in causa appellationis, quasi propter primam sententiam haberit iustam & tolerabilem causam litigandi, vt volvit gl. quæ reputatur singularis in l. generaliter. §. fin autem. C. de reb. cre. procedit secundum gl. in c. ignorantia, de reg. iur. in 6. Imolam, & Hostien. in c. finem istib. ext. de dolo & contu. Bart. in d. §. fin autem. domini de Rot. in nouissi. decisi. 25. si ex novo probationibus & actitatibus in causa appellationis succumbat. Secus si ex eisdem actis nisi secundum Sal. in d. §. fin autem. Angel. & Are. in l. negotiorum. ff. de app. illæ nouæ probations concernerent factum proprium ipsius succumbentis, vel essent super his de quibus an essent vera constabat, vel constare poterat eidem, etiam in primo iudicio: quia tunc non excusaretur à condemnatione expensarum, cum non haberit tolerabilem ignorantiam secundum Sal. vbi supra. Et dic vt ibi per eum.

## CONCLVSIONE IX.

Possessio.

D Vobis contendentibus de possessione iudex debet summarias informationes capere, uter eorum melius possideat, vel de possessione probet: & illum faciat fungi vice possessoris, alteri inhibeat, ne ad possessionem accedit, salvo iure utriusque partis, tam in proprietate quam in possessione. Et melius facit quæ sequentia rem, vel inhibere partem ne ad rem ipsam accedit, secundum Innoc. in c. in præsentia. extr. de proba. & Bald. in l. ordinarij. C. de rei. quæ allegat ad hoc plerosque Doctores.

## CONCLVSIONE X.

Tessit.

T Ests dicens, nisi fallor, probat, si eius dictum sit clarum saltem in ratione. Bald. in l. i. ff. de iustitia. & iure. per l. testimoni. C. de testi. l. qui testamento. §. fina. ff. de testam. funda. l. si duo. §. i. ff. de arbitria. alii secus, & hoc casu procedat contraria opinio Fulgo. in dicta. l. Et hanc distinctionem sequitur dominus Cat. ibi.

## CONCLVSIONE XI.

Appellatio.

I N habentibus causam successivam, ex quibus gravamen iteratur, potest qui a principio non appellauit appellare quando- cunque

# Conclusionum

# Centuria I.

135

**enque secundum Ang. de Aret. in l. a sententia. §. si haeres. ff. de appellat. in 1. colum. in §. acque. institut. de actio. in 9. colum. in versicu. septimo. & vltim. &c. Ancha. in clement. causam. de electio. in notabilibus.**

## CONCLVSI O XII.

Prefatio.

**P**Artibus existentibus probationibus ille debet obtinere, qui habet pro se etiam leuem presumptionem, per textum cum glossa, quae reputatur singularis in l. si duo patroni, in verbo fidei, & ibi not. Bartol. ff. de iuricuran.

## CONCLVSI O XIII.

Exceptione peremptoria.

**E**xceptio peremptoria potest opponi etiam post sententiam, si lagatur prima actione, & non actione in factum ex ipsa sententia, glossa est notabilis & communiter approbata in l. duobus. ff. de except. re iudic. Imo etiam si lagatur actione in factum ex sententia, quando talis exceptio non contradicit sententiae, vel non dicit eam infusam tam per casum in d. l. duobus. funda. gl. magna ibi in prin. Ad idem est text. in l. ex diuerso. §. si in iudicio. ff. solut. matrimo. & Bartol. in l. Nefennius. §. si. ff. de re iudic. Idem vbiunque talis exceptio habet cognitionem separata, & est separata ab eo super quo est iudicatum, secundum Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. vbi plura exempla notabilia ponit circa hoc.

## CONCLVSI O XIV.

Ordo.

**I**n executione iudicati etiam circa bona mobilia de iure communiter debet ordo seruari, ut primo capiat quod minus debitori nocet, secundum glo. cum Bartol. in l. ad duo Plo. §. in venditione. ff. de re iudica. Et si talis ordo peruerterit, non tener sic gestum, secundum Imolam. ibi. Felin. in c. quod ad consulatio. extr. eod. aut saltem poterit appellari, secundum Panormita. ibi Bald. in authen. hodie. C. de actio. & obligat. Butrig. in cap. quoniam. §. fin. ext. ut illi non contesta.

## CONCLVSI O XV.

Opinio co-  
munis.

**I**udex qui iudicauit secundum vnam opinionem, quam plures doctores tenent, punietur in syndicatu, si contraria opinio erat communiter approbata. Sectis sineutra, & in dubio, quia tunc iudex non peccat, si in alteram sententiam inclinavit, secundum Inno. in c. ne imitari. extra de constit.

## CONCLVSI O XVI.

Sententia.

**S**ententia lata contra infirmantem, vel alio iusto impedimentoo impeditum hoc sciente iudice, est nulla. Si autem ignorabat iudex, valens sed restitur, secundum Bartol. in l. quæstitum. ff. de re iud. & in l. 1. ff. de appell. recipien. Et est consilium, quod citatus mittat excusatore ad nunciandum iudicis infirmitatem vel impedimentum, secundum Bartol. vbi supra. Nisi fama esset vel nororium de ipsa infirmitate vel impedimento: quia tunc non requiritur dicta nunciatio, per text. in cap. illud. extr. de cleri. excommunic. mlni. & glo. in l. si tutor penitus. C. de peri. tutor. Et vult Imola in dicta. quæsumit.

## CONCLVSI O XVII.

Fideiussor.

**F**ideiussor omni præiuglio competente principali gaudebit, si fiat quod reus principialis suscipiat in se iudicium motum contra ipsum fideiussorem, & opponat tale præiugium vel exceptio nem ex persona sua. textus est not. in l. idemque. §. sed generaliter. ff. mandat. & glo. magna. in l. si fideiussor. ff. illo eo. t. Idem quando fideiussor se opponeret in iudicio, non ut fideiussor, sed ut defens for principalis rei, per casum in l. verum. §. i. ff. pro socio.

## CONCLVSI O XVIII.

Judices plures.

**S**i plures sint, qui debent iudicare, omnes debent loqui & pronun ciare, nec sufficit uno loquente aliis esse presentes, si taceant, secundum glo. in l. cum magistratus. C. quando prouocare non est necesse. & in l. tunc autem, alias incipit, si vni, & ibi Bartol. ff. de re iudica. & ita communiter tenetur reprobat glo. in l. sicuti. ff. de arbitrio. per textum ibi in fin. Quæ tamen glo. secundum doctor. vbi supra potest procedere, & saluari in arbitris. Sufficit tamen secundum eundem Bartol. vbi supra, si vno legente & pronunciantem certi expressæ dicant, se consentire tali pronunciationi.

## CONCLVSI O XIX.

Ordinarj  
iudices.

**T**iam quando sunt plures iudices ordinarij in certo loco, ut sin guli, putat plures sunt haereses succedentes salicui comiti vel nobilita iurisdictione, & feudo: quo casu quilibet haber iurisdictionem, & exercitum iurisdictionis in solidum regulariter, secundum Bartol. in d. l. si vni. si in maleficijs ipsi omnes habent communodium poenarum seu multatarum, vnu solus non poterit iudicare, nisi con

**stet alios nolle vel non posse. allegat. l. si fundum sub conditione. §. his verbis. ff. de lega. i. & l. haereses mei. §. fina. ff. ad l. iubelita.**

## CONCLVSI O XX.

Men fiscæ  
prefatio.

**V**bi in aliqua parte mensis factum est punibile, in aliqua nos: tunc non sufficit in accusatione vel libello expressio mensis: sed debet exprimi pars ipsius mensis, alias debet si qui absolutio rei, secundum Bartol. in l. non solum. §. sed, & ut probari. ff. de oper. no. nun. per l. cum actum. in fin. ff. de nego. gest. & l. i. in fin. ff. de incen. rui. naufri. Pro quo facit, quod natatur in cle. si de script. Et idem in loco secundum eundum vbi supra. Per quod limitatur, quod ha betur in l. fin. C. de accusat. & in libellorum. ff. illo eo. titu. & in alijs iuribus volentiibus sufficere expressionem temporis delicti fieri per annum & mensem.

## CONCLVSI O XXI.

Testis mem-  
dax.

**E**t si testis falsum dixerit in aliquibus extrinsecis qualitatibus E non substantialibus negoti & facti, pro quo cōtenditur, non vi tiatur eius dictum circa negotium & factum principale, secundum Innocent. & Panormita. in c. fraternitatis. extr. de haereti. Allegatur idem tenere Oldrad. in consiliis suis consil. 307. Quod limitare procedere Salic. & docto. in l. si ex falsis. C. de transactio. quando testis iurauit dicere veritatem super articulis, vel super tota causa. Secus si super his, super quibus iuraverit, quia tunc si interroga, gauz super extinsis mentitur, non creditur et in aliquo. Ad quod facit glo. in c. in nostra. ext. de testi.

## CONCLVSI O XXII.

Iudex dele-  
gatus.

**Q**uando appellatum est ab interlocutoria ante dictum suum, & iudex delegatus ad illam causam appellationis pronuntians bene appellatum & male interlocutum, poterit ipse iudex delegatus etiam de causa principali cognoscere, sicut potest ordinarius. c. vt debitus. ext. de appella. secundum Innoc. in d. c. vt debitus. in glo. in verbo alioquin. Panor. Burri. & Hostien. ibi. Quam opinionem dicunveriorem, pro qua est glo. in c. fin. §. fin. 2. q. 6. Et hanc sequitur domi. Constantius d. Bargis in l. iudex. ff. de re iudi. quicquid contra senserint Vincen. ac Federicus de Senis in suis consiliis vere fert Panormit. in dicto. c. vt debitus. Secundatamen opinio possit procedere, & salutem secundum Imo. in dicta iudex. quando in commissione dixisset, Delego tibi causam appellationis tantum, alias procederet, quod prius dictum est secundum præfatos doctor. & do. pro expo. Mediolan. Cardi. nunc, & episcopum Alexand. in d. c. vt debitus.

## CONCLVSI O XXIII.

Instrumen-  
torum pro-  
ductio.

**P**ost conclusionem in causa possunt de iure cōmuni instrumenta produci, quando sunt de novo, & post ipsam conclusionem reperta, imo & postquam partes fuerint citatae ad audiendum sententiam, causus est notabilis secundum vnam lecturam & veram, & ibi Bartol. in l. admonendi. ff. de iure iur. Felin. in c. pastoralis. in l. col. ext. de exceptio. quod autem sunt de novo reperta, probabitur proprio iuramento, secundum Bartol. ibi.

## CONCLVSI O XXIV.

Libellus.

**L**ibellus incertus super fructibus, damnis, & interessis, aut expensis accessoriis peccatis admittitur, secundum Jacob. de Rauenna. Pet. & Cyn. in l. cum propria. C. si quis alteri vel sibi. Bartol. in l. ff. de eden. Innoc. in c. cum ad fedem. de restit. spol.

## CONCLVSI O XXV.

Fructuum  
restauratio.

**I**n iudicio singulare non valer sententia condemnatoria ad restituendum fundum cum fructibus, quo ad fructus, si non apparat in actis probatorij declarata fructum quantitas, quantas scripta quanitas declarata & expressa in actis assertorij, vt in libello vel positionibus negatis, secundum Ang. in l. in summa. §. qui sortis. per illum textum. ff. de re iudi. in noc. & Panor. in quinta columna. in c. significantibus. extra de libellis oblat. Butrus in ca. cum ad fedem. de restit. spol. Bartol. in l. 3. §. armamenta. ff. de rei vendica. per illum tex. & per l. 1. §. si quis argentum. ff. deposit. Hanc tanquam communem sequitur etiam do. Constantius in dicto. §. qui sortis. quicquid contra senserint secundum nouissimos Innoc. in c. certificari. de sepul. in c. ranca. de excess. prelat. & loan. fab. institu. de actio. §. curare, qui innoc. secundum eos videtur subiungit in hoc contrarius. Sed possent diste opinione concordari. ut prima. procedat in fructibus perceptis ante item motam, secunda in perceptis lite pendente, secundum Bartol. in l. ex diuerso. §. i. ff. de rei vendica.

## CONCLVSI O XXVI.

Vafallus.

**V**afallus non tenetur facere fidelitatem omnibus filiis domini. Vafallus. sui defunctis ceteribus in dominio: sed potest eligere viuum Commu. opin. To. 3.

ex eis, cui faciat, per easum cum glos. in s. præterea ducatus. in c. imperi alieno, de prohibiti feudi aliena per Fred. & vult Specul. in tit. de feudis. quoniam. verific. 29. & Iosan. Raynaldi in dicto. s. præterea, qui plenè circa hoc locutus est, & glos. magnis in suis in c. omnes, si de feud. defun. fuerit contro. Idem tenet dominus Constantius in l. 2. s. ex his. ff. de verb. obliga. Quicquid contra senserit ibi An. & gl. in l. si cuius. s. ff. de usu fr. Dy. in l. cum unus. ff. de alimento & cibis legat.

## CONCLV SIO XXVII.

Sententia pro mortuo.

Ententia lata pro mortuo, non valer pariter nec decretum in eius statorem interpositum, secundum Bartol. & communiter doct. in l. in summa. s. fin. ff. de re iud. Reprobata glossa ibi quæ visa est teneare contrarium.

## CONCLV SIO XXVIII.

Spoliatus.

Spoliatus regulariter ante omnia venit restituendus, etiam si spoliator incontinenti velit de domino probare, secundum gloss. notabilem. in c. 1. & in c. in literis. extr. de restitu. spoliat. & in l. momentaneæ. in l. meminerint, in verbo redd. tur. & ibi Barto. C. unde vi. Innocent. in c. 2. de causa posse & proprie. Nisi probare veller per confessionem spoliati, vel notorietatem facti, vel per sententiam in petitiori latam in fauorem eius qui spoliavit, secundum Ioann. Andr. & Hostien. in c. cum dilectus. extr. de causa posse & proprie. Butrig. & Panor. in 11. col. in c. pastoralis. co. tit. & in pluribus aliis casibus enumeratis per doct. vbi supra & per Imolan. & dom. Conflantium in l. naturaliter. s. nihil commune. ff. de acquir. poss. & l. si s. a quo. primo responso. vt in pos. lega. & l. ille a quo. s. ff. ad Trebel. Quæ vi detur contrariari dictæ conclusioni, loquuntur vbi agiatur de adipiscenda possessione, non de recuperanda, secundum præfatos doctores.

## CONCLV SIO XXIX.

Quæstio incidunt.

Si questioni & causæ summariae ut est exercitio iudicati, incidit Salia quæstio non summaria, ut est quæstio proprietatis, tamen debet quæstio illa incidunt summarie decidi, sicut principialis, secundum docto. communiter in l. diuino Pio. s. post aditam. ff. de re iudicata.

## CONCLV SIO XXX.

Appellatio.

Si appellans non certificat iudicem a quo, termino praefixo de in structione appellationis. appellatio non est deferta, sed poterit ipse iudex exequi sententiam nec retractabitur in viam arentati exercitio, sed ut iniusta retrahatur, si appellans obtinuerit secundum dominos de Rota in nouil. dicti. 97. incipiente si iudex. Butri. in c. ex inlinuione. extra de appella. Cardin. in clemen. 1. col. 7. co. titu. Fede. de Senis. conl. 27. incipien. punctus talis est. domi. Praepo. in c. personis, extra de appella.

## CONCLV SIO XXXI.

Mandatum probatio.

Mandatum iurisdictionis generale, puta ad causas & iustitiam ministrandam in tali prouincia, vel loco, non probatur per testes per instrumentum, vel literas authenticas probatorias mandati, secundum quas probari debet; sicut si sit speciale ad aliquam causam vel actum, secundum Ray. Alber. & Baldini in dicto. s. vbi decretum. & ibi dominus Cato per l. primam. C. de mandatis princip. & s. quia verò in authen. ut litigant. Primitum limitari potest secundum Specu. in titulo de probat. s. penul. verific. quid de auditibus, si faciliter posset haberi copia principis vel iudicis delegatis vel mandatis, ut quia est in ciuitate illa: quia tunc poterit probari per testes. Si autem longe ab sit, requiritur scriptura, ut praeditum est. Ita etiam tenetur Bald. in l. aliquid. ff. de offic. procons. in quarto quæstio. Secundum etiam limitari secundum Bald. vbi supra non procedere, quando opponitur in principio litis contra tale mandatum speciale.

## CONCLV SIO XXXII.

Citatio parti.

In interlocutoria, quæ continet aliquid dari, vel fieri à parte parti, est pars citanda. l. de uno quoque. ff. de re iudi. had. per temporis. ff. de iudic. Si autem continet factum iudicis tantum, aut ex eo laeditur pars, & debet citari. l. a procedente. C. de dilata. aut non laeditur, ut quia iudex committit aliquem citari: vel prorogat terminum, & tunc non requiritur pars citatio. l. diem proferre, in principio. ff. de arbitrii. l. cum clericis. C. de episc. & cleric. & ibi per glos. & Docto. Ita distinguunt laco. Butri. & Bart. in dicto. s. vbi decretum.

## CONCLV SIO XXXIII.

Prorogatio termini in compromesso.

In compromesso dicatur, quod arbiter & arbitrator possint procedere, & terminum de quo in compromesso prorogare, præsentibus & absensibus partibus. Et ipse arbitrator absensibus par-

tibus prorogauerit terminum: & deum iudicavit parte non citata, valebit prorogatio, & sententia per text. in l. diem proferre. s. si quis litigatorum. ff. de arbitri. Et si dū casus accidisset, dicitur consiluisse collegium Mediolani propriæ potestatem in compromesso datam arbitratori procedendi & prorogandi absensibus partibus, per l. non distinguemus. s. fin. cum l. sequen. & ibi bona gloss. ff. de arbitri. licet Bald. tenetur non valere prorogationem vel sententiam, nisi intercesserit saltem intimatio, quando absensibus partibus processum est, in l. eos. s. apologeto. C. de appell. & idem Specul. in tit. de arbitris s. excipitur. versi. sed pone quod actum sit. Quando in compromesso fuit tantum dictum, quod possit pronunciari partibus absensibus, nec fuit additum, & non citatis, alias procedat prima opinio. & sequitur Innoc. in c. cum dilectus. extr. de arbitri. do. Alex. in l. si quis arbitratur in 8. co. ff. de verbo. oblig. Sed dominus. Cato in dicto. s. vbi decretum, concordat dictas opiniones, ut prima procedat, quando iudex ante prorogationem cognoverat de meritis causarum partibus præsentibus, alias procedat secunda.

## CONCLV SIO XXXIV.

Spoliatus exceptio

Ex si quis in tantam. C. unde vi. practicari potest etiam excipiendo, quando spoliator agit super proprietatem, quia reus spoliatus poterit exciperre de dominio amittendo ex dicta constitutione, secundum gloss. & Panor. in c. pastoralis. extr. de cau. pos. & proprie. Butrig. & Panor. in 11. col. in c. pastoralis. co. tit. & in pluribus aliis casibus enumeratis per doct. vbi supra & per Imolan. & dom. Conflantium in l. naturaliter. s. nihil commune. ff. de acquir. poss. & l. si s. a quo. primo responso. vt in pos. lega. & l. ille a quo. s. ff. ad Trebel. Quæ vi detur contrariari dictæ conclusioni, loquuntur vbi agiatur de adipiscenda possessione, non de recuperanda, secundum præfatos doctores.

## CONCLV SIO XXXV.

Instrumentum

Dicitur tenetur creditor solvere facturam instrumenti leuati, quando fuit leuatum & captum a notario post moram debitoris, & maximè quando erat litigavit. Secus si non fuit in mora solvendi, ne litigavit, sed obtulit debitum, secundum Bald. & Salic. in l. non ignorat. C. de fru. & lit. expen.

## CONCLV SIO XXXVI.

Curator

Curator potest licet instruire suum minorem, cuius est curator, qualiter respondet positionibus, quando ipse minor est simplex, & aduersarius suus sagax & callidus, secundum Salic. in l. 2. s. quod obseruari. C. de iuris. cal. & ibi sequitur do. Sandilianus facit quod habetur per Host. in c. 1. & in c. pastoralis. in fin. ext. de iudic. & per Panor. ibi. in 3. col. Qui Host. & Panor. vbi sup. dicunt, qd. quando timetur, ne simplicitas debentis respondere positionibus nocet, poterit admitti, ut respondeatur per aduocatum.

## CONCLV SIO XXXVII.

Terminus ad producendum

Terminus statutus a iudice ad producendum instrumenta, intelligitur praefixus ad omne genus scripturarum, non autem ad testes producendos, secundum Spec. in tit. de dilata. s. videndum. versi. Item no. & Bald. in l. C. de iura. cal. quod ibi sequitur & dicit esse nondum do. Sandilianus.

## CONCLV SIO XXXVIII.

Iuramentum calamus

Vramentum calamus præstari non debet de necessitate, quando proceditur per modum voluntariae iurisdictionis. Item quando est quæstio iuris, que non exigit probationes. l. ornamento. ff. de aur. & argen. lega. Idem si est quæstio de re notoria, quia notoria probatione non indigent. Idem si quis peteret privilegium, vel dispensationem secundum Spec. in tit. de iura. calum. in s. sequitur. ver. quid vbi. & Bald. in l. c. co.

## CONCLV SIO XXXIX.

Præscriptionis terrupit

Citatio facta de reo ut compareat coram arbistro, interrumpit prescriptionem, sicut citatio judicialis secundum Bald. & Doct. in l. cum antea. C. de arb. quod non procederet, si citaretur coram arbitratore, secundum Bald. vbi supra: quia istud compromissum magis assimilatur contractui quam iudicio.

## CONCLV SIO XL.

Exceptionis dilatoria

Exceptio dilatoria nouiter nota potest opponi post lit. contesti, nisi constaret de negligentiæ oppositoris ante commissam, secundum communiter cano. in c. pastoralis. extr. de excep. Ang. in l. qui procuratorem dat. s. i. in l. Pomponius. s. rati. ff. de procu. Sal. in l. de die. s. si seruus. ff. qui sati. cog. Bu. & Panor. in c. 2. ext. de or. cog.

## CONCLV SIO XLI.

Index de planoprocidentia

Vdex potest de plano & parte non citata informationes capere, re, & non sedendo pro tribunali super aliquo notorio. Item super infamia. item super legitimatione personæ. Nec etiam tunc requiri

# Conclusionum

# Centuria I.

137

requiritur, quod t:tes iurent, secundum Butr. in ca. in vestra ext. de coha. cle. & multe. Idem super fama secundum gloss. in verbo de plano. & Inn. in ext. de sponfa. quod ibi sequitur Panor. quando non tractatur de magno praesudicio, aliter securus. Et idem dominus Constantius in tractatu de cautelis iudiciorum. hit. de citatio ne. §. 8. in fin.

Cateto ge  
neralis.

## CONCLVSI O XLII.

**C**onsilium est ad eundem multitudinem citationum in singulis actibus iudiciorum, ut fieri a principio causa: citatione generalis ad totam causam, ac singulis diebus, & horis ad omnes & singulos actus eiusdem causae, usque ad sententiam definitiunam inclusum cum comminatione quod in citatis contumacia non obstante procedetur ad cognitionem & pronunciationem. Et facta tali citatione ut supra, quae valeret, poterit iudex procedere in ipsa causa, & ad sententiam absque ulteriori citatione, secundum Inn. in c. consuluit ext. de offi. deleg. in gl. in verbo id, quae incipit, nota sufficiere. Bal. Ang. & Imo. in l. qui ante calendras. ff. de verb. obl. Spe. in ti. de citatione. §. viso. ver. item licet in die. & lo. And. in d. c. consuluit. Barr. in tract. ad reprimendam. in verbo per edictum. & sequitur domini. Constan. in tract. suo de caute. iudi. in ti. de cita. §. 9. sed Io. Andr. in add. in dicto vers. item licet. & Butr. in d. c. consuluit. ac Panor. in 3. & 4. col. in c. si. de dila. videntur tenere contrarium, scilicet quod talis citatione generalis non sit permissa, nisi ex causa, scilicet et quando persona citanda multum distaret & in longinquis partibus, per e. cum ex literis. ad fi. de in te. resti. & c. fi. de do. & contu. Etsi compareat, sic citandus iterat ad reliquos actus. Sed prima communiter teneatur, ut valeat talis citatio etiam in eo, qui non est in longinquis partibus: forte quia de eius longa absentia futura dubitatur, vel ne latiter. Et pro communis sententia est rex. ad literam in l. qui crimen. ibi ut veniat ad causam peragendam. C. qui accu. no pos. & domini de Rota, decisi. 96. in nouis.

## CONCLVSI O XLIII.

Procura-  
tor citan-  
dus.

**S**i principalis citatus in principio cause comparuit per procuratorem legitimè constitutum, qui item inchoauit, & ex post citatur idem principalis, ad aliquem articulum vel actum in ipsa causa, non tencur comparare, quia a principio constitundo procuratorem, videtur animum suum declarasse, quod per procuratorem litigare volebat, & esse in iudicio. Ideo debet procurator citari non dominus, alias actus & sententia est nullus & nulla secundum do. Lamber. de Ramo. & Bar. in l. i. C. de sen. & interlo. omn. iu. & in l. procuratoribus. C. de procu. & ibi Bal. & Panor. in l. dilectus. extra de procu. quod limitatur secundum Bar. in l. quamvis. ff. de damn. infest. nisi procurator non defenderet, quia tunc dominus possit citari. Idem. si citatur dominus tanquam melius instructus, pura ad respondendum positionibus & similia, per notata in c. i. de iud. in 6. & in l. i. C. de procu. Et hanc limitationem tradit do. Constan. in tract. de caute. iudi. in ti. de cita. §. 7. circa prin.

## CONCLVSI O XLIV.

Officialis  
suspectus.

**I**n his casibus in quibus officialis potest punire, & procedere contra delinquentes in se, vel famulos suis ut per Inn. in c. ex parte. de verb. sign. & Bar. in l. i. quis fort. §. i. ff. de ponis. potest. officiaris. suscipit secundum Pe. & Cy. in l. i. C. ne quis in sua causa. lo. An. in ca. si quis erga. 2. q. 7. Panor. in c. dilectus. de ponis. licet Bal. in d. i. teneat contrarium: cuius opinio procedere posset, quando delictum seu iniuria esset notorum & notoria, concernens officium, & pena esset a iure taxata, ut tunc posset recusari. Secus si pena non sit a iure taxata, sed arbitraria, ut in prima opinione, quia posset forte in arbitrio modum excedere. Hanc distinctionem sentit Panor. in 4. col. in c. cū venient. ext. de iud. & in d. c. dilectus. Et illam tenet expressè do. Constan. in tract. de caute. iudi. in ti. de recus. iud. in §. nunc secundo. loco.

## CONCLVSI O XLV.

Celsio.

**C**essionarius intentans directam, debet antelit. conte. fidem facere de cessione, quia videtur agere procuratario nomine alterius, hoc ideo ante omnia teneatur personam suam legitimate. Secus si vilem, quia nomine proprio agit, licet petitio originem suam ex persona cedentis. Ideo tunc cessio respicit iustitiam causae, non legitimationem personae. Et sufficit fidem facere de cessione post lic. contest. & in tempore probatoria secundum Bar. Bal. & Sal. in l. i. qui stipendia. C. de procu. & ipsius Bar. post lac. But. in l. i. C. de act. & oblig. in q. si. licet Bal. in d. i. qui stipendia. in fi. commenti videatur tenere esse dandam copiam cessionis conuento ante lic. cōte, quando in libello de ea fit mentio, nisi tunc non posse edere. Quando autem intelligatur intentans directam & quando vitalement declarant Bar. Bal. & Sal. vbi sup. Et opinio Bal. in c. relata posse procedere, quando sit in libello mentio cessionis limitativa, seu

relativa, & se ad ea referendo. Secus si simpliciter assertuè per theoram. Bar. in l. edita. C. de eden.

## CONCLVSI O XLVI.

Recusatio  
iudicis.

**I**uxta quo est appellatum ex una causa, non potest ab appellante in alia causa recusari ut suspectus: quia sola pendentia appellatio non est sufficiens causa, ut possit recusari. Causa est in l. i. de app. & ff. apud cum a quo appell. est, & C. Ratio, quia si de novo grauabit, poterit appellare, ut ibi, vel recusare cum, tunc si maluerit. Sed si velle probare veritatem grauaminis, propter quod appellavit coram arbitris, pronunciabitur suspectus. Et ita intelligatur ca. ad haec. clem. i. ext. de app. dum videtur velle posse recusari iudicem a quo est appellatum. secundum lo. And. quem ibi sequuntur Butr. Panor. & communiter Doct. posteriores teste eodem Panor. ibi, & etiam Bar. in d. i.

## CONCLVSI O XLVII.

Judicis re-  
cusalio.

**A** iudice suspecto potest recedi etiam per viam appellationis, quando iuspositio in iure gerat ex delo vero vel presumpto de praterito ipsius iudicis utrumque ratione, vel interloquendo ante illum grauauit. Et hoc tamen procedat glo. in c. quæc. se pto. p. 2. q. 6. dum vult, quia iudice suspecto potest recedi per viam appellationis, vel etiam recusalitionis: & ita potest intelligi, c. cum speciat, ext. de app. non violando dictum rex, prout dictum violari intelli- gendo prout ibi illum intendit. Innoc. i. licet ex diversis causis commonitorum habere remedium, recusalitionis & appellationis: recusalitionis propter suspicionem, appellationis propter grauamen, non autem ex eadem causa. Si vero o. iniungere iussum ipius iudicis propter aliquam causam, quæ non argueret verum dolus vel presumptum de praterito in ipso iudice, ut in casibus de qua- bus per glo. in c. causam, ext. de offi. dele, & in c. cū super. io. cit. & per Spec. in de iudice. i. i. super. si. tunc dicti potest compiere tammodo remedium & recusalitionis, non appellationis. Et hoc calu procedat. at intellectus & opinio Inn. vbi supra quemque iudicetur Panor. ibi, & quod vult. Spe. in ti. de eccl. iudicis. §. qualiter. in h. hanc distinctionem & concordiam opinionum reperio subtiliter induciam, per do. Constan. in tract. suo de caute. iudi. in ti. de recus. iud. h. i. nunc secundo loco, in 1. col.

## CONCLVSI O XLVIII.

L. si conue-  
nienter.

**I**uspositio. l. si conuenierit. ff. de iuris omn. iu. non habet locum, quando iudex, cuius iuris dictio est prorogata, erat praesens, & prorogationem acceptauit secundum Cy. Guili. Ang. & communiter doct. ibi, & cano. in c. i. ex parte. iudicem. item quando pactio illa es. sit iurata, c. nouit. de iud. c. ad nos. stram & c. c. Christus, ext. de fure iur. Item quando renunciatum esset fori privilegio, secundum glo. Alb. & Bal. in d. i. si conuenierit. item quando iurisdictio prorogatur tacite delinqüedo. Auth. qua in prouticia. C. vbi de cr. imine agi opor. l. nullum. C. de resti. c. fin. de foro. compre. Et quando paciens promisit ibi solvere, scilicet in foro & loco iudicis prorogati. i. contraxisse. ff. de act. & obl. secundum Ang. Alb. & Bar. vbi supra. idē secundum Ang. ibi si prorogatio sit facta iudice fedente pro tribunali, licet non acceptauerit.

## CONCLVSI O XLIX.

Principes  
mandans.

**P**rincep mandans vel committens aliquid iudici ordinario, non facit ipsum esse iudicem de iugato in eo, sed videtur potius suam iurisdictionem ordinariam excusat in mandato vel rescripto sive verba alterantia, augmentia vel minutiaria iurisdictionem ordinariam secundum glo. i. i. c. h. qui. de præb. in 6. cano. com muniter post Inn. in c. licet in corrugendis, ext. de offi. ord. & legistas in l. sapientia. C. de iudicem. Ambros. in d. i. aliquando.

## CONCLVSI O LI.

Poena san-  
guinis.

**V**icarius potest vel alterius principalis officiarum potest & omnia, que potest ipse principalis officiarum, præter mortis illationem, seu ponam sanguinis, nam talis pena non intelligitur ipsi vicario demandata, secundum glo. in l. i. quando ff. de offi. procon. & lega. quam sequuntur ibi Alb. & Bal. & in l. i. ff. de offi. eius cui manet iuris. ut etiam refert. & sequitur do. Ambros. in d. i. aliquando.

## CONCLVSI O LII.

Notorius.

**N**otorium dicit potest, quod per confessionem iudicale, vel bullam Apostolicam, seu publicum instrumentum probatur, secundum Inn. in c. 2. ex de confir. vti. vel in uti. Panor. in c. cum olim. de censi. item quod probatur per testes plures decem, secundum Bal. in l. i. qui pro rei qualitate. ff. qui satis cog. in glo. in c. d. i. manifesta. 2. q. 1.

## CONCLVSI O LIII.

Mādatum.

**V**bi exigitur mandatum speciale, regulariter sufficit generale Mādatum cum libera, quod speciali equiparatur, ff. de procur. l. procur. cu libera. & iuslurandum quod ex conventione. §. ff. de fure, & secund

secundum Bal. in illud. §. 1. ff. de mino. Ang. Are. Insti. per quas perso. no. acqui. circa prin. Nec obstat c. qui ad agendum. de procur. in 6. & cle. 2. eo. tit. quia ibi non interuenit libera.

cis factio, si hoc est manifestum: alias secus, secundum Jacob. de Aret. Bart. & communiter Doct. in l. is cui bonis. ff. de verb. obli. per l. 1. C. decura. fu,

## CONCLV SIO LIII.

Deposito  
dubia.

D ubiam depositionem testis seu obscuram, non interpretatur producens ad suam intentionem, secundum Bart. Bal. & Ang. in l. si quis intentione. ff. de iudi. Bar. in l. l. in fin. C. de vi fructu. in l. 2. §. creditum. ff. si cer. pe. Panor. in c. cum tu. extra. de testi.

## CONCLV SIO LXIII.

Exceptio

E xceptio generalis siue obscura, non relevat, si contra eam operatur per partem. l. scire. ff. de excu. tuto. est gl. 3. in c. pastora- lis. ext. de excep. Bar. in l. 1. ff. o. in 2. col. Bal. in l. Titiæ. ff. de legat. i. Flori. in l. in exceptionibus. ff. de proba.

## CONCLV SIO LIV.

Cautio de  
ratio.

E tiam vbi exigitur mandatum speciale, & de mandato dubita tur. admittitur cautio de ratio. l. illud. §. quod si de speciali. ff. de minor. Quod forte non procederet in eo, qui dicit se habere mandatum ad recipiendum vel exequendum sententiam, secundum glo. magnam, circa fin. l. Pomponius. §. rati. ff. de procu. in l. non solum. §. qui alieno. eo. tit. Cy. in l. 1. C. eo. licet Bar. in l. si sine. §. cum autem. ff. rem ra. ha. teneat contra dictas gl. super quo vide. d. Alex. limitantem in d. l. 1.

## CONCLV SIO LXIV.

Reconun-  
tio.

C ericus agens contra laicum coram iudice laico, voluntariè dimisso iudice ecclesiastico culus copiam habebat, potest ibi reconueniri, secundum gl. Hostien. & lo. And. & plerosque cano. in c. at si clerici. ext. de iud. Nisi in fraudem hoc fecerit, aut reconueniatur in actione famola, vel re spirituali, & tali ageret pro iniuria vel damno secus si ex necessitate, ut quia causa erat in cruce prophana: & tunc procedat opinio Pe. Cy. & lac. But. tenentium q. non possit reconueniri secundum Archi. 3. q. 8. in c. cuius in agendo. in c. nullus, ext. de foro compe. in c. 1. ext. de mu. petitio. Spe. in ti. de reconuen. §. nunc dicamus. ver. sed pone clericus. & ver. & no. Ange. in l. con- fessisse. §. sed si agant. ff. de iudi. Bal. & Sal. in authen. & consequenter. C. de sen. & interlo. om. iud.

## CONCLV SIO LXV.

Satisfactio.

A restatus pro causa criminali teneretur satisfactio de iudicatu soliendo, antequam relaxetur: licet multa bona possideat, & posse imponenda sit modica, secundum Bal. in l. minor. §. si qui. ff. de procu. per illum tex. & l. 1. & 2. ff. de cust. reo.

## CONCLV SIO LVI.

Probatio-  
nes semi-  
plena.

D e semiplena probationes etiam diuersi generis ad eundem finem tendentes, inducunt plenam probationem in c. fin. de suc. ab intest. etiam secundum Bar. in l. admendi. in ver. his premisis. ff. de iureiu. & in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quaestio. Bal. in l. spadonein. §. qui tura. ff. de excu. tu. Bu. in c. fin. 7. col. ext. de iureiu. do. Alex. in d. l. admendi. col. antepe. & ibi do. Iaf. & do. Fran. de Cu. Panor. in d. c. fi. de suc. ab intest. Albe. in l. 1. iuncta gl. in verbo legitimis. ff. de excu. tut. Pau. de Cast. in con. 8. 2. incip. Quid prefata sententia.

## CONCLV SIO LVII.

Mandatū.

M andatum quod est necessitatibus, non revocatur morte man- dantis. l. fundi. §. item si amicus. ff. de acqui. poss. & ibi Bar. c. si super gratia. de offi. dele. in 6. facti. l. mortuo iudice, cum ibi no. per Do. ff. de iudi. Ideo executor, cui a superiori est in funeris est, vt in possessionem mitrat, vel certum aliquid faciat, poterit exequi mortuo mandante, scilicet eius officio finito.

## CONCLV SIO LVIII.

L. hodie. ff.  
de poenis,

L exhodie. ff. de poenis, non haber locum in poenis & statuto de terminatis, sed est præcisè feruandum, secundum Bal. in sua re- petitione. §. poena grauior. in l. quid ergo. ff. de his qui norant. infia. in l. C. si aduer. delit. in auth. hodie. C. de iudi. contrarium tenet ipse Bal. Sal. Pau. de Cast. & do. Alex. in l. & si severior. C. ex quibus cau. infia. irro. & Bart. vt ipse Bal. refert vbi supra, quando subesser legitima causa: quod verius videtur.

## CONCLV SIO LIX.

Sabdelega-  
re.

D elegatus principis vel papæ, cui est cõmissa causa per seipsum terminanda, non potest eam subdelegare, etiam partibus con- sentientibus, secundum Ang. & do. Cato in l. moræ. ff. de iuris. om. iud. per c. cum dilecta, extra. de res.

## CONCLV SIO LX.

Citatio.

P er solam citationem definites esse integræ, etiam de iure ciuitatis. ff. de iudi. l. si quis postea c. gratum, ext. de offi. deleg. & c. relatum. eo. ti. quod procedere posset citra correctionem, quando fieri rectificatio extra merita causæ, putat videndum fieri presentationem rescripti, vel electionem scribae, & similia. Iura autem contraria procedunt in citatione super meritis causæ, secundum d. Cato. in l. moræ. ff. de iuris. om. iu. ita concordantem dicta iura.

## CONCLV SIO LXI.

Dolus.

D olus in libello regulariter non debet exprimi de necessitate, dicendo, quod ita dolose factum est: sed sufficit narrare factum, ex quo dolus colligatur, secundum Cy. in l. si non conuict. C. de iuri. in 6. & 7. q. no. Doct. in l. l. si quis intentione. ff. de iudi. d. Cato. in l. si quis id quod, in §. dol. ff. de iuris. omn. iud.

## CONCLV SIO LXII.

Prodigus.

I nterdictio prodigo facta cessat statim, cum redit ad sanos mores, & desinit esse prodigus, pariter & cura ipso iure absque iudi-

R econueni-  
tio.

**S**i iudex in sententia dicat: Referuo iudicare de fructibus, quia non de eis liquet, poterit super eis alia die iudicare, secundum Spec. in tit. de disputa. & allega. §. fina. versi. quid si de fructibus. & Io. Andre. ibi in additio. glo. cum Bart. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. licet contrarium teneant Salic. ibi. & Ange. in l. Paulus. ff. de re iudica. allegans Innocen. in cap. cum dilectus. extra de dolo, & consumacia.

## CONCLV SIO 431

Hora int-  
pesta.

**Q**vando proceditur ad aliquem actum alia hora, quam statuta, quod via uer clam. Spec. in tit. de senten. prola. §. iuxta. versi. est etiam nulla. nisi iudex ad aliam horam prorogasset diem, citato non coparente, per cap. consuluit. iuncta glo. extra de offi. deleg. secundum Angel. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Butrig. & Panor. in c. cum dilecti. extra de dolo & contu.

## CONCLV SIO 432

Tēpus pro  
rogatura.

**T**empus datum a iudice partium consensu, prerogari potest. & ideo non solvens intrâ terminum a iudice statutum, sub excusationis poena, vel pecuniaria, non incidet in poenam facta termiini prorogatione per partem, dummodo soluat in termino prorogato. I. Celsus. ff. de arbit. & secundum Bar. in l. 5. & post operis. ff. de ope noui nuntia. Canonist. communiter in cap. præterea. el. secundo. extra de appella.

## CONCLV SIO 433

Tēpus qua  
drimetre  
ad appella-  
landuna.

**C**ondemnatus ab eo iudice, a cuius sententia appellari non potest, tempus quadrimestris beneficio non gaudet, per §. aliud. in authen. vt sponsa largi. vnde sumitur authen. quæ supplicatio. C. de preci. Impe. offer. & secundum Nicel. in l. 2. ff. de re iudic. Idem secundum eum ibi, in appellante, qui appellationem describit, per glo. in verbo, executioni mandabitur. in l. 2. C. de tempo. appell. facit in nonnulli. in verbo, mox. C. de appella.

## CONCLV SIO 434

Arbitr cō  
pulsus.

**A**rbitr per quem stetit, quin intra tempus compromissi causa fuerit decisa, compellit potest iterum in se compromissum recipiat, per casum qui reputatur singularis, in l. si qua alla. §. ff. ff. de arbit. & secundum Nicel. in l. 2. de re iudic.

## CONCLV SIO 435

Exceptio  
suspiciois.

**R**egulariter post conclusionem in causa ne differatur sententia, non potest opponi exceptio, etiam reddens processum retro nullum, licet post sententiam sic: notat Bald. in l. quamuis. C. de adul. nec exceptio suspicione iudicis, etiam ortæ post conclusionem in causa, secundum Do. Praepo. in cap. cum speciali. col. 12. extra de appell. Feli. tamen in ca. pastoralis. in 6. terret contrarium in exceptione suspicionis, ortæ post conclusionem in causa. Sed iudex ex officio poterit de huiusmodi exceptionibus inquirere, secundum priores Doct. vbi supra. & per tradita per Bar. in l. col. p. C. senten. et scin. non poss. Spec. in tit. de renun. & conclu. §. 1. versi. & scias.

## CONCLV SIO 436

Collecta  
remissa.

**E**xactor publicus potest collectam pauperi remittere, secundum glo. in l. omnes. la prima. C. de anno. & tribu. lib. 10. sententia Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudic. Roma. & Nicel. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. per l. si bene. ff. de vfu. l. si seruos. in ff. de pigno. actio. l. damni. in prin. ff. de dam. infect. vbi dicit jurisconsultus, quod honestus modus est seruandus, non autem cuiuscunque luxuria immoderata sequenda.

## CONCLV SIO 437

Procura-  
tor cōuen-  
tus ex sti-  
pulatu.

**I**cepit procurator qui litigavit, non patiatur executionem sententia. t. tig. poterit ramen conueniri ex stipulatione & promissione sua de iudicatum soluendo, per l. si procurator meus. in f. ff. de procur. Nam si satisfiendo procurator intelligitur se licet offerre, & patiatur executionem sententia. I. Plautius. secundum verum intellectum. ff. eo. & secundum Do. Nicel. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic.

## CONCLV SIO 438

Obligatus  
solum.

**O**bligatus soluere auditur, volens de soluendo satisfare, ex magistraten & idonea causa, inspecta qualitate rei & personæ, etiam si esset condemnatus: putat si rationes ad quas reddendum est condemnatus, sint intricate, nec liquidae, aut parcelæ solutorum & inde darorum nondum forent liquidae, secundum glo. in f. Ange. & Nicel. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. vbi Ange. ponit castellam, quam tunc seruare debet condemnat. facit l. si residuum. C. de distract. pigno.

## CONCLV SIO 439

Instrumen-  
torum re-  
petitio.

**R**eperto instrumentorum post sententiam, & non ante. dicte de dicta diligenter ante intercesserit, est iusta causa, vt comptaret & statu in integrum aduersus ipsam sententiam ex clausula genera li, si qua mibi iusta causa, de qua in l. si in f. ff. ex quib. cau. maio. licet ipsa sententia transuerit in rem iudicatum, secundum Inno. in c. vi. triterminum. extra de testib. Bart. in l. 1. C. de senten. aduers. ff. lat. libro 10. Ange. Inno. & Nicel. in l. Imperatores. ff. de iud. Do. Alex. in l. admonendi. col. 9. ff. de iure iuruan.

## CONCLV SIO 440

Mādatum  
ānualidū.

**N**ON valet mandatum, in quo constitutus promittit habere. raturum quicquid per suum procuratorem legitimè gestum ex titerit, secundum Spec. in tit. de procu. §. ratione autem. versu. item excepitur. Goffre. in c. ff. de dilatationib. Bald. in l. si procuratorem in. ff. de procura. in rubri. extra eod. in 4. col. gloss. in c. relatio. 21. quest. 1. quia constituentis semper opponerent non esse legitimè factum, & sic Commu. op. T. 3.

L

res semper esset dubia, ideo non valet.

#### C O N C L V S I O 441

instantiae effectus.

**Q**uod dicitur perempta instantia causa principalis non perire effectus concerentes decisionem causae, ut per Bart. in l. cum lite. si iud. sol. procedit, quando instantia perit tempore; secus si renuntiatione vel pacto: quia tunc omnia pereunt, secundum Ange, notabiliter ibi per l. cum mora. C. de transac.

#### C O N C L V S I O 442

Appellatio iustificata.

**A**ppealio ab interlocutoria potest iustificari ex nouis allegationibus & probationibus: quando allegatio vel exceptio de novo habetur ex facto aduersarij, ut in l. sue manifestis. s. tamdiu. ff. de condi. furt. vel quando de novo superuenit ad notitiam appellantis, secundum Bald. in l. inuitus. 4. col. C. de procurat. Item quando interlocutoria est lata contra absentem, secundum Barto. in l. lat. prætor. s. permititur. ff. de minorib. Item quando in fere grauamen irreparabile per appellationem a diffinitiuam, ut in l. ff. de appell. recipien. Idem in interlocutoria secundi Decreti vel banni, secundum Barto. Bald. & Salic. in l. per hanc. C. de tempo. appell. Domi. de Rota in nouiss. deciso. 89. Et quando index a quo, coram quo erat oblatra probatio, non admittat probationem, vel non patitur acta scribi coram eo, vel denegat copiam requisitam ab appellante, secundum Bald. in dicta l. per hanc. Nicel. in l. eius. ff. de appell. recipi. & in allegationibus iuris, secun. lumen eundem Bald. vbi supra. Hæc sunt ad limitationem clementi appellanti. de appell.

#### C O N C L V S I O 443

Innotatio appellatio ne pedite.

**A**ppellans, si innotet aliquid appellatione pendente, priuatuerit beneficio appellationis, & in causa principali procedi poterit appellatione non obstante, Ita notabiliter Joan. Andre. in capit. non solum de appella. in 6. in gloss. magna, versi. vnum scilicet. Ange, & Nicel. in l. si cuius. ff. de appell. recipi. Innocen. in c. ex parte. 2. col. ex tra de rescript. sentit quod si appellans spoliat post appellationem victorem, videtur appellationi renunciare. Faciunt notata per Docto. in cap. an. sit. & in cap. cum teneamur. ex tra de appell.

#### C O N C L V S I O 444

Cognitio summaria.

**N**ON admissa appellatione a iudice a quo index ad que summarie habet cognoscere, an fuerit admittenda, secundum Hostien. & Innocen. in c. pastoralis. ex tra de offic. deleg. Bar. in l. si cuius, alias, secundum ff. de appella. recipi. Imo etiam parte absente potest procedi ad talern cognitionem, secundum Inno. vbi supra, in gloss. suspendatur. ad ff. & glo. in l. C. quorum appell. quæ videtur dicere requiri plenam probationem. Intelligentia de plena probatione, quo ad summariam cognitionem, non autem quo ad ordinariam, seu quo ad ordinem iudicij, secundum Bar. vbi supra.

#### C O N C L V S I O 445

Appellatio in merito in possessorio.

**A**ppealio potest a sententia lata in merito possessorio, etiam de iure ciuii, quando per petitorum non posset esse consultum possidenti, seu detinenti alteri, quam per retentionem, vt in casu l. qui per exceptionem. s. si pars. ff. de condi. indeb. secundum Barto. Ange. & Docto. in l. 2. ff. de appell. recipi. quia tunc agitur de magno praediicio, & l. C. si de momen. posselli. secundum eos procedit, vbi vietus aliquis remedio petitorio potest possessionem reuocare. Idem quando iniquitas & causa appellandi esset euidens & in promissi, secundum Guil. de Cuneo in l. si ex causa. s. nunc videndum. ff. de minorib. Bald. in l. consenitaneum. C. quonodo & quando index, & in dicta l. 1. Do. Præposi. in ca. dilecto. col. 29. ex tra de appell. De iure autem Canonico appellatur indubitanter a tali sententia, vt per Joan. Andre. & communiter Canonist. in c. pastoralis. ex tra de officio delega. Innocen. in ca. significantibus ex tra de operis noui nuntiatio, est tex. in ca. ex conquestione. ex tra de restitutio ne spoliatorum.

#### C O N C L V S I O 446

Cautela appellanti bus.

**C**autela est, vt quandò appellans non potest habere copiam sententia, perat interrogari vietorem, an in eius favore sit lata sententia, qui si respondeat quod sic, sufficiat appellanti; si nolit respondere, imponetur ei silentium. secundum Innocen. in c. G. perpetuus. ex tra de fide instrumen.

#### C O N C L V S I O 447

Possessor appellans.

**P**ossidens contra quem est lata sententia, & appellauit, non dicitur innotare, si possessionem suam continet, secundum Io. Andre. in canon. solum. de appell. in 6. Alberi. in l. 1. ff. nul. nouari ap. pend. in prin. Ange. in l. si cuius. ff. de appell. recipi. Domi. Præposi. in c. cum teneamur. in prin. ex tra de appell. per illum tex. & ca. 1. ex tra vt licet pend. c. cum persone. s. pe. de privileg. in 6.

#### C O N C L V S I O 448

Iudex apostolos recens.

**L**icet index a cuius in interlocutoria est appellatum, nec detulit appellatio, possit in causa procedere ante inhibitionem, capit. non solum de appellatio. ibi. tamen si debite requisitus non deducit Apostolos sic procedendo facit processum nullum. cap. ab eo. & cap. cordi. & ibi notatur, circa princip. de appellatio. in 6. Nisi per comparationem appellantis coram iudice a quo in causa principali esset appellationi renunciatum. c. grarum. extra de offi. delega. focus si comparuisse, vt doceret de grauamine. cap. si a iudice. de appellationib. in sexto.

#### C O N C L V S I O 449

Appellatio alternativa.

**A**ppellatio alternativa, pura appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam, & copulativa valer dummodo appellans intra tempora appellationis interponenda declarat, coram quo iudice proficiunt vuln. secundum gloss. magnam, circa finem, in c. si quis. cui. de offic. delega. in 6. quæ loquitur de alternativa. Specu. titu. de appell. s. nunc tractemus. versi. quid si dicat. Ange. in l. s. si quis. ff. eod. Bald. & Ange. in l. cum proponas. C. de bonis auto. iud. possid. Do. Præposi. in c. dilecti. circa finem. extra de appellationib. Domini tamen de Rota. deciso. 213. in nouiss. tenent valere talem appellationem, licet intra descenditum non fiat dicta declaratio.

#### C O N C L V S I O 450

Appellatio in novis.

**L**icet in notoriorum non admittatur appellatio in criminalibus, clam sit Romana. ca. peruenit. & c. consuluit. ex tra de appell. illud limitatur, nisi quando tale notoriū haberet aliquas probabiles excusationes vt potest habere, iuxta nota. in c. i. de offic. delega. in 6. & per Innocen. in c. vestra. de cohabiti. cler. & mulie. vt quia ille, qui interfecit hominem in conspectu populi, dicit se fecisse ad sui defensionem, vel quod erat bannitus, quem ex forma statuti licebat occidere, quia tunc deberat admitti eius appellatio, secundum Panor. & Domi. Præposi. in dicto c. consuluit. Nicel. in l. creditor. s. iussus. ff. eod. & notatur in iuribus prædictis.

#### C O N C L V S I O 451

Couictus appellans.

**C**onfessus & conuictus in ciuilibus non auditur appellans, secundum glo. cum Barto. in l. 2. C. quorum appella. Bart. Dy. & Imo. in l. creditor. s. iussus. ff. de appell. Do. Præposi. in c. cum speciali. s. porr. ex tra de appellationib. qui dicit hanc esse communem opinionem, licet contra senserint Petrus, Jacob. Butrigar. & Salice. secundum eos.

#### C O N C L V S I O 452

Appellatio a diffinitiuam.

**A**ppealio potest a diffinitiuam etiam ex hac sola causa, vt non probatur, & non allegatum allegetur, licet attentis agitatis sententia non sit in qua, secundum glo. in l. creditor. s. iussus. ff. de appell. Barto. in l. s. que situm. eod. titu. in l. lat. prætor. s. permittitur. ff. de minorib. Bald. in l. eos. C. de appell. Do. Præpo. & Feli. in rubri. ex tra eod. probatur in l. non tantum. ff. eo. in l. 2. C. quorum appella. Non tamen per hoc poterit appellans aliquid noui perceire, quod in primo iudicio petitum non sit, & si possit noua allegare circa perita, secundum Panor. & Feli. in ca. significauerunt. ex tra de exceptionib. quod est nota. ad limitationem l. per hanc. C. de tempore appell. ex tra de appell.

#### C O N C L V S I O 453

l'Appellatio a consilio electorum.

**A**sententia lata de consilio electi de partium voluntate potest appellari, secundum Barto. & communiter Doctor. in l. si conuerit. ff. de re iudic. in l. s. que situm. ff. de appell. Panor. & Feli. in c. causam, quæ in prin. ex tra de re iudic.

#### C O N C L V S I O 454

Appellans consiliorum.

**C**onsilium est vt appellans dicat simpliciter, appellor. vel, appell. ad iudicem competentem, & sufficiat, secundum Bartol. & Imolam in l. s. si quis in appellatione. ff. de appellationib. Specu. eod. titu. s. nunc tractemus. versi. sed quid si quis simpliciter dicit. Bald. in lapitissimi. circa med. C. de iudic. per glo. in l. cum propinas. C. de bonis auto. iud. poss. & ibi Ange. & Salice. Idem Ange. & Imo. in l. qui Roma. s. penul. ff. de verbo. obligat. tenetur tamen secundum Specu. vbi supra, sic appellans declarare intra tempus appellationis interponenda de quo intellexerit, assidit non procederet appellatio, & secundum Domi. Præposi. in c. dilecti. col. 8. ex tra de appellationib. per glo. in cap. si quis. cui. de offic. delega. in 6. licet Panormita. in ca. 2. in ca. vt debitum. ex tra de appellationib. tenet a contrarium prædictæ decisionis. Communiter tamen tenetur secundum præfatos Doctores, quod prædicti in principio, maximè de fure ciuii, vt procedat talis appellatio, licet non fiat declaratio, vt supra, & secundum Dominos de Rota deciso. 213. in nouissi. in rubrica, de appellationib.

C O N

# Conclusionum. Centuria V.

163

## CONCLVSI O 455

Appellatio  
no obmis-  
so medio.

**S**i appelleretur ad maiorem omisso medio, valet appellatio, non tam quo ad effectum deuoledi cognitionem ad ipsum maiorem, secundum gloss. & Doctor. in l. s. si quis in appellatione ff. de appellationib. primum potest limitari secundum Bart. ibi, nisi maior est omnino incompetens, aut saltem ratione dissimilitudinis potestatis, ut quia à iudice laico ad ecclesiasticum appellaretur: quia nulla est appellatio.

## CONCLVSI O 456

Appellatio  
geminata.

**Q**ui statim via voce appellauit si intra decendum etiam in sciti peis appellat, potest prosequi virram velit, & vtramque simul, quia geminare appellationem non nocet, secundum Innocent. in causa dilectionis, circa fin. extrà de appella. Io. Andre. in c. bone. eod. titu. in nouella. Bald. in l. 3. C. de appella. in c. 1. quo tempore miles. in v. feud. & Alber. in l. pa. nouissima. C. de pa. Et secunda operatur quo ad differendum tempus appellationis prosequendz, non quo ad lementis rescisionem, & deolutionem: quia in his duobus prima iam operata est, secundum Bal. vbi suprà, licet Bar. in l. cum procurator. & dominus. & Imo. in l. s. libell. ff. de appella. sentiant secundam nil operari, quod procedit quo ad dictos duos effectus tantum. Idem sentit Do. Prepo. in rubri. & in c. sua. extrà de appella. col. 19. in dicta rub.

## CONCLVSI O 457

Appellatio  
in scriptis.

**N**ON sufficit quando debet in scriptis appellari, facere scribi appellationem, & distare in actis: nec ex hoc videtur in scriptis appellatum, sed debet appellatio in scriptis tradi Notario, secundum Barto. in l. Gallus. s. idem credendum. ff. de libe. & posthu. Ange. in l. quicunque. ff. de public. in l. 1. Bal. in additio. ad Specu. titu. de appellationib. s. a. col. 12.

## CONCLVSI O 458

Appellatio  
ab expensi-  
omissione.

**A**b omissa expen. condemnatione potest appellari, secundum Angel. & Imo. in l. f. s. f. ff. de appella. nisi vietus appellauerit: quia tunc viator non potest appellare, propter omisam cōdēmationem expen. cūm in causa appellationis sui aduerteri possit prosequi gravamen expen. l. f. C. quorum appella. quod non procederet, quando iudex à quo absoluisset vietur ab expensis, & quando vietus tantum appellat in partibus contra se facientibus nam tunc viator deberet appellare respectu expen. nec procedit dicta l. f. s. secundum Imo. & Feli. in cap. significatur. extrà de except. Panor. in cap. cūm Ioannes. col. vlt. extrà de fide instru. primum etiam tenet Domini de Rota in nouiss. decisi. 356.

## CONCLVSI O 459

Renocatio  
interlocu-  
toria.

**A**ppellatione ab interlocutoria pendente, potest index ipsam interlocutoriam reuocare, & sic le de causa principalí impide. c. cūm cōfessante. extrà de appella. est gloss. quae reputatur singularis in c. ecclesia vestra. et secundo, in verbo, adiuvare, circa med. extrà de elec. Nisi iam esset inhibitum per iudicem ad quem: quia tunc reuocare non potest, cūm ex eo negotium cōfessatur perfectè ad superiorē reuolutum, secundum Doctores in l. in prin. ff. n. no. ap. pen.

## CONCLVSI O 460

Condēna-  
tio pluriū.

**V**bi plures eadem sententia sunt condemnati in causa ciuili, licet ad eadem sit causa defensionis omnibus, tamen appellatio & victoria vnius qui appellauit, non prodest carteris, qui tacite vel expre se acquieuerunt sententie. est notabilis limitatio, qua sumitur ex glo. in l. 3. s. penul. in ultima solutio. ff. de appella. ad l. 1. & 2. C. si vnu ex plurib. nam acquiescendo sententia videtur à remedio appellationis recedere. l. tale. s. qui prouocauit. & ibi glo. ff. de pa. tenet Feli. in ca. cūm super. secunda col. extrà de re iudic.

## CONCLVSI O 461

Sententia ar-  
bitriamen-  
talis.

**A**rbitralis sententia non debet executioni mandari pendente reductione ad arbitrium boni viri quia reditio habet in star appellationis, secundum Bal. in repert. l. tale. s. qui prouocauit. ff. de pa. in 22. quæst. & Do. Cato. ibidem faciunt notata in l. si societatem. s. arbitrorum. ff. pro socio. in l. non distinguimus. s. arbiter. ff. de arbitris.

## CONCLVSI O 462

Appellatio  
ca. negata.

**M**anifestè conuictus non appellat, secundum glo. & Barto. in l. addictos. C. de appella. in notoriis enim non admittitur appellatio. cap. Romana. s. fina. autem. de appellat. in 6. vult. Bald. in l. secunda, circa med. C. quorum appella. Secus in non manifestè conuicto, vel in confessio tantu, quia potest appellare, si in appellatione dicat se confessum per errorem, vel aliam causam legitimam contra confessionem alleget, secundum Joan. Andre. in dicto cap. Romana. Angel. & Alberi. in dicta l. secunda. est de mente glo. in verbo, vel alio mo-

do. in cap. cum speciali. s. porrò. extrà de appellationib. Bar. in l. cre-  
ditor. s. iussus. ff. cod.

## CONCLVSI O 463

**C**lausula, appellatione remota, simpliciter apposita in rescripto, & delegatione, inferioris à Papa vel Imperatore, de iure ciuili & canonico non operatur remotionem appellationis, nisi in interlocutoria, & tunc quando appellat effet triuola, alias non, secundum Barto. in l. prima. s. intercedum. ff. à quib. appel. non lic. Hosti. in summa. eod. titu. de appella. & in titu. de offic. delega. s. quod si eius officium, ad fin. & versicu. sed quae est ratio. Specu. in titu. de appella. s. in quibus, ad finem, versicu. ego dico. Butrig. in cap. pastoralis. extrà eod. gloss. Barto. & Salic. in l. fin. C. de senten. & interlo. om. iudi. In mala in l. nemo potest. ff. de lega. i. facit glo. in ca. fi. de hereti. in 6.

## CONCLVSI O 464

**Q**uando in aliquo delicto remouetur appellatio, non intelligi-  
tur remota, nisi prius constet de ipso delicto. Ideo ab interlocu-  
toriis dura discutitur de tali delicto potest appellari, non à diffinitiu  
secundum Butrig. & Imo. in ca. pastoralis. extrà de appellationib. Ar-  
chid. Ioan. Andre. & Gemi. in ca. vt inquisitionis, de hereti. in s. facit  
l. non ignorat, cum glo. & Barto. C. qui accusa. non posse. & quod tra-  
dit. Barto. in l. prima. s. secundo. ff. quod vi aut clam.

## CONCLVSI O 465

**I**uxta à quo, non debet lapsu tempore appellationis prosequenda  
sententiam executioni mandare, nisi citato appellante addicendū  
causal quare sententia executioni mandari non debeat. l. si contra  
maiores. C. de appellationib. & ibi Bald. & Salic. idem Bald. in l. eos.  
C. eod. in princ. & Do. de Rota deci. 422. in nouiss. Barto. in l. prima,  
ff. n. nouari appel. pend. Panormi. in ca. ex ratione. extrà de appel-  
vult enim dicta l. si contra. constare debere prætori de negligencia in  
prosequendo appellationem: quod non potest, nisi parte citata, quæ  
potuit habere impedimenta, quæ allegabit, & excusat à negligen-  
tia, facit l. fina. s. illud. C. de tempo. appella. licet Innoc. in dicto ca. ex  
ratione. & in cap. cum super. extrà de re iudic. teneat citationem non  
fore necessarium in dicto casu, quando fit executio in rebus adiudica-  
tis per sententiam: secus in aliis.

## CONCLVSI O 466

**S**icut lex ad quem absque cognitione. s. item summaria appellatio-  
nem statim recipiat, potest ab eo appellari, & fortius si concedat  
inhibitorias, secundum Barto. in l. prima, in fine, C. quorum appella. fa-  
cit cap. Romana. s. si vero vocatus de appella. in 6. & quod non Spe-  
cu. eod. titu. s. de officio. versic. sed queritur. Nisi ipsi iudici constaret  
per exhibitionem sententie & appellationis, esse appellationem ad  
se deuolutam, secundum Do. de Rota in nouiss. decisi. 11. incip. fuit  
dubitatum, quod est de mente Io. Andre. in dicto s. si vero dum dicit,  
quod cantu appellantes portant secum sententiam & appellationem,  
quas ostendunt iudici ad quem constet appellationem ad eum de-  
uolutam.

## CONCLVSI O 467

**A** sententia arbitri ex necessitate statuti, vel præcepto iudicis cle-  
dicti appellatur. l. f. & ibi Barto. & communiter Doctores C. de iu-  
dic. f. Et sic empori vietus per talis arbitri sententiam poterit age-  
re contra venditorem de euictione, quod alias non posset. l. si dictum.  
s. si compromisero. ff. de euict. quod probat ille rex. ibi, nulla enim re-  
cessitare cogere id feci, à contrario sensu iuncta glo.

## CONCLVSI O 468

**O**fficialis condemnatus in syndicatu, ob dolum in administratio-  
ne officij commissum, non appellat, secundum Iaco. Butrig. Cy-  
nom & Barto. in l. nulli. C. quorum appella. Specu. in titu. de appellationib.  
s. in quibus. versicu. tertia specie. potest tamen secundum eos sup-  
plicare. l. fina. C. vt lite pend. authen. quæ supplicatio. C. de precib.  
Imperato. offerent.

## CONCLVSI O 469

**I**uxta appellationis debet seruare modum, terminos, stylum, statu-  
ita, & confuetudinem fori iudicis à quo, quia ei succedit ut confirma-  
tor, vel in firmator, in authen. vt cum de appella. cognos. in princ. col. 8.  
& secundum gloss. in cap. illud. 12. distinct. Innocent. in rubri. extrà de  
confuetudo. Barto. in titu. de pace Constan. s. in causa. in prima col. in ca.  
ad nostram. extrà de appella. Do. Preposi. in rubri. extrà eod. Do. de  
Rota in nouiss. decisi. 20. in rubri. de appella.

## CONCLVSI O 470

**N**ullitas principaliter deducit coram superiori agendo non im-  
pedit executionem sententie, secundum Ange. & Imo. in l. 4. 5.  
condemnatum. ff. de re iudic. Inno. in ca. cum in iure. in gloss. ibi, alij  
commu. op. T. 3.

Appellatio-  
nem statim rece-  
pta.

Officialis  
non appel-  
lans.

Index ad  
quem quid  
fuerit.

Nullitas  
non obstat  
executioni

dicunt, & forte melius, extrà de offic. deleg. Spec. in titu. de libel. con-cep. §. nunc videndum. in fin. Ioan. Andre. in addi. ad Specu. tit. de litis contesta. §. quoniam. versi. quid de causa nullitatis. Do. de Rota deci-  
sio. 284. in nouissi. in rubri. de re iudica. licet Cuneus in dicto §. con-  
demnatum tenuerit contrarium. Prima prior, nisi forte nullitas esset  
evidens, per ea quæ dicuntur in sequentia decisione. Et nisi in tribus  
casibus quos ponit Do. Præposi. in cap. dilecto. co. 4. extrà de appel.

## CONCL V S I O 471

**C**lemen. vt calumniis. de re iudica. Et sic statutum prohibens  
Cappellari, vel de nullitate dici ybi sunt sententiæ cōformes, non  
procedit, quando nullitas sententiariam esset evidens per actionem in  
speciationem vel aliter, secundum Bal. & Sal. in l. C. nec licet pro-  
uoc. Bal. in l. si vnas. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Cardi. in clemen.,  
de sequestra. possit circa penul. & vlti. col. Ange. confi. 72. incipien.  
in nomine Domini, in facto proponitur. Alexan. confi. 77. in 2. vol.  
in 5. col. in versi. & insuper. Olda. confi. 105. Cun. in l. 1. in princ. ff. de  
ope. noui nuncia. & in dicto §. condemnatum. est tex. in cap. inter ex-  
terias. extrà de re iudica. & ibi Feli. in cap. per tuas. extrà de senten. ex-  
commu. & glo. in verbo, post appellationem. in ca. ex conquestione.  
extrà de restitu. sp. Innoc. in ca. cum in iure. extrà de offic. deleg. Do.  
Alexan. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nuncia. Do. Pra-  
posi. in ca. dilecto. col. 402. extrà de appellat. Non procedit etiam di-  
cta clemen. secundum Cardi. ibi, quando executio sententiariam es-  
ser irretractabilis. Item nec quando viator passus esset cognolci de  
nullitate per victimum opposita, secundum Do. Alexan. confi. 218. inci-  
piente, in causa & lite vertente coram reuerendo. col. vlti. ad quod vi  
de dicta in deciso. 244. & Feli. in ca. inter monasterium. col. 16. extrà  
de re iudi. Item nec habet locum dicta clemen. & tale statutum, quod  
ad prædictum tertij, secundum Cardi. ibi, in 4. quæst. & Butrig. con-  
silio 18. vt refert & sequitur Do. Præposi. in ca. pastoralis. col. 5. extrà  
de appella. Item nec per tale statutum censetur remotum remedium  
restitutionis in integrum aduersus sententiæ, quasi competat iure ex  
extraordinario, nisi id etiam in statuto specialiter exprimatur, secundum  
glo. & Bald. in l. postquam liti. versi. secundum opponitur. C. de pact. in  
l. C. si de momenta. possit. Cy. & Fulgo. in l. 1. C. quando Imperator  
inter pupillum & viduam.

## CONCL V S I O 472

**A**ppellatio  
à reforma-  
tione.

**S**i statuto loci, vt est in Chorio, caueatur, quod qui semel à sen-  
tientia appellavit, non possit iterum appellare, & lata sententia à qua  
fuit appellatum index appellationis pronunciauerit sententiæ nullam,  
& etiam illam reformauit, à tali reformatione iterum poterit ap-  
pellari: quia dictum statutum loquens de sententiæ, debet intelligi de  
valida, non de nulla, que non est sententiæ. l. 4. §. condemnatum. ff.  
de re iudic. secundum Cun. & Nicel. ibi, facit quod tradit Barto. in l. 1.  
§. 1. ff. quo d. vi aut. clam.

## CONCL V S I O 473

**A**ppellans  
finito tem-  
pore pro-  
seguatur.

**I**cet finito tépore instantiæ causa appellationis non possint par-  
tes procedere coram iudice ad quem, clemen. si appellationem.  
de appellat, tamen appellato ante tale tempus finitum prosequente  
poterit appellans etiam prosequi & finire, etiam finito tali tempore,  
secundum Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudica. per cap. 2. de recipi.  
Do. Anto. de Butri. in cap. sape. extrà de appella. & tunc appellans ex  
persona appellati prosequentis consequitur, quod non haberet ex  
sua, secundum Butrig. vbi suprà, & Panormi. in cap. ex parte. in 2. co.  
de rescrip. Do. Præposi. in cap. personas. in vlti. col. extrà de appellat.  
argu. l. petenda. C. de tempo. in integ. restitu. petend. & l. si post mor-  
tem. §. fina. ff. de bono. possit. contra tabu. & eius quod vuln. Innocen.  
in cap. ex conquestione. extrà de restitu. spoli. Plus dixit Roma. in dicta l. 2. quod appellans ex persona sua poterit prosequi, & finire post  
tale tempus finitum, quando eo durante incipit prosequi. Et clemen.  
prædicta, secundum eum debet intelligi, quando ante tale tépore pro-  
sequenda finitum, & eo durante nullus comparuit. Et pro hac opinio  
ne quam sequitur Nicel. in dicta l. 2. facit C. de temp. appella. authen.  
neutro. dum dicit neutrò occurrente sententia firma permanet.

## CONCL V S I O 474

**A**ppellatus non potest appellante inuitu cogere ad prosequen-  
dum suam appellationem, nisi in ultimo mense anni dati ad pro-  
sequendum, seu tale tempus ei diminuere, secundum Archidia. in ca.  
Romana. §. qualiter. versi. porrò de appella. in 6. Ioan. Andre. & Bu-  
trig. in ea. oblatæ. extrà cod. & ibi Panor. in penul. note b. Spec. co. tit.  
§. nunc breuiter, versi. item pone. præfixus. alias in §. qualiter. circa fi.  
Domi. de Rota decisione 270. in rubrica de appellationib. in nouissi.  
Do. Præpositus in cap. personas. vltima col. extrà de appellationib.  
post Federic. consilio 303. dicit Jacob. Butrig. & Jacob. de Beluis. quos  
refert & sequitur Salice. in authen. ei. qui. C. de temp. appella. teneant  
contrarium.

## CONCL V S I O 475

**D**eciduum ad appellandum statutum partium consensu proro-  
gari non potest, secundum Bald. in authen. ei. qui. C. de tempo.  
appella. Roma. Pau. de Castro, & Nicel. in l. 2. de re iudica. nam nec  
partes possunt conuenire, quod sententia non transeat in rem iudica-  
tam, secundum glo. ordinariam, in l. si diuersa. C. de transact. licet Pa-  
nor. in cap. cum sit Romana. extrà de appella. teneat posse prorogari  
ratione publicæ utilitatis, vel scandali evitandi contra glo. ibi.

## CONCL V S I O 476

**A**ppellans tutius facit anto litem contestatam in causa appellatio-  
nis petere reuocationem attentatorum per iudicem à quo post  
appellationem, ne alia videat renunciare priuilegio attentati, se-  
cundum Specu. titu. de appella. §. nouissimè. versi. sed pone. petij. Ar-  
chidi. in c. non solum. eod. titu. in 6. quod non placet. Ioan. Andre. ibi:  
& Pet. de Ancha. ac Ange. in l. si cuius. ff. de appella. recip. & Do. de Ro-  
ta deciso. 60. in nouissi. vt refert. Do. Præposi. in ca. dilecti. extrà de ap-  
pellat. limitans istam secundam opinionem per quatuor fallentias  
notabiles. Nam attentato illicite probato, deber illud per iudicis ap-  
pellationis merum officium in pristinum statum reduci, secundum  
Ange. vbi suprà: etiam & pondente iudicio super huiusmodi reuoca-  
tione non currat fatale tempus, secundum Do. de Rota in nouissi. de-  
cisi. 105. ideo utile est appellanti ante omnia ipsam reuocationem pe-  
tere, vt suprà.

## CONCL V S I O 477

**A**ppellari potest à sententia lata in possessorio, in quo etiam tra-  
ctatur de amissione proprietatis, aut de pœna, vt in remedio l. si  
quis in tantam. C. vnde vi. seu alicuius statuti imponentis pœnam in  
ca. si possessorio vltra restitutionem possessionis, aut satisfactionem  
de non turbando de carero, vt est communiter per istam patriam,  
etiam de iure ciuilis, secundum glo. communiter approbatam in l. mo-  
mentanea. C. vnde vi. ad fin. & hoc quantum concernit proprietatem  
vel pœnam. Nam in eo quod possessionem concernit, non potest ap-  
pellari, secundum Cy. in l. 1. C. si de momen. possess. fuer. appella. in l.  
incerti. C. de interdict. per dictam l. 1. & l. quilibet. C. quorum appel-  
lum glo. ibi in verbo, mittantur. & secundum eam in eadem senten-  
tia furent Pileus. & Pet. non poterit tamen de iure ciuilis in tali cau-  
sa & casu, appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuam: quia cum  
à diffinitiuam possit appellari, poterit illud grauamen in ea reparari,  
iuxta doctrinam Bar. in l. 2. ff. de appella. recip.

## CONCL V S I O 478

**L**icet propter impedimentum contingens appellanti in secundo  
anno, non detur tercius annus: poterit tamen ei succurriri benefi-  
cio restitutionis in integrum aduersus lapsum secundi anni ex clausa  
la generali, si qua mihi iusta causa, de qua in l. in fin. ff. ex quib. cau-  
maio. Que restitutio tamquam remedium extraordinarium non vi-  
detur in tali ca. remota, secundum glo. & Salic. in authen. ei. qui. C.  
de tempo. appella. Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudic. per l. 1. §. quæsti-  
um. ff. de separa. in l. planè. & fin. ff. de peti. hered. quod in modo succurra  
tur appellanti de iure communis in ca. si præmisso, videtur casus in ca.  
ex ratione. extrà de appella. sed ille textus ibi, prædictum generari,  
intelligi deber ope restitutionis in integrum, secundum Roma. vbi su-  
prà, & Panormi. ibi. Archidi. 2. quæst. 6. ad fin. nisi secundum eos impe-  
dimentum processerit facta iudicis, vel fuerit de partium consensu su-  
percessum, quia tunc ipso iure tempus non currit, nec est opus restitu-  
tione, clemen. quandiu. de appella. & secundum glo. in dicto c. ex ra-  
tione. & in dicta authen. ei. qui.

## CONCL V S I O 479

**P**ER compromissum factum in arbitratorem suspenditur tempus  
appellationis prosequenda, sicut & in arbitram, secundum Ro-  
ma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudica. per clemen. quandiu. de appella. & in  
authen. si tamen. C. de tempo. appella. & quia eadem est ratio in vtro-  
que, licet Pet. de Anchara. consilio 274. determinauerit contrarium,  
cuius opinionem ipse Roma. vbi suprà pluribus motibus confutat.

## CONCL V S I O 480

**I**udex qui detulit appellationi, non potest reuocando delationem  
iurisdictionem reali sumere in ea causa, & casu à quo est appellatū,  
non reali sumpta. secundum Ioan. Andre. & communiter Cano. in ca. cum appella-  
tionibus de appella. in 6. in clera. sicut cod. titu. Bal. in l. eos. §. Apostolos.  
C. de appella. Do. Præposi. in ca. vt debitus. extrà cod.

## CONCL V S I O 481

**S**tatum remouens appellationem à sententia indubio intelligi  
Stur remouere à diffinitiuam, non ab interlocutoria, secundum Pa-  
normi. in cap. pastoralis. extrà de appella. & ibi Do. Præposi. cum ap-  
pellatione sententie in dubio, intelligatur de diffinitiuam, secundum  
gloss.

# Conclusionum.

gloss. in l. i. C. senten. rescin. non poss. in c. cum olim. extrā de testib. faciunt tradita per Bal. in l. i. C. ne lic. ter. prouo.

## CONCL V S I O 482

Procura-  
tor admis-  
sus ī crimi-  
nibus.

**S**i procurator à iudice fuit admissus in causa criminali, cùm non debuisset admitti, nec fuit de hoc obiectum per partim, non per hoc viciatur processus, secundum glo. in cap. 1. de iudic. lib. 6. Specu. tit. de procura. §. 1. verbi. sed pone quid ī causa talis. Bal. in lita denum. C. de procura. per l. quamvis indubitate. C. de adulter. licet secundum eum contrarium tenuerit Iaco. Butrig. in l. licet. C. de procurato. pri- mū tenet Do. de Rota in nouissi. decisiō. 154. in rubri. de procur.

## CONCL V S I O 483

Procura-  
tor ad agē-  
dum.

**P**rocurator constitutus ad agendum & defendendum, ac appellandum, censetur constitutus etiam ad secundam appellationem secundum Pet. & Bal. in l. nihil. C. de procuratorib. & in l. inuitus. in fine. C. eodem.

## CONCL V S I O 484

Consensus  
paternus.

**C**onsensus paternus in causa principali praestitus filios familiās extet. ad causam appellationis, secundum Bal. in l. qui inuitus. C. de procura, qui allegat idem tenere Cy. ibidem?

## CONCL V S I O 485

Procura-  
tor domi-  
nus litis.

**E**tiam per primum actum contradicitorium, quem in iudicio factum procurator interueniens post item contestata, cum principali efficitur dominus litis, & instantia transit de domino in procuratore, qui hoc ideo potest alium substituere, secundum Pet. Cy. Bal. & communiter Docto. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procura, licet secundum ipsum Bal. contrarium senserit Bart. in dicta l. nihil. & Archid. in cap. 3. de procura. in 6. tangitur aliquid per glo. in ca. querelam, extra de electionib. Primam etiam tenet Do. de Rota in nouissi. decisiō. 125. in rubri. de procuratorib.

## CONCL V S I O 486

Inquisitio  
ex officio.

**S**icut accusatio falsi & ceterorum criminū regulariter tollitur spatio virginis annorum. l. querelam. C. de falsi. ita inquisitio ex officio iudicis, secundum Barto. Salic. Rapha. & communiter Docto. ibi, licet glo. & Bald. ibidem dicant, quid non tollitur inquisitio, nisi triginta annis:

## CONCL V S I O 487

Debitor si-  
sci.

**D**ebitor fisci, vel communitatatis, admittitur ad cessionem honorū per casum in §. item si quis. In situ. de societa. iuncta ibi glo. vult. Ange. in l. i. ff. de his, qui bon. cede. poss. per l. nemo. C. de exact. tribu. lib. 10. nisi sit debitor propter munera, seu onera ciuilia, per l. propter honorem. C. de cesso. bon. licet Barto. in dicta l. i. indistincte teneat non admitti.

## CONCL V S I O 488

Delegatis  
præsentia.

**D**elegati iurisdictio non expirat per legantis præsentiam, secundum glo. notabilem in l. cunctos. C. de meta. lib. 12. que allegat ad hoc §. nulla. in authen. de defen. ciui. quod post limitari, nisi fuerit delegatus propter absentiam futuram delegantis, nam tunc cùm per præsentiam eius esset causa delegationis, consequenter ipsa delegatio. argumen. in l. i. in priu. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisdict. & §. authen. de iudic.

## CONCL V S I O 489

Sententia  
ante rela-  
tionem.

**S**ententia non valet, si iudex pronunciat antequam nuncius missus ad citandum fecerit relationem, licet post sententiam referat se ante sententiam citiale ad audiendum sententiam, secundum Bart. in l. hoc autem. §. i. ff. ex quib. cau. in poss. eat. Innoc. in ca. cùm contingat. in glo. sua, in verbo, iuste. & in cap. prudentiam. extra de offi. delega. Bar. in l. mul. turn. ff. de condi. & demost.

## CONCL V S I O 490

Libellās in  
possessorio

**L**ibellus in quo possidens ciuiliter tantum petet se manuteneri & non turbari in possessione, & etiam se introduci ad corporalem possessionem per alium occupatā de iure, procedit & sustinetur, nec est libellans sibi contrarius, cùm agat Vt possidetis, pro ciuili, in qua turbatur per eum, qui naturalem occupauit, & idem vindicet corporalem occupatam petendo se in ea mitti. Imò in dicto casu etiam per solum interdictum retinenda, conseq̄uetur restitucionem naturalis, non diceretur cessari ab inquietatione ciuilis possessionis, secundum gloss. notabilem in verbo, clam, circa fin. Bart. Ange. & communiter Doctores in l. clam possidere, in §. qui ad hundinas. ff. de acq. poss.

## CONCL V S I O 491

Instrumentū  
antiquum.

**I**nstrumentum valde antiquum fidem facit, nec viciatur, licet non probetur vel aliter constet eum, qui illud scripsit, fuisse vel esse No-

# Centuria V.

163

tarium: quia præsumitur quid fuerit Notarius, nisi de contrario probetur per opponente, secundum Innocent. in cap. veniens. in 2. col. extra de verbo, signif. Bal. in authen. quas actiones. circa fin. C. de sarcophan. eccl. faciunt que habentur in ca. causam, quæ. & ibi per glo. extrā de proba. in l. censu. ff. cod. titu.

## CONCL V S I O 492

**S**ecuritas data pro veniendo, intelligitur data pro redeundo, secundum glo. cùm Barto. in l. vii. mur. ff. de sepul. viola. eundem Bart. in l. de ætate. ff. ad Trebellia.

## CONCL V S I O 493

**T**A inducit diuersitas actuum & pluralitas, prioritasque in tempore iure & hypotheca, si sunt diuersis horis diei, sicut si in diuersis diebus, tex. est notabilis iuncta gloss. in verbo, eodem die. in l. si funditus in §. si duo. ff. de pignorib. facit gloss. in l. si ex pluribus. in §. fina. ff. de solutionib.

## CONCL V S I O 494

**Q**VI est in carceribus potest citari ad dominum suam, ad audiendum sententiam, vel ad alium actum, & valebit aet. sed potest peti restitutio in integrum propter ignorantiam, secundum gloss. cum Bal. in l. 2. C. quib. ex cau. maio.

## CONCL V S I O 495

**D**Enihilo seruir clausula, quam plerique iudices in fine sententia criminalium seu camparie apponunt, videlicet. Et catenus, quatenus dicta sententia & condemnationes, seu absolutiones essent ultra vel preter formam statutorum, illas cassamus & annullamus, ac reducimus ad formam ipsorum statutorum, secundum Bart. in l. moris. in §. ista ferre. alias in l. aut damna. in §. ff. de pœnam. in l. iudex. ff. de iudic. Bald. in l. non dubium. in 9. col. C. de legib. Ange. in l. non quemadmodum. ff. de iudic. Iaco. Butrig. in l. terminato. C. de fructib. & lit. expen. & Iaco. de Beluis. in l. si paecto, quo pœnam. C. de paect. vt refert Barto. vbi supra.

## CONCL V S I O 496

**L**acet nunciatus satisfacterit de opere demoliendo, si nunciatus non acceptauit, sed dixit, paratus sum de iuribus meis deducere, & probare per modo constat, modo agatur, non potest ipse nunciatus prosequi in opere, sed deberit cessare per tres mensulas in iustè redificat, & interim adificatum est de novo. lendum: casus est in ca. significantibus. iuncta glo. in verbo, incontinenti. & in verbo, interloquendo. & in ca. fi. extra de ope. no. nuncia. vbi circa haec glo. loquitur magistraliter, & in l. i. C. eod. tit. alias est l. fi. C. de adific. priua. vbi etiam glos. in verbo, impedimentum. quod est ad limitationem & intellectum iurium dicentium post accusationem possit licet adificare.

## CONCL V S I O 497

**I**bellus duplex & implicitus, continens contraria, seu actiones contrarias & incompatibilis, admittitur alternatiæ, non copulatiæ, propter probabilem agentis dubitationem. l. i. §. quod autem. ff. quorum lega. & secundum Bald. in l. i. in 2. col. & in 3. opposit. C. de furtis. ita limitantem quod ibi dicitur, allegantem contraria in agendo non audiri.

## CONCL V S I O 498

**E**tiam agenti condicione ex l. i. quis conductionis. rit. C. loca. seu possessorio recuperande, potest referri questio dominij, quando esset notorium ipsum agentem non habere ius: imò conuentum per casum notabilem, cum glo. in verbo, præsumitur. in cap. ad decimas. derelicti. spolia. in 6. & in ca. significantibus. extra de duor. Idem in cap. literas. extra de restitu. spolia. & ca. i. eod. tit. Et certis aliis casibus, de quibus per Doctores in l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acquirent. possit.

## CONCL V S I O 499

**E**t si constituens procuratorem in mandato promiserit & iurauerit non reuocare, potest tamen illum reuocare, secundum glo. in ca. si de procu. in 6. Bart. in L. cum precario. ff. de precar.

## CONCL V S I O 500

**P**otestis seu officialis, non tenetur in syndicatu de commissis per eius familiā durante officio, extra iurisdictionem suam, secundum Barto. in l. de debet executor. ff. na. camp. stab. per illum tex. Calde. in additionib. suis ad Bal. in materia syndicatus, in additione 112. Item nec pro debitis vel contractibus factis per familiā durante officio, per l. i. C. vt nullus vica. pro alte. vica. debi. lib. 11. & l. i. in §. familia. ff. de public. Idem Pau. de Ca. in consi. inci. in nomine Domini, Amen. Infacto S. vitri Do. Antonij.

Comm. op. l. 3.

Questio  
dominij re-  
lata.

Procurato-  
ris reuoca-  
tio.

Familia de  
linquens.

L. 3

FRAGMENTVM  
CENTVRIAE SEXTAE  
*Conclusionum Lan-*  
*franci.*

## CONCLVSI O 501

Instrumen-  
rum defec-  
tuosum.



N S T R V M E N T V M Defectuosum in aliqua ex solennitatibus instrumenti, putat in inductione, & similibus: si Notarius mortuus est, facit semiplenam probationem, secundum Barto. in l.admonendi.versicu.quare, quid si in aliquo instrumento, ff.de iure curan. per l.fina. C. famili.ercis.& l.1. si rosa. ff.de bo. posse. secun.tab.

## CONCLVSI O 502

Voluntas  
testatoris  
inualida.

V Oluntas testatoris de qua constar, licet inualida sit propter defec-  
tum numeri testium, aut alterius solennitatis iuris, operatur ta-  
men probationem talis voluntatis, & sic heredis institutionem, &  
alia ibidem contenta, est notabile dictum Barto. in l. gerit. in versi. cir-  
ca secundum. ff.de acqui.hered. facit l.1. amphil. s. propositum. ff.de  
lega.3.l.fina. C.fami.crciscun.

## CONCLVSI O 503

Consenti-  
re tacite.

C Onsentire dicitur tacite, qui contradicens non appellat, secundum  
Innocen. in ca. quod ad. extrà de re iudic. Feli. in ca. pastora-  
lis. vltima col. extrà de exceptionib.

## CONCLVSI O 504

Citatus pre-  
sumptus.

C itatus presumitur quis, quando compareat in iudicio in ea causa,  
licet aduersarius alter non probet citationem, secundum Archi-  
dic. in ca. proposuisti. 32. distin. Panor. in ca. bonae. el primo, in 7.col.  
extrà de elect. Do. de Rota in nouissi. decisi. 375.

## CONCLVSI O 505

Credulitas  
dño possef

I lle, qui simpliciter possidet, non potest accusare vigore statuti dif-  
ponens, quod domino possessionis accusanti credatur, secundum  
Barto. in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. 11. Panor. in c. fin. in fi.  
extrà yr. lige non contest.

## CONCLVSI O 506

Renuncia  
tio Velleia-  
ni.

R Enunciatio Velleiani per mulierem facta etiam cum iuramen-  
to, non extenditur ad beneficium authen. si qua mulier. C. ad  
Velleia. secundum Bald. in l.1. C. ne vxor pro mari. per glo. ibi, & Do.  
Alexan. in l. generaliter. C. ad Velleia.

## CONCLVSI O 507

T Estis deponens per dictiōnēm vel circa, seu, & plus, vel ultra.  
T non probat, tanquam de incerto deponens, secundum Panor.  
in ca. tue. extrà de desponsa. impube. faciunt notata in cap. licet cau-  
sam, extrà de probationib.

Testi quan-  
do no cre-  
atur. n

## CONCLVSI O 508

O fficiali simplici verbo, & sine iuramento, creditur in aliquibus,  
de quibus in tex. & glo. in verbo, stari. in cle. 1. de foro compē.

Credere  
Simpli-  
verbo.

## CONCLVSI O 509

T Estis deponens secundò contrarium eius quod primò depositus.  
T non vitiar suum primum dictū, donec aliter constet de eo, quod  
secundò depositus, secundum glo. in cap. per tuas, extrà de proba. Bar.  
in l. generaliter. C. de non nume. pecu. facit cap. sicut. extrà de testib. li  
cetalia qualiter debilitetur primum dictum, secundum glo. in dicto c.  
per tuas. Io. Andre. in ca. pratercā. extrà de testib. cogēn. nisi testis in-  
continenti probabiliter se corixerit, quia tunc stabilitur secundo di-  
cto, & ita intelligitur Innocen. in cap. cum oporteat, extrà de accusa.  
Ita etiam tenent Do. de Rota in nouissi. decisi. 297. in rubri, de testib.

Testis con-  
trarius.

## CONCLVSI O 510

S I in electione, aut alio actu fuerit obmissa aliqua ex solennitatibus  
ius positiui, modò ea quæ sunt necessaria secundum ius natu-  
rale, seu gentium & diuinum interuenient, non per hoc quo ad Deū  
& in conscientia corruit actus, vel peccat sic electus, nec tenetur sibi  
facere conscientiam. Inno. valdè singulariter in ca. quia proper. ex-  
trà de elect, quem sequitur Panor. in ca. 1. in fi. extrà de in integ. reflī.

Electio.

## CONCLVSI O 511

Q VI tempore feriato ob hominum necessitates citatus compa-  
ruit, & aliquem actum iudiciale fecit etiam litem contestan-  
do, non per hoc excluditur ab exceptione feriarum in aliis actibus iu-  
diciariis, per tex. qui dicitur singularis cum Ange. in l.1. ad fi. ff. de fer.  
& secundum Imo. in ca. fi. in fi. extrà cod. Do. Preposi. in ca. ex parte  
tua, in 2. col. extrà de appella.

Feriatur  
exceptio.

## CONCLVSI O 512

V Ices suas committendo quis aliqui simpliciter videtur in totum  
commisisti. per cap. venerabili. cum gloff. & Panor. ibi extrà de  
offi. deleg. & secundum Innocen. in ca. super questionum. cod. tit.

Vices com-  
miss. j

## CONCLVSI O 513

Q Vod dicitur, illum qui setalem dicit, debere setalem probare,  
intelligatur si hoc fuerit negatum per partem, alias non, secun-  
dum glo. notabilem in verbo. filium, in l.1. C. quorum bono. & sentit  
Bald. in l. non ignorat, circa prin. C. qui accu. non possit.

Dicensle

talem.

L A V S . D E O .

# TRACTATVS DE COM-

## MVNIV. I. DOCTORVM

### OPINIONE


Constituenda, attendenda, & pennis recedentium ab ea.

*Autore Antonio Maria Comito Cortonensi.*

#### PRAEFATIO.

##### Summa Notabilium.

- 1 ERITAS disputando reperitur.  
 2 Communis opinio ergo falsa.  
 3 Communis opiniones efficiuntur per adhesionem com-  
 plurum Doctorum diversis temporibus.  
 4 Doctores quandoq; tanq; Aues, aut Oues, sequuntur aliorum dicta.  
 5 Opinio vna hodie est communis, mox contraria est magis communis.  
 6 Communis opiniones in scholis nasci, crescere, & interire.  
 7 Lectores hodie acquirere laudem ex impugnatione communis opi.  
 8 Iustam latè patet, ut vnuusquisque in eo aliquid noui possit inuenire.  
 9 Disciplinam omnem indles perfici, vel peruerteri.  
 10 Collectores communis opinionum nulla laude dignos esse.  
 11 Autores potius numerare, quam sententias ponderare, sive decipit  
     ignorantes Iudices.  
 12 In iudicis veritas simplex quomodolibet reperta amplectenda.  
 13 Vera potius, quam noua sequi debemus.  
 14 Leges non possunt complecti singulos casus.  
 15 De similibus ad simili procedendum, & id Iurisprudentum inter-  
     pretatione, & nu. 16.  
 16 Quot capita, tot sententiae.  
 17 Opinionum diuersitas redditus dubium, & obscurum.  
 18 Obscuritas peruerit ius.  
 19 Claritas propria legis, & lex obscura, non allegatur ad decisionem  
     causarum.  
 20 Autoritas Doctorum probabilis est, non necessaria.  
 21 Opinio nulla tam iusta, & æqua, quæ subuerit non possit rationib.  
 22 Iudicis interdum moueri potius ex ratione subtili, quam vera.  
 23 Index iniuste iudicans, facit item suam, & alias poenas subit.  
 24 Ex duobus malis, minus malum eligendum.  
 25 Quod omnes, vel maior pars credit, pro veritate habetur, & commu-  
     nis opinio dicitur.  
 26 Communis opinio consulendo, & iudicando seruanda est.  
 27 Index sequens communem opinionem, excusatur in syndicatu.  
- Et hoc præcipue in iure procedit, in quo difficultatum est aliquid pro vero affirmare, vnde cum sit diversa ratio, non est inferendum de uno ad alium, vulg. l. papianus exuli. ff. de minor.
- 10 Quamobrem Tertia successit opinio, quod glosa † approbata ab aliquibus doct. antiquis faciat communem op. & hac fuit sententia Hier. Grat. in consil. 131. nobilis vir Scipio, in fin. nu. 2. lib. 1.
- 11 Quarta suborta est opinio, quod glo. † cum qua pertranscant tres alii doctores, constitutat ipsam Communem, & hanc tenuit idem Grat. in consil. 75. quamvis si prius, col. 4. nu. 22. lib. 2. quem sequuntur Franc. Colci. in ca. 1. nu. 2. extra de const. & Colciūm referens Franc. Viui. in tract. commun. op. lib. 1. op. 182. iudex in iudicando, ante fin. ver. id est non est credendum, & alii, & in summa iste duas opiniones, coniungendo eas tanquam ab eodem fonte, videlicet à Grato emanatas, volunt, quod quatuor doctores † inter quos sit Glosa, quæ autoritate omnes alios antec. illi, ut tradi. Barto. & sequuntur reliqui in l. vt vim. ff. de iust. & iur.
- 12 faciant communem opinionem, quæ conclusio iuuatur ex eo, quia talis est autoritas gloss. vt qui cam sequitur, † veritati inherere dicatur, & in perpetuum non erret, vt voluit Bald. in l. fin. §. necessitate, col. 3. in prin. lib. nu. 9. post med. verbi. & ideo loquitur, C. de bon. quæ lib. quæm refert, & sequitur Ias. in l. vt vim. col. pen. sub. nu. 34. ff. de iust. & iur. quæ veritas presumpta, si amplexa sit à tribus aliis docto. videtur effici certa, vnde non mirum sit dicatur Communis, & pro ea presumatur.
- Verum & iste opiniones parum subsistunt, nam hæc ratio laborat eodem morbo, quo superiores, & non attingit rem ipsam.
- 13 Quinta & ultima extat opinio, quod sententia † ipsius Glosa solius, vel Archidiaconi super. 6. Decret. adeo sit communis, vt preferatur al. ter Communis, de qua opinione agemus infra tit. 9. in cal. 3. & 7.
- Sed ista est peior prioribus ut ex ibi dicendis apparebit. Ex quibus pater, quod istorum sententiae ait fundata sunt, cum nihil habeant, quo substineri possint. Itaque ipse nulli istarum opinionum facile adhaereo,
- 14 Nam quanti sit praediicij † his temporibus Communis opinio, vnu. quisque per se clare poterit ex eo intelligere, & iudices hodierni † inherenter Communis opinionibus tanquam secuto carrio, licet interdum non parum ercent, vt inquit Maria. iun. in consil. 131. quæstio proposita, col. 1. num. 3. lib. 1. Vnde cum, ybi maius inest periculum, ibi cau- tius sit agendum, l. 3. in §. duæ cauæ ff. de carb. & dic. ca. vbi periculum, de elect. in 6. diligentius, & accuratius est in hac re aduertendum, & non ita facilè ex tam exiguo Doctorum numero, & autoritate communis opinio constituenda est, cum nulla lex, vel ratio ad ita tenendum nos impellat.
- Quinimo autores supradictarum opinionum omnes perfunditor, incidenter, & nulla diligentia exhibita loquuntur, vnde si rationes in contrarium adducantur, facile summouebuntur.
- Et imprimis in huius difficultatis resolutione inspicendum est ad vim, & efficaciam horum verborum communis, recepta, & probata, quibus vtuntur Docto. nostri ad communem ipsam significandam, & non singulorum, sed simul omnium, ex quo intelligemus, quod Docto- res † communis istius opinionis nomine nihil aliud demonstrare voluerunt, quam sententiam illam, quæ ab iis doctribus esset recepta, & approbata quorum numerus, & autoritas ea sit vt quod ipsi assertantur reliquis omnibus pro indubitate, vero, bono, aequo, & per consequens in uiolabite seruando habeatur, non vero quod à duobus, tribus, vel quatuor traditum reperitur, quorum numerus inter tot, & tatos scriptores tam antiquos quam modernos exiguis, & parum curandus vere possit nuncupari.
- Nam quemadmodum in aliqua facti dubitatione, si ad famam, & communem opinionem sit recurrendum non quod duo, tres, vel quatuor, sed quod omnes, vel maior pars hominum loci, vbi factum contigit, affirmat, communis opin. dicitur, vt per And. Tira. in tract. de legib. connub. glo. 8. nu. 160. & seq. ita in proposito nostro habito repetu ingentis numeri autorum, & scriptorum in hac legali scientia, non quod duo, tres, vel quatuor opinantur, sed quod magna pars eorum tradit, commune receptum, probatum vere dici poterit.
- Quid ergo statuendum in hac difficulti questione? Evidem diu con siderando in eam incidi sententiam, vt communis opin. † constituantur numero septem Doctorum ad minus: si inter eos sit Glosa, Innocentius, Hostiensis, Speculator, Bartolus vel alius doctor eximam autoritatibus, si minus maiori numero secundum pôdus & autoritatem corum.
- Et ad ita tenendum motus fui ex pluribus, & Primo, quia numerus 20 leptenarius per se † dicitur esse perfectus, & maxima habetur in consideratione, vt plenè alios congerens tradit Ioan. Franc. Far. in tract. de essent. infan. prox. infant. & prox. puber. capit. 1. in fin. numer. 9. & clare ostendit ex frequentissimo eius usu in Diuinis, Naturalibus & Humanis: & in Diuinis habemus complura exempla.
- Nam Deus post creationem mundi septima die quietus, quæ appellatur sabbatum, hoc est dies quietis, & benedixit dicit septimo: in Cœlo sunt septem ordines spirituum beatorum, ante Deum sunt septem intel ligentes, & date sunt illis septem tubæ, nomen Dei ab Hæbreis scribitur septem literis, septem sunt Dona Spiritus sancti, per quæ numerus iste septennarius Spiritus sancto consecratur dicitur, quæ septem dona apud Zachariam dicuntur septem oculi ipsius Dei, septem lampades ardebant ante tronum Dei, & septem candelabra aurea, & in mediocorum similibus filio hominis, & habebat in dextera sua stellas septem, vt legitur in Apocalypsi, vidit quoque Agnum habentem septem cornua, & septem oculos, & vidit librum oblongatum septem sigillis, & cum apertum fuisse septimum, factum est silentium in Cœlo: septem sunt Sacraenta Ecclesiæ, septem Psalmi penitentiales, septies latitudem dicit fæceros astantibus Missæ, cum aliis pluribus, quæ passim occurunt in sacra scriptura.
- In Naturalibus complura occurunt exempla, nam semen geniale in Matrice septem horis conseruitur in humanam naturam, lepten menibus partus perfectus est, & post partum septem horis dignificetur an natus sit viesturus, septem horis homo absque respira tione viuere potest, septem fenestræ habet corpus, quibus alterar,

tur, videlicet, oculi, nares, aures, & os, septem horis sit bona digestio, septem horis est necesse dormire, ut fiat bonum nutrimentum, septem diebus potest quis vivere absque cibo, ut de Comite Vgolino legitur apud Dantem in inferno, sumum humani corporis crescendi modus est septem pedum, septem cellularum sunt in Matrice, unde secundum Medicos septem filii eodem partu edи possunt, septem modis potest moueri homo, videlicet, ante, retro, sursum, deorsum, destrorsum, sinistrosum, & in circulo, cum aliis innumeris, quae possent facile adduci.

In Humanis etiam non desunt exempla, cum septem fuerint Reges Romani, septem bella civilia, septem sapientes tempore Hysteriae Prophetae, septem sapientes in Grecia, septem diebus arsit Roma sub Nero, septem Montes, & septem ecclesiae principales in Urbe, septem sunt Electores Imperii, septem auctus solemnes requiruntur in coronatione Imperatoris, cum sexcentis, quae quotidiè in actibus hominum occurunt. Et iste numerus septennarius a Pythagoricis dicitur numerus Virginitatis ex eo, quod non producatur aliquo numero duplicitate, unde ab antiquis Palladi consecratus est, vel secundum Plutarchum Apollini. Præterea dicitur numerus beatitudinis iuxta illud Poët. O' terque quaterque beati.

Deinde dicitur numerus purificationis, unde Apulcius, Neque protinus purificandi studio marino lauacro trado, septies submergo fluctibus &c. & legitur 4. Regum, quod Heliceus Propheta inquit leproso, in gredere Iordanum, & septies tela & purificab: ris, est numerus pœnitentiae, & remissionis, unde sapientis, & super peccatorem septuplum, & septimo anno siebant remissiones, est numerus libertatis ex quo servi Habaci in septem annis libertatem consequerantur. Dicitur numerus laudis, unde Propheta, septies in die laudem dixi tibi, & tandem dictus est numerus vindicta, unde legitur in sacra scriptura, septuplum vltio dabatur de Cain, & apud Psalmistam, reddere vicinis nostris septuplum de fini eorum: Ex quibus appetet, quam frequens si vltus istius numeri septennarij, & etiam quam in perfectus, unde cum nullum habeamus determinatum numerum doctorum Communem constituentium, Merito ad perfectum recurrimus.

Secundum adductus sum ad hanc opinionem firmandam, quoniam haec sententia non solum non discrepat ab opinionibus suprà relatis, sed potius cum omnibus conuenit & concordat, imo est eadem cù ipsiis, quod clarè ostenditur: nam in eo, quod plus est & continetur, & minus, in eo, vbi post alios pulchre id explicat Io. Ferrar. ff. de reg. iur. cum simil. At haec nostra opinio continet plura, sub quibus possunt contineri omnia contenta pauciora in suprà relatis omnibus opinionibus, cum numerus septennarius contineat numerum singularum sententiarum, nempe numerum duorum secundum priores duas opin. & numerum quatuor secundum duas posteriores op. & numerum unius secundum ultimam op. suprà relata. Merito &c.

Tertiò motus fui ex eo, nam, cum innumeris ferè, & præsertim hodie reperiantur libri, & autores, quando quotidie in magnam quantitatem excrescant, adeo, quod numerus eorum qui in hac, vel illa q. scripserint, certus haberi nequeat, ut facto calculo maior pars eligi possit, que communem constitut, sic in genere, & in cōfuso, cum in specie, & ad amissum fieri nequeat, eligendum est numerus, qui medianam viam inlegetur, hoc est, ut adhinc, & reperiantur quæstiones, quae & maiori, & minori numero, quam in electus, niantur, ac iuuentur. At numerus septem est huiusmodi, nam plura sunt in iure, in qua pauciores, & in qua longe plures, quam septem scripserunt, & sic numerus iste medianam viam tenere videtur. Ergo &c.

Quarto loco principaliter, & urgentissime mihi hanc sententiam sua sit exemplum Testamentum: nam t̄ quemadmodum in testamento requiruntur septem testes, l. hac consultissima, & l. fin. C. de testam. & Inst. cod. in princ. cum simil. ita eadem, imd maiori ratione in Communis opinio, constituenda debent intervenire septem Doctores, qui sunt testes iuris.

Quod verò maior, vel eadem sit ratio in Communi, quam in testamento clare deducitur ex eo, nam ideo in testamento non duo, vel tres testes, prout in carceris negotiis regulariter intervenire solent l. v. binumerus, & ibi gl. prope fin. ff. de testib. sed septem requiruntur, quoniam cum maximè interfici, ut voluntas testantium implicatur, ne quid falsitatis incurrit per duos testes, lex majorem numerum testium expostulavit, ut per ampliores homines perfectissima veritas reueletur. Ita ad literam dicit tex. in l. fin. circa fin. versiculo, cum enim res, C. de fidicione.

At ista ratio multo maior vigeat in Communi, quae negari non potest, quin sit maximi momenti, & præiudicij, ut suprà diximus, & multo maior suspicio falsitatis insit in constituenda communi, quam in testamento, præterea quod, cum in quocunque auctu t̄ duo cumulative requirantur, potentia videlicet, & voluntas c. cum super de off. deleg. l. 2. vbi Bal. C. de donat. ant. nupt. cum adductis per And. barbat. in consil. 10. animad vero puncto, colum. 8. versiculo, & clarum est quod omnis actus, num. 25. lib. 2. & Dec. in consilio 23. viso casu propolito, sub numero 2. cum concord.

In testamento non potest intervenire falsitas, nisi in uno requisito

nempe in voluntate, cum clatum sit, quod in potestate falsum comittit. ti nequeat, cum sensibus percipiatur quod testator disponit in Communi verò falsitas potest intervenire ex utroque requisito, ut videlicet ex voluntate & etiam ex potestate cum ius, & iustitia non percipiuntur a fi quo sensu extrinseco, sed in intellectu consistent, unde facilis in falsitatem est lapsus propter humani ingenii imbecillitatem. Et sic ratio, quae mouit legislatores ad ita disponendum in testamento, quæ & magis vi get in Communi, quae pro veritate habetur, & per consequens quod in testamento est dipositum, in communi etiam est disponendum, arg. l. à Tito cum vul. ff. de verb. oblig.

Quinto motus fui, quoniam vbi agitur de re maximi momenti, & 24 præiudicij septem testes, non adhiberi solent, quod probatur autoritate Sacre scripturae, vbi legitur, quod Abr. iham, quando contraxit pacem cū Abimelech, statuit septem Agnos in testimonium, cum promissio pacis Deo facta sit maximi momenti. Præterea probatur in c. praful. 2. q. 5. vbi propter reverentiam Sacrorum Ordinum & seruiti Ecclesiastici, Subdiaconus, Acolytus, & alii de quibus ibi, nisi conuicti septem testibus condemnari nequeunt, At communis. op. vt sapientis diximus, maxi- mī est præiudicij. Ergo &c.

Sexto, & ultimō, adductus sum, nam quemadmodum in approban- 25 do scholari & requiruntur septem doct. si quis C. de profess. & med. lib. 10. & tradit. Glos. fin. in l. magistrorum, quām sequuntur ibi Barto. sub. nu. 2. versiculo, secundū examinatio, Joan. de plate. colum. 1. in fin. versiculo, tertio requiruntur doctorum, & ceteri C. eod. titu. de profess. & med. lib. 10. quos referunt, & sequitur Abb. in capit. proposuisti col. 3. numero 8. & seq. extra de probat. vbi etiam subdit: quod si non adsint tot Doctores in loco, vbi fit approbatio, debent vocari exteri. Et Petrus, vbi qua- tuor tantum Doctores sunt deputati ad approbadum, concessum est ex privilegio, ut assit Barto. in d. l. magistrorum, & sequuntur alii passim: Ita in constitutio communi, quae constat ex autoritate doctorum de- benti intervenire septem doctores, nam approbatio scholasticus fit ad co- gnoscendam cius peritiam, & scientiam: item, & communis eget com- probatione circa scientiam, & doctrinam, cum autoritas, ex qua con- stat communis, oriatur ex doctrina, ut infra titu., in princ. Et ex his fa- tis clarè, & urgenter suaderi potest haec opinio, ut septem doct. ad minus constituant Communem.

### Magis Communis opinio quo excessu Numeri, & Autoritatis Doctorum constituantur.

### TITVLVS IIII

#### Summa Notabilium.

- C**OMMVNIS op. potest habere contra se magis commu-  
Doctores in eadem q. de Communi pro utraque parte at-  
testantes possunt veritatem dicere. & ideo non sunt re-  
prehendendi.
- Magis communis opin. cognoscitur per ponderationem, & numerationem autorum.
- Magis communis est opinio, quae à pluribus Doctoribus recipitur.
- Magis communis dicitur quae approbatur à Docto. maioris autoritatis.
- Magis com. op. quo excessu numeri, & autoritatis Docto. constituantur, repositum est arbitrio iudicis. Datur tamen quædam Theorica. nu.  
seqq.
- Magis communis fit excessu unius tantum in q. sterili data paritate autoritatis. Declar. nu. 12.
- Dictio, multa, seu plura, verificatur in duobus.
- Magis communis data paritate Autor. effici excessu unius num. pro singu-  
lis decem.
- Magis com. data paritate numeri fieri per omnem excessum autoritatis,  
Declar. nu. 15. & 16.
- Quando una opinio haberet doct. plures, contraria verò grauiores, Ma-  
gis com. est, quae teneat à doct. grauioribus.
- Verius esse id reponendum arbitrio iudicis.
- Numerus posse reduci ad autoritatem, & econtra. Et quomodo. nume-  
ro 22.
- Doctor quisque licet infinitus suam habet autoritatem.
- Numerus doct. in Communi quare requiratur.
- Magis commun. dici, cuius excessus numeri est maior excessu auto-  
ritatis.
- Et econtra, cuius excessus autoritatis est maior excessu numeri.
- Quando excessus numeri, & autor. sunt aequales, neuter facit magis com-  
mu. & nu. seqq.



- X Iam dicitis clare constat, ex quibus constituantur Communis opin. nunc verò aduerendum est, compleures repetiri casus, qui de iure adeo cōtrouersi sunt, vt adit ex vtraque parte communis opin. doct. & plerunque alia t̄ sit magis com. vt experientia videmus, & tradit Neuiz. in sua filo. nup. lib. 5. sub nu. 4. vñsc. & sic contingit, & nu. 9. polt. princ.
- Ex quo defenduntur doctores, qui in eadem q. testantur pro vtraque parte de communis opin. nam omnes benedicunt, cum hinc inde possit esse Communis, vt patet ad sensum, & tradit Do. meus Io. Pau. Lancell. in d. sua disput. An. & quando attendit cor. opin. in primo requisito.
- Ista verò magis comm. opin. t̄ cognoscitur per ponderationem, & numerationē autorum vtriusque partis, vt in specie tradit Cagno. in l. 2. col. 16. nume. 50. in fi. versi. & quatinus in primo, C. de pac. intr. empt. & vend. & Ant. Grauat. in Addit. ad Vest. in sua prax. lib. 4. c. 5. nu. 23. circa med. versi. sed certe prior opinio, & id in factō seruat Soc. in consil. 150. Dominus labia &c. vt in questione, in fin. lib. 1. quem refert, & sequitur Boer. in deci. 209. & illam: qua ibi tenuimus, in fi. Et vtrunque facit istos referens Dom. meus Franc. Cantutius verò vas ingenii, & maturi iudicij plenum, & accerrimus Communis opinionis cultor in pluribus eius responsis nō minori doctrina, quam elegantiā reditatis, clarissim apparēbit, cum impressa cīrcunferentur, & pricipue in resp. incip. tota huius controuersiae, vbi id seruat in prima inspect. & pro vero tradit in 2. inspect. in primo fund. & est de mente omnium doct.
- Et ea opin. t̄ est magis com. que maiori doct. num. fulcitur, vt tradit Abb. in c. 1. col. fi. sub nu. 15. & ibi Felin. col. pen. sub. nu. 14. versi. & illa dicitur comm. & August. Bero. nu. 268. extra de constit. Thom. Ferrat. in tract. cautel. caut. 3. manifestum est, quod si index nu. 2. Ant. Corse. in tract. trebell. §. 1. in fi. sub nu. 10. Ant. de prat. vet. inter consil. Alex. in consil. 7. videtur prima fronte, col. 3. in fi. sub nu. 10. versi. & si variae sint op. lib. 4. Iaf. in l. 2. sub nu. 3. versi. nam illa censetur, & ibi Purpur. in Addit. C. de inst. & subst. & in auth. si qua mulier, nu. 15. C. de sacros. eccl. Alci. in l. 1. in verb. celsus ait, sub nu. 4. ff. si cert. pet. Neuiz. d. nu. 4. prope. fi. versi. & dicitur communis, Lancell. Corrad. in lib. de prætor. §. 2. in ti. de sentent. nu. 25. Benjncas. in §. actionum. nu. 34. inst. de act. Hipp. Riminal. in l. præcibus n. 475. C. de impu. & al. subl. & inter consil. ultim. vol. diuer. in consil. 166. mag. Domina loan. col. 5. in fi. num. 9. lib. 1. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. par. 2. q. 12. hu. 2. Dom. meus Franc. Cant. in d. resp. in 2. inspect. in princ. & alii passim adeo, quod ista sit ab omnibus recepta sententia.
- Eodem modo, & ea opinio, que habet Doct. maioris autoritatis t̄ est magis com. vt concludunt Mathel. in tract. de elect. versi. op. in fi. Alex. consil. 202. viso themate, & dubiis. col. fi. sub nu. 7. versi. & dicunt doct. & ibi Adden. lib. 7. Franc. Turza. in tract. com. op. in op. 160. probatio-nes, in fi. Alc. in tract. præfump. reg. 1. præfump. 5. nu. 3. Neuiz. vbi suprà nu. 5. Gozad. in consil. 39. prima facie videtur, col. 3. nu. 17. & consil. 59. pri- ma facie dicendum, col. 4. in fi. num. 21. Gomes. in Comment. ad Regul. cancell. in proem. q. 2. in 4. fundam. partis affirmat. Pet. Iorio. in d. l. in verb. celsus ait, nu. 3. ff. si cert. pet. Lancell. Corrad. vbi suprà nu. 25. Grat. in consil. 75. quamus si prius. col. 3. sub. num. 20. lib. 2. Marc. Ant. Nart. in consil. 130. superioribus annis consilui, col. 5. num. 5. Ang. Bero. consil. 99. non recedendo ab his, col. 3. nu. 5. lib. 1. & consil. 15. pro respōsione, prop̄ fi. nu. 13. li. 2. Grauat. sub d. nu. 23. D. meus Franc. Cant. in d. resp. 2. Inspe. in 2. fun. cum sim. & est receptissima op. nomine aduerfante. Et ista adeo perspicua sunt, vt nulla prospicat comprobatione. Sed difficultas consistit in dignoscendo, Quia excessus numeri, & autoritatis doc. constituit magis com. opin.
- Et licet resolutio istius indagationis reposita sit t̄ in arbitrio ipsius iudicis, qui ex qualitate autorum omnem cōtrouersiam potest derimere, cum non possit tradi certa regula super hoc, vt tamen res eo dilucidior reddatur, tres inspectio[n]es adhibendas esse censeo, quarum Prima erit, data paritate autoritatis qui excessus numeri faciat magis communem, Secunda data paritate numeri qui excessus autoritatis: Tertia. & vltim. quando ex una parte est maior excessus numeri, ex alia maior excessus autoritatis, quid dicendum?

### IN S P E C T I O I .

Rediendo modo ad primam, duo sunt in ea distinguendi casus, Quorum primus est, quando sumus in q. sterili, que paucos habeat autores, vt puta octo, vel 10. Ethoc casu concludendum est omnem excessum etiam vnius numeri t̄ facere magis communem op. exemplum, decem doct. tenent, legitimam filiis dotatae à patre augeri per auctionem facul-tatum paternarum. Undecim verò doct. opinantur contrarium, hoc casu magis com. dicitur, quod legitima non augetur, & ita firmat Dom. Io. Pau. Lancell. in d. sua disput. in primo requ. in 2. limi. & ratio huius conclusionis est, quia magis com. opinio constituitur ex maiori numero doct. & negari non potest, quin excessus vnius faciat maiorem numerum in hoc casu.

Nec dicitur, quod excessus vnius numeri est modicus, & ideo non curandus arg. l. scio, cum ibi not. ff. de in integr. rest. cum concord.

Quoniam res p. quod istud haberet locum in q. magna, & à pluribus petractara, quia tunc habito respectu ad rem, de qua agitur, dicere ut iste numerus minimus, nec curandus, nam maximum, & minimum consideratur secundum magnitudinem rei, de qua agitur, vt tradunt Barto. & ceteri in d. l. scio, secus verò in q. sterili prout est in casu nostro.

Ista tamen conclusio t̄ est intelligenda, quoties doct. omnes tenet hoc clare, & exp̄s, secus si presumptiuē, vel alio modo non exp̄s.

Secundo quando bene fuerint reuoluti libri, adeo quod si non clare, nam id fieri vix potest propter innumeros libros, & autores, saltem verisimiliter aliis reperi non possit, secus alias.

Tertio, & vltimo, nisi pro op. habente minorem numerū ad essent plures attestations de Com. opinione, nam licet attestatio non faciat opinionem Com. tamen quoniam propter illas plures attestations esse facile potest, quod alii eam securi sint confundendo, & iudicando: quoram scripta non reperiantur, ideo talis excessus hoc casu non attendetur.

Secundus est Casus, quando sumus in q. ampla, in qua plures scrip- runt Doctores, & tunc concluderem, quod si sunt 15. vel 20. excessus duo rum ad minus t̄ constitutus magis commun. opinionem, Exempli gratia, viginti. Doct. tenent possessionem esse quid facti, 22. verò doct. tenent contrarium, hoc casu magis commun. opin. crit. vt possessio sit iuri, & hoc est de mente D. Io. Pau. Lancell. in d. primo requisit. & comprobatur, quia numerus 20. non est adeo ingens, vt per duos non dicatur aucteri: & praesertim quia, cum magis communis constitutur numero plurimum.

Ista dictio plura, seu multa, verificatur t̄ in duobus, tex. est clarus in, fin. vbi latè alias autoritates adducit Silue. Aldobran. in fin. numer. 26. inst. de iur. perso. & text. etiam in §. singulorum. in l. de rer. diu. firmat, Glo. in l. 1. §. hoc rescriptum in verb. multa ff. ad syllania. & sequuntur alii doct. passim quicquid dicat Glo. in d. §. fi. & male cum videatur velle arguere Imper. de defectu.

Hac tamen conclusio t̄ intelligenda est cum qualitatibus suprarelati- bus in primo casu, vt videlicet hic doct. clare firmiter suam opin. quod diligenter fuerint reuoluti libri, & q. nō adsint plures attestations de com. op. pro contraria parte.

In ceteris verò quest. habentibus maiorem numerum autorum, vt puta 30. 40. vel alterius, ipse t̄ aucteri habent vnum pro singulis decem, ita si pro vna parte adfint 30. doct. ad hoc vt contraria efficiatur magis commun. neceſſe sit quod habeat 33. doct. ad minus, & si ex vna sint 40. ex alia 44. doct. adesse debeant, vt faciant eam magis com. & sic de singulis per ea que supra dicta sunt.

E ista dicta sint de veritate, & rigore, sed quoniam is hodie est Scrip-torum numerus, vt omnes haberi nequeant, & quos habemus singu-lis ita videre non possumus, vt certi efficiamur, alium, vel plures doct. non reperi, qui huic, vel illi opinioni accedant,

Ideo index non ita facile per excessus ita paruos magis communem hanc, vel istam sententiam declarabit, sed potius in huiusmodi casibus questionem dubiam, & neutrām op. magis com. pronunciabit.

### IN S P E C T I O II .

Subsequitur modò 2. Inspect. que habet data paritate Numeri doct. qui excessus autoritatis constitutus magis commun. In hac difficultate etiam si firma, & certa resolutio fieri nequeat propter incertam au- toritatis quantitatē, que velut umbra, & imago quædam coniectatis, & presumptionis excerpta nobis ostenditur, tamē vna cum Alci. in l. in versi. celsus ait, num. 44. ff. si cert. pet.

Firma facienda est conclusio, vt omnis excessus autoritatis t̄ faciat magis commun. op. quod suadent lex, & ratio, & primo l. maiorem, in versiculo, in numero autem pari, ff. de pac. deinde ratio, quoniam ex- cessus autoritatis apparet non potest esse, nisi magnus, cum modicus facilè non discernatur, & in pari numero doct. maioris autoritatis sunt preferendi.

Et hæc conclusio t̄ procedit, siue excessus iste sit in persona vnius, vt puta si pro altero cōmuni adessest autoritas glo. doct. verò alterius com- finit autoritate pares tenentibus cum glo. nam cum ea sit glo. autoritas, vt per se sola sat extollat verticem supra alios, vt tradit Bart. & ceteri in l. 1. vñ. ff. de iust. & iur. sufficit ad efficiendam magis com.

Sie econtra t̄ excessus sit in pluribus, vt puta si pro altera communis adessest glo. pro altera Innocentius, & Bart. reliquis doctoribus autoritate paribus, nam cum autoritas Innocentij, & Bart. superer autoritate in foliis glo. iste excessus in pluribus facit magis com. Concludamus ergo quod omnis excessus considerabilis in autor. facit magis com. data pari- tate numeri.

### IN S P E C T I O III .

Circa tertiam Inspect. quando videlicet ex una parte est maior do- storum numerus, ex alia maior autoritas, qui excessus constitutus magis com.

com.opinione Numerine, an Autoritatis Matth. Mathesii. in d. tract.  
de elect. ver. opin. prop. si. sub. nu. 10. versi. si vero, vt supra, existimat,  
17 quod in dubio † ea opinio sit eligenda, quam tenuerunt doct. maioris  
autoritatis, etiam si sunt numero pauciores, arg. d.l. maior. ss. de pac.  
nisi forte pro alia parte esset numerus duplo maior, quia ea tenenda  
est targ. c. si quando, de elect. in 6. & sic prae supponit, quod excessus  
autoritatis faciat magis com. nisi excessus numeri sit in duplo: Sed hæc  
resolutio nullo modo satisfacit, nam in primo membro sic indistincte,  
non est tuta: in secundo vero est omnino falsa, nam poteſt dari caſus  
quod excessus numeri etiam duorum conſtituat magis commu. licet  
pro alia sit excessus in autoritate, vt ex infra dicendis clare apparebit.

Quamobrem verissima eſt opinio Alcia in d.l. 1. in verb. celsus ait,  
18 num. 4.4. in f. f. si cert. per. qui vult hoc caſu † id omne relinquendum  
eſſe arbitrio iudicis, nam fatidum omnino eſt certam. & clarā Theō-  
ricam super hac re tradi impossibile eſſe, cum autoritatis quantitas ha-  
beri nequeat, fed eius qualis qualis cognitio vix poteſt apprehendit ex  
qualitate doc. particularium, quod sumus in aliqua facti specie, vnde  
non mirum, si iudicis arbitrio relinquatur, qui facto cuncta recte per-  
pendere poteſt.

Verum tamen, quando specificam doctrinam in hac dubitatione  
conſtituere non licet, generalem regulam ad faciliorem cognitionem  
firmare non ab re eſſe duxi: & antequam viterius progredi amur,  
vnū necſario præmitendum eſt.

19 Nempe quod d. numerus, & autoritas doct. poſſunt perpendi, & cal-  
culari, & numerus poteſt reduci ad quantitatem autoritatis, & autori-  
tas ad quantitatē numeri: in quo aduertendum eſt, quod liceat vnuſ  
doctor habeat maiorem autoritatem altero, vniſquisque tamen liceat  
20 infimis † ſuam habet autoritatem, nam, cum pro Doctore præsumatur,  
quod ſit peritus, & bonus, iſta præfumptio excitat quandam opini-  
onem in pectore hominum, qua ipſe cefetur imitandus, & per con-  
fequens gignit autoritatem, qua eſt opinio, qua quis putatur imitatione  
dignus, d.c. fana quippe, 9. diſtinguitur.

Et cum talis Doctoris infima autoritas minima ſit, qua vnius tan-  
tum in conſtituenda Communis nihil operaretur, iſte defectus ſupple-  
21 tur † numero plurium doc. quorum ſingulorum autoritates minime  
ſimilis ſunt, & faciunt autoritatem maiorem, ſeu maximam, cum plura  
modica, vt dici ſoler, faciant vnum ſatis.

22 Iſta igitur † reductio numeri ad autoritatem, & econtra fit per ſo-  
lam ponderationem autoritatis maioris, & minoris hoc pacto. quoties  
in queſione ſunt diuersae ſcribentium ſententiae, ita vt dubitari con-  
tingat, qua eſt magis com. op. ſingulorum doct. autoritates ſunt per-  
pendendae, & conſiderandae prout in fra. tit. seq. & deinde duorum, vel  
plurium autoritates ſimilis comparandae, & ſi vnuſ ſuperer autoritate  
alterum in duplo, adeo quod eius autoritas ſi par, & aequalis autorita-  
ti duorum illle ſolus dicitur facere numerum iſtorum duorum, iſti ve-  
ro duo autoritatem eius ſolius, ſiem econtra iſvnuſ dicitur facere au-  
toritatem illorum duorum, & iſti duo numerum eius vnius: Idem eſt  
ſi autoritas duorum ea ſit, vt aequiparetur autoritati trium inferiorum  
Doctorum. Nam duo facient numerum illorum trium, tres vero  
autoritatem eorum duorum, & econtra duo facient autoritatem iſtorum  
trium, & tres numerum illorum duorum, & idem faciendum eſt  
in aliis Doctoribus maioris, vel minoris autoritatis, tandem compa-  
ratione iſta facta, & reductione fit calculus numeri, & autoritatis om-  
nium doct. vniuersque partis, & ea opinio, qua maior vel numero. v. 1  
autoritate Doct. iuauit, erit magis com.

Et vt hæc omnia facilius percipi poſſunt pono exemplum. Finga-  
mus, quod autoritas vnius antiqui ſit par autoritati trium Mo-  
dernorum.

Modò tres antiqui tenent, & hoc exempli gratia, non vero, cauſas  
meri imperii non poſſe ſubdelegari, ſed noīem Moderni tenent con-  
trarium, reductio fit hoc pacto, cum autoritas vnius Antiqui aequipa-  
retur autoritati trium Modernorum ſimilis tres antiqui facient numerum  
nouem Modernorum, & nouem Moderni autoritatem trium Antiquorum,  
& nouem Moderni numerū triū antiquorū, itaque hoc caſu par erit nu-  
merus, autoritas vniuersque partis, & neutra opinio erit magis com.

Pono aliud exemplum in eadem ſpecie perſiſtendo, quinque anti-  
qui tenent, cauſas meri imperii non poſſe ſubdelegari, contrarium te-  
nenit 12. Moderni, & hoc exemplum deferuerit pro reprobanda opinio-  
ne Mathesii. ſupra relata, facta reductione, vt modo ſupra, quinque anti-  
qui facient numerum & autoritatem 15. Modernorum, & 12. Moderni  
numerum & autoritatem quatuor antiquorum, ita vt opinio anti-  
quorum, quod cauſae meri imperii non poſſint ſubdelegari, erit magis  
eōis, quia fulcitur maioris autoritate, & numero trium Modernorum,  
& vnius antiqui, quam contraria adduco & tertium exemplū in ean-  
dem meri ſpecie, vt facilius res intelligatur: quatuor antiqui opinatur  
cauſas meri imperii non poſſe ſubdelegari, ſed in contrarium ſententia  
tuerunt 18. Moderni quatuor antiqui faciunt numerū, & autoritatem  
12. Modernorum, 18. Moderni vero faciunt numerū, & autoritatem ſex an-  
tiquorū, & conſequenter opinio Modernorum, q. cauſae meri imperii

poſſunt ſubdelegari, erit magis com. cum excedat opinionem con-  
trariam numero, & autoritate ſex Modernorum, & duorum antiquo-  
rum: Et hæc ſatis ſint cum idem in ſimilius dici debeat.

Quamobrem concludendo, quando dicimus, aliquem in maioris au-  
toritatis, perinde eſt, ac ſi diceremus plus eſſe numero, & econtra. &  
ratio eſt, quia de Doctore maioris autoritatis ea eſt opinio apud omnes  
eius scientia, & doctrina, qua eſt habetur de duobus, vel pluribus ſi  
mul, ac quod conſert illud.

Nam quoties occurrit vir aliqua armorum experientia fortis, ſaep-  
dicere ſolem, hunc duos, vel treſ alios facile victurum, & ſuperar-  
turum, & hoc, non quia habeat plures oculos, manus, & crura, quam  
ſinguli illi duo, vel plures, ſed quoniam epinatur, duos ſiuſ oculos,  
manus & crura operatura longe maiorem effectum, quam plures ocu-  
li, manus, & crura aliorum. His ſic praemittis in hac inspectione pro  
omni dubitatione tollenda, treſ ſunt diſtinguendi Caſus, quorum

Primus eſt, quando excessus numeri ſuperat excessum autoritatis,  
23 & hoc caſu clarum eſt, excessum numeri † conſtituere magis communem, vi ſupra in 3. exemplo, caratione, quia vbi factio calculo numeri,  
& autoritatis ſingulorum doct. ſi eſt maior excessus numeri, erit & ma-  
ior pro eadem op. excessus autoritatis, cum numerus ex autoritate, &  
autoritas ex numero procedat.

Secundus Caſus eſt, & hic quoque clarus, quando excessus autoritatis eſt maior excessui numeri, vi ſupra in 2. exemplo, & concluden-  
24 dum eſt, excessum autoritatis † facere magis Com. opinionem eadē  
ratione, quia vbi autoritas excedit numerum, excedit non ſolum in au-  
toritate, ſed etiam in numero.

Tertijs, & vlt. Caſus eſt, quando vel conſtat, excessum autoritatis eſt equalē excessui numeri, vel non dignoscitur maioritas excessus, & ſequimus in dubio. Hoc caſu dicendum videtur, quod excessus au-  
toritatis † conſtituere magis com. & id videtur velle Alex. in d. confi-  
202. prop. fi. sub. nu. 7. versi. & accepit magis com. lib. 7. & idem ſen-  
tit Mathesii. vbi ſupra ſuaderetur autem hac opinio ex eo, nam numerus  
doct. adhibetur in communis propter autoritatem, & ſic autoritas  
quam finis eſt dignor. cum omne agens agat propter finem: Eg-  
o maioris debet eſſe roboris ad conſtituendam magis communem  
opinionem.

Verum iſta ratio habet locum, quando ex alia parte non aderet  
autoritas, ſecus vero eſt in caſu noſtri in quo cum ex altera parte ſit ex-  
cessus in numero, in eſt & in autoritate. Nec obſt. autoritas Alex. quia,  
dum dicit non debere attendi numerum, intelligitur, quando maior  
eſt excessus autoritatis, & ſicut 2. caſu.

26 Itaque contrarium videtur verius quod excessus numeri † faciat  
magis com. nam certi iuriſ eſt, vbi habemus duo iura contraria, vnum  
clarum & alterum dubium, clarum feruandum eſſe. At in caſu iſto eſt  
excessus numeri, cum ad ſenſum pateat, excessus vero autoritatis  
ſubdubius, cum autoritas non ita facile poſſit calculari, & ponderari,  
Merito &c.

Iſta quoque ratio nihil facit, quia habet locum in dubio, ſecus,  
quando conſtat excessum autoritatis eſt aqualem excessui numeri,  
vel non discernitur, quis ſit maior excessus, prout in caſu iſto.

Itaque hoc caſu, prout ſupra in primo exemplo, concludendum  
eſt, neutrū excessus † conſtituere magis communem. opinionem, ſed  
vitramque eſſe aequalē communem, & ratio eſt in propeſi, quia, cum vte-  
que excessus ſit par, & aequalis, non poſteſt facere magis com. quae con-  
ſtitutur ex maior in numero, vel malevi autoritati Doct. Et hec potius  
dicta ſit pro maior in lectione iſſius materia, quam pro aliqua re-  
gula, ſeu praepoteſto tradendo, cum id facere, ſere impoſſibile ſit, ſed lu-  
dex in facto poterit decernere quid ſit agendum & ſecundum qualita-  
tem doctorum hanc, vel illam opinionem magis communem declarare, ſed  
quoniam ſupra ſapienti de maior, vel minori autoritate doctorum men-  
tionem fecimus, non ab re eſt modo perquirere, quomodo autoritas  
maior, & minor conſideretur, & qui doctor dicatur maioris, & minoris  
autoris.

Autoritas Doctorum maior, & minor quomodo  
conſideretur, & cognoscatur.

### T I T V L V S . V.

#### Summa Notabilium.

**V T O R I T A S** Doctoris oritur ex doctrina, & bonitate  
ſimilis ſunt & nu. 5.

Reperiri autoritatem doct. abſque doctrina, & quomodo  
procedat, nu. seq.

3 Papa ex eo, quod eff Papa, efficitur doct. VI.

4 Juges, & aduocati propter peccata non vident veritatem.

6 Autoritas maior in vno doctore, quam in alio.

7 Doctores, qui maioris, & minoris autoritatis ſint relinquunt arbitrio  
iudicis.

8 Doctrinata

- 8 Doctrinam eō maiorem argui, quō longius transactum est tempus.  
 9 Veritas filia temporis.  
 10 Quo Antiquiores, eō majoris sunt Autoritatis.  
 11 Antiquos præstantiores Modernis pondere, numero, & mensura, & cur. nu. 13. Fall. num. 18.  
 12 Antiquos doctiores modernis, & quare in iusta oritur ex doctrina, & locum habet inter pares ibid.  
 14 Opinio Antiquorum præfertur sententiae Modernorum, Fall. nu. 15.  
 16 Antiquos non potuisse omnia videre.  
 17 A iunioribus omnis Doctrina in dies perficitur.  
 19 Antiquum illud appellatur, quod venerabilius est.  
 20 Antiquus in Autor, equivaratur multitudini Modernorum! Quod vero Modernis in specie relinquitur Arbitrio iudicis, & numer. 21. traditur tamen quedam reg.  
 22 Doctorum tres gradus nouiter distinguuntur, & qui in istis contineantur, & num. 23.  
 24 Primus Glossator fuit Irenius Lucerna iuris nuncupatus.  
 25 Antiquum æquivarari tribus Modernis, & duobus medijs, medios vero duabus modernis. Intell. vt nu. 27. 28. 29. & 30.  
 26 Dictio (multum, seu multa) Cortonæ propriè significare tria.  
 31 Sententia Senis præfertur opinioni Iuuenis. Fall. vt nu. 37.  
 32 Senex est maioris autoritatis Iuuenes.  
 33 Senem magis peritum esse Iuuenes. Fall. vt nu. 35.  
 34 Consilium senis est sanius consilio Iuuenis.  
 36 Leges debent adiisci in Iuuentute, & earum usus semper continuandus est.  
 38 Iuuenibus usque, & decorum, quod in dubio pro sensibus presumatur.  
 39 Doctor, qui plura scripsit, est peritus, & maioris autoritatis & nu. 41. & qui plura scripsisse dicatur nu. 43.  
 40 Affidititas reddit ingenia grossa acuta.  
 42 Accurius cur sit adeo ingentis Autoritatis.  
 43 Doctor plenè tractans aliquam mereriam dicitur plura scribere, & in ea maxima est autoritatis.  
 44 Doctor, cuius scripta sunt approbatione, maioris est autoritatis.  
 45 Exercitatio arguit maximam doctrinam, vnde Doct. qui se exercuit, peritus censetur.  
 46 Sapientia filia usus, & memorie.  
 47 Doctores acti legentes, vel aduocantes maioris esse autoritatis, quā sine oculo.  
 48 Doctor ordinatus peritus presumitur.  
 49 Ex ordine facilis disciplina percipiatur, & retinetur.  
 50 Doct. ordinatus, & clarus maioris est auctoritat.  
 51 Doctor habens bonos scholares, & defendens magnas causas dicitur excell. & maioris autoritatis nu. 54.  
 52 Scholares docti, ostendunt se habuisse doctū præceptorē & præceptor malis non posse facere bonum scholarem.  
 53 Doctorem nobilitari per scholares, & clientes.  
 55 Doctor valde prodesse laborare in docendo scholares, & defendendo clientes.  
 56 Doctor habens multos scholares, & causas, presumitur valde peritus, & est maximæ autoritatis nu. 57. Fall. nu. 58. & 59.  
 60 Doctor habens magnum salarium presumitur, maximæ sapientis, & maxima est Autoritatis & nu. 64. De colarg. nu. 65. & 66.  
 61 Doctor habens maius salarium præfertur.  
 62 Ex pœnæ qualitate arguitur qualitas delicti, & ex premio arguitur merita.  
 63 Aduocati non curant de his, quae non faciunt bursam hydropticam.  
 67 Sapientis est, facere, quod nunquam murandum sit.  
 68 Doctor non varius presumitur valde bonus & peritus, & econtra. 69.  
 70 Doctoris contrariaetas arguit nequitiam quandam.  
 71 Contrariaetas in doct. quod etebat est eo magis reprehenditur.  
 72 Doctor contrarius minima est autoritatis, & econtra.  
 73 Qui effectus ex supra relatis arguat maiorem doctrinam, & num. 74. 75. & 76.



V T O R I T A S doctorū quae sit maior, & minor, cognoscere volentes, prius nosse oportet, ex quibus fontibus, seu locis ipsa proficitur, cum à causa cognitione facile deueniatur ad cognitionem effectus. Autoritas sicut ex duobus fontibus emanare dicitur, nieme ex scientia, seu peritia, seu Doctrina ex cellētia, & ex Morum honestate, ac animi probitate. & Primum, quod Autoritas oriatur ex Doctrina probatur legibus, & ratione secundū Dilectum Io. Paul. Lancel. in d. sua disput. An & quād. attend. sit Com. opinio 2. requirit. legibus probatur in l. septimo mense, ibi propter auctoritatem doctissimi viri Hypocratis, ff. de stat. hom. Vbi dum I. C. loquens de Autoritate annē dicit verbum, doctissimi, aperte innuit, Auctoritatem ex doctrina om̄is, idem probatur in l. diui, ibi & iuri ciuilis præter veterem, & bene fundata peritiam, ff. de iur. patr. in l. cum acutissimi, ibi, & ante alios excellens Papinianus, C. de fideicom. in l.

pen. prop̄ fin. ibi, & huius sententiae subtilissimum, C. de cond. indeb. & alibi pasim.

Ratione demum probatur, nam cum autoritas doct. nihil aliud sit, quam opinio, qua quis putatur imitatione dignus, ut tradit. Dom. Io. Paul. Lancell. vbi supra, statim atque apparet scientia vel doctrina in aliquo, rapimur, & trahimur quedam naturæ instinctu, ad illum amandum, colendum, ac imitandum iux. dictum Platonis relatum a Cic. li. 1. off.

- 2 Sed huic conclusioni obstat videtur, quia datur Casus in quo non reperitur autoritas doct. absque scientia, seu peritia aliqua iuris, nam Pa pa ex eo solo, quod est Papa, efficitur non doct. V. I. autoritate, non scientia, istud est sollempne dictum Bald. in c. i. in fin. num. 6. ext. de confess. ap probatum a Felin. in c. nonnulli, col. 34. sub num. 19. verific. præterea si esset verum, ext. de rescr. quod non minus elegans quidem verum dicit Grat. cor. in suis Memo. in verb. Papa licet sit doct. Cæterum istud obiectum licet in se verum sit, nihil tamen repugnat conclusioni supra dicta, nam hoc est speciale in Papa, quod habeat autoritatem doct. sine scientia, quemadmodum etiam est speciale, q̄ efficiatur doct. I. V. oblo lam dignitatem Pontificatus, vnde id non est extendendum ad alias personas.

Secundum, quod Autoritas doct. ex morum honestate, ac animi probitate oriatur, deducitur primo, quia absque istis doctrina non percipitur, initium enim sapientiae est timor domini, & in malevolam animam non introit sapientia secundo, quia doctrina etiam perceptio non pars autoritatis, cum non conciter desiderium imitandi, tunc quia non potest apparere, cum iudices, & reliqui iuris professores non propter peccata non videant veritatem, ut post Bal. tradit affl. in decisi. vlt. in fin. cum quia licet doctrinæ excellentia eluceat, si deest animi probitas, non modo concită desiderium, & amorem imitationis, sed potius odium, & abiectionem quādam scientia enim in homine male est tanquam gladii in manu furiosi.

Autoritas sicut ex doctrina, & morum honestate, ac animi probitate, & non ex altera carum tantum, non sed ex ambabus simul, nam si cessaret scientia, deficeret fundamentum autoritatis, si vero abesset animi probitas, non oriretur opinio, vnde utroque calueretur autoritatis destruitor.

Verum quoniam maior, & minor doctrina, & probitas esse, vel aparere potest in uno doctore, quam in alio, ideo maior quoque, & minor est autoritas unius doctoris, quam alterius, & hoc clarissimum est sed cognoscere, qui doctores sint maioris, & qui minoris autoritatis, hoc opus, hic labor est, quoniam cum doctrina, & probitas recordata sint, nec sensu aliquo extrinseco percipi valeant, solum per quoddam effectus ex eis productos partim veras & partim præsumptas istas indicantes, illarum qualis qualis cognitio haberi potest, quin immo, quia effectus isti multiplices, & variis admodum sunt, quamplurimæ ex eis dubitationes, inculcationes, & contrarietates suboruntur.

Quapropter, cum clara resolutio, & certa doctrina in hac difficultate trahi nequeat, id totum non relinquimus arbitrio ipsius iudicis, qui diligenter habita disquisitione qualitatis doctor, particularium, quod libi satius usum fuerit, terminabit.

Cæterum nos ad faciliorum decisionem istius controvercis quād non ut volumus, concessum est, eam explanare, ut poterimus dilucidius, & clarius, nonnulla generalia in medius afferemus circa effectus doctrinam, & probitatem arguentes, quorum nonnullorum, multis omis, explanationem habentur, ut omnium distincta habeatur cognitio, plures adhibentur inspectiones.

### I N S P E C T I O I.

Tempus in omnibus rebus permagni est roboris, maximum vero product effectū in arguenda doctrina, & probitate doct. qua de re nos modo tractatur, ut res facilis percipiatur, duos principales distinguimus casus, quorum primus est circa effectum temporis decursi post firmatam opin. vel mortem Doctor. Alter casus erit de effectu temporis, quo opinio firmatur.

### C A S V S I.

Quo ad primum concludendum est, quo longius transactum est tempus, eo maiorem doctrinam, & probitatem argui, nam tempus vorax omnia diluit, & posterni, nihilque tam durum est, quin temporis tractu molliatur, ac minuarit.

Sed sola veritas tempore non labefactatur, ex quo eius filia non nupta est, ut ex quodam poeta refert. Aul. Gelli. lib. 12. Nocti. Att. cap. 12. in fine.

Et econtra mendacium, ut dicitur, non senes cit. Vnde si Nomina, & sententias alicuius doctoris, sogo tempore perdurare videmus, ibique dubio credere possumus singularem doctrinam in eo vigiliū, & eiusdicta sola puraque veritate nitit.

Quamobrem

Quamobrem antiqui maxima sunt Autoritatis, & quo sunt antiquiores, eorum sunt maioris autoritatis, ut tradunt plures fusē congregati per Neuiz. in d. sua fil. nupt. lib. s. sub num. 5. & seqq. Port. Imol. in conf. 70. feneceumem imprimis, nu. 10. cum seqq. & nouissime per D. meum Franc. Cant. in pleno, & subtili resp. incip. tota huius controverbia, in 2. Insp. in 2. fund.

Etideo antiqui non sunt maioris sunt autoritatis, & praestantiores Modernis pondere, numero, & mensura, ut inquit Bald. in l. f. col. pe. nu. 47. in f. versi. adiuvante antiqui, C. de edic. d. H. d. A. in d. trac. præsup. reg. præsup. 45. sub. n. 3. Luci. Pau. Rose. in repet. ad com. Fr. Caret. in verb. doctor antiqui, lacesios refert Neuiz. vbi supra num. 4. in fidem sequuntur Cott. in Memorial. in verb. nuptiarum causa, prope f. vers. perinde in proposito, Port. Imol. in d. conf. 70. sub nu. 10. & D. D. inci. lo. Pau. lancel. & Franc. Cantut. in supra citatis locis scimus simil. & probatur in l. illud, in princ. in auth. de app. & int. quæ temp. cum concord. collectis per And. Tiraq. in tract. de Iur. præmog. in præfa. nu. 187. cum seqq. & in tract. de veroq. retract. Tit. 1. §. 9. glo. 2. nu. mero 52.

Et Antiqui non solum sunt eximiae autoritatis propter effectum temporis decursi, sed etiam quia vere erant Doctissimi, nam ipsi vñ sunt bonis libris, cum tantummodo viderent textus, & Glosas, vel textus soli, & sic omnia in fonte, hodie vero cum sit tanta copia librorum, ut labori parcatur, datur opera libris facillimis, in quorum lectura nihil addiscitur.

Vnde quemadmodum ex bonis cibis sit bona digestio, ita ex bonis libris sit optima intelligentia, cuius rei habemus in ligno exemplum Alciat, quæ ferunt per septennium non vi. diles nisi Globam, & Bart. Et istorum Doctrina non magis appetet, quam scientia modernorum, nam non offuscatur per linguas detractorum: quo minus in lucem exeat, cum enim antiqui sint mortui, eorum excellenta non parat emulis inuidiam, qua nunquam desinunt inueni cōtra eximios viros viuentes, secus vero in mortuis, nam inuidia inter paros locū habet, ex quo multi vituperant viuentes, qui laudātur mortui. & iste sunt rationes eximijs D. mei lo. Paul. lancel. pulchrius, & vrgentius ab eo inducetæ quam à me fuerint relatae.

Ethinc est, quod opinio Antiquorū non praefertur opinioni modernorum, ut post Guili. Hosti. Ioan. And. & alios concludit Paris de Put. in tract. de finit. in verb. iudicare, cap. 3. incip. an si iudex, qui dedit, nu. 7. in fin. & seq. & nu. 12. post princ. Rom. in l. si vero, §. de viro col. 42. nu. 302. ff. sol. mat. Purpur. in l. si idem cum eodem. §. f. num. 13. ff. de iuri. om. iud. Alciat. in d. præsumpt. 45. nu. 1. & 3. cum concord. quod probatur iuribus, & ratione, & primo iuribus in cōrelatis, iura med. versi. & ideo, 37. dist. in c. domino sancto, propè fin. vers. in fine autem huius epistolæ. 50. dist. & in can. hoc ipsum, circa med. vers. in fine aut. 33. q. 2. cum simil. Ratione deum probatur quoniam ex eo, quod opinio antiquorum fuit visa semel, ac plurimes, & à posterioribus diu tūruminata, steterit ad supplicium impugnationem corundem tanquam aurii in fornacē, vrgens, & clara cōlūrū conjectura, ut vera, bona, & æqua sit, & meritō preferenda.

Id tamen locū habet quoties sumus in dubio, secus vero, quando constaret opinionem recentiorum esse veriorem, puta ex melioribus rationibus, ita lo. ab Ana. in c. tua nos, col. 3. in princ. sub nu. 4. extra de f. s. Rom. in d. §. de viro, col. 42. nu. 301. Purpur. in d. §. f. nume. 13. & Neuiz. vbi supra nu. 8. post princ. versi. sed quando Doctorum.

Et est de mente omnium, & probatur expressè in l. quisque versi. sed Caius Cassius. ff. de ius voc. in l. posterioris. ff. de off. rect. prouin. in l. 3. f. si quis quasi. C. de cond. cau. dat. cum simil. & ratio est in promptu, nam opinio Antiquorum praefertur propter præsumptionem veritatis, quæ habet pro se, sed in claris, prout sumus in casu nostro, in quo propter meliores rationes opinio Modernorum appetet vera, seu verior, cessat præsumptio, Merito &c.

Et huc spectat illud, Antiquos non potuisse omnia videre, iux. not. per Glo. magnam in c. de spiritu, in verb. ex Deo patre, de consecrat. distinct. 5.

Itē & illud à Junioribus non omnem doctrinam in dies perfici, & alla sexcenta pronunciata, & exempla quæ contra antiquos cōgerit Neuiz. d. nu. 8. cum seqq.

Nam quoties dicimus. Antiquum majoris autoritatis, & præferendum Moderno, intelligimus quando contrarium ex maiori doctrina, & probitate Moderni, vel alia quacunque causa non constat, & sic quando sumus in dubio, quo casu iure optimo deberet ista præminentia ipsi Antiquitati, quæ semper in iure nostro maxima fuit in veneracione, ut patet in d. §. illud. in auth. de app. l. & int. quæ ter. &c. & alibi passim.

Immo adeo aestimatur, ut nomine Antiquitatis illud honestetur, quod potius, & venerabilius est. l. post minimū §. filius quoque, & ibi nor. A. Egid. Perot. & Guliel. bud. ff. de capt. & postli. And. Tiraq. in d. tractat. de iur. præmog. in præfat. nu. 86. Vnde non tantum regre ferre debet Neuiz. ibid. m. si aliquid in dubio antiquitati deferatur, quodā Modernis minime afferatur, quod suū est, in casu, quo ipsi re-

periuntur antiquis præstantiores. Et hæc omnia generaliter, & verè procedunt.

Sed ad specia lora descendendo, ardua, & egregia cadit dubitatio, nempe Quot modernis æquiparetur antiquis in autoritate? Et quidem neminem reperi, qui difficultatem hanc in specie tangat, sed solum Neuiz. post nonnullos, quos allegat in d. Syl. nup. lib. 5. nu. 4. in 20. si affert, antiquum non propter autoritatem æquiparari saltem multitudini modernorum, in modo quod peius est, nulla videretur posse fieri in hac difficultate rationabilis, & conclusus determinatio, adeo ut in me- 21. ra opini. reposita sit, & ideo eius resolutionē non relinquemus arbitrio ipsius iudicis, quod iustus, & equus opinatus fuerit, obseruabit.

Ipsa autem non quod aliquid seruandum proponere velim, sed ut ex item potius sublimè ingenium, & rectum iudicium aliorū, quid su- per hac sentiam, non silebo.

Pro huius igitur nodi dissolutione, & faciliori cognitione, impi- 22. mistres gradus Doctorum non consti tuo, primus sit antiquorum, secū dus medicorum tertius modernorum: medios autem appello qui sunt inter antiquos, & modernos:

23. Qui vero antiqui, medijs, & moderni Doc. dicantur, constituēdum est ex quantitate temporis decursi à primo. Glosatore post compilationem iuris ciuilis vsque in haec tempora.

24. Igitur ab Irnerio, qui fuit non primus iuris glossator, & lucerna iuris nuncupatus, ut tradit O. Osfre. in l. ius ciuilis, post prin. ver. signori D. Irner. ff. de iusti. & iur. quem refert, & sequitur Caccia. in tract. de mo- stud. in §. docum. post prin. ver. quid si omnino voluerit, & exalista- dunt Alc. lib. 1. dispunc. 23. & Franc. Horom. in suo com. verb. iur. in ver. Irnerius, & qui floruit Bonon. anno salutis 1080. ut tradit Hoto. ibid. vsque in diem hunc de curia sunt anni 490. vel circiter.

Qui numerus æqualiter triparitus est annorum 160. vel circiter, itaque antiqui dicuntur omnes Doc. qui floruerunt usque ad annum salutis. 1240. & isti erunt ante Dy. de Mux. qui floruit circa an. 1300. de cundum Hor. in d. com. in ver. Dynus. medijs Doctorerunt omnes, qui floruerunt ab ann. 1240. usque ad an. 1400. & in isto gradu includen- tur omnes incipiendo à Dy. o. & antē usque ad Pav. de Cast. qui flo- ruit circa illud tempus, i. c. dicitur anno 1437. secundum Horom. vbi supra in verb. Pau. Castren. & tandem Moderni dicuntur omnes florentes ab anno 1400. vel circiter, usque in hodiernum diem, & in isto gradu comprehendenter omnes à Paulo insrā, & hic calculus de- seruit usque in hodierna tempora.

Alij postea aliud etiam super hac re sentientes ex propria voluntate calculum renouabunt. Modo ad rem ipsam acceden- to opinarer, 25. antiquum non æquiparari tribus modernis, & duobus medijs. Mediū vero Doctorem æquiparari duobus. Modernis, & scilicet erunt Medijs re, & nomine, nam vincuntur ab antiquis & vincuntur modernos numero viñis. Hæc opinio in rotum probata erit, si prebabimus primum membrum, videlicet antiquum æquiparari tribus modernis, nam re- liqua membra per se probata erunt solo ordine istius telæ.

Addictus igitur fui ad hanc opin. firmandā ex tribus potissimum. Primo, quia omne Trinum est perfectum, ergo, cum non habeamus determinatum numerum, ad perfectum debemus recurrere. Se- cundo, quia licet antiqui maxima sunt autoritatis, non tamen adeo aliorum autoritatis excedere debent, quin tres simul Moderni vñi antiquum in autoritate adquare valeant, cum nec Hercules contra duos. Ultimò, quia Neuiz. & aliorum intentione asseuerat, antiquum æquiparari multitudini Modernorum. At verb. Multitudo, seu Mul- tum, absque dubio verificatur in tribus, cum etiam duo dicantur multa §. si cum simil. Inst. de iur. person.

Quinimò Cottus patriæ meæ per verb. Multa, quod vulgo dici- 26. mus, parecchi, ex propria ferè vi illius verbī non intellegimus de tribus, seu numerum trium volumus significare, meritō, &c. ex quibus, cum meliora non haberem fui motus ad ita tenendum.

27. Ista autem omnia, non moderna sunt, quoties essemus in Doctoribus ultimis primi gradus & primis tertij gradus, nam singuli ultimi antiqui qui non facient numerum trium primorum Modernorum, sed solum tales antiqui æquiparantur duobus modernis.

28. Item econtra valde antiquus non faciet numerū, & auctoritatem trium tantum nouissimorum Modernorum, sed quatuor, vel ultra, quia pro antiquissimo maior, pro nouissimo vero minor est præsum ptio, & auctoritas.

29. Praererea non procederent supradicta, quoties essemus non in Doctoribus ultimis primi, vel secundi gradus, & in Doctoribus primis secundi gradus, vel tertij gradus, nam singuli Doctores gradus anterioris non æqui- parantur duobus gradus inferioris, sed solum ultimi antiqui, vel me- dij preferentur primis Medijs, vel Modernis existente numero pari, si vero minor sit numerus Doc. gradus inferioris, nulla erit prælatio, nisi ista majoritas esset valde ingens.

Item e. contraria si sumus in valde antiquis, vel primis secundi gradus, & in ultimis Medijs, vel Modernis, nam tunc antiquus faciet nume- rum trium Mediorum, Medijs vero trium nouissimorum, & ultra, & sic de singulis nam prout erunt antiquiores plures vincent, & prout

recentiores à paucioribus vincentur, quod vnuquisque per se in facto colligere poterit. Et hæc sufficiant, quo ad primum Casum.

## C A S V S I I .

- In secundo casu, de effectu videlicet temporis, quo opinio firmatur, concludendum est, maximè interesse quo tempore doct. op. sua constiterit, nam si in senece ita aliquid alleterat, opinio non in eo firmata præfertur sententia iuuenis, verener gl. in §. Iefos, in ver. graves, in aut. de quæst. Luc. de pen. in l. 1. post prius in verb. prior. C. de cons. li. 12. Ias. in l. cum quid, in prima lec. nu. 11. & in 2. in fi. nu. 4. 4. & seq. ff. si cer. pet. cæpol. latè in tract. de temp. misit. elig. in prius. Alc. in dict. reg. 1. p. 45. num. 4. in fi. & post alios D. Lanc. in d. sua disp. circa med.
32. Et ratio est, quia doc. senex est multo maioris autoritatis, quā iuuenis, ut iuriis, & autoritatibus latè comprobant Tiraq. in d. tract. de iur. primog. in pref. nu. 105. Cass. in cōm. ad consue. Burg. in proc. in ver. ordōne que fix de noz conseilliers, nu. 3. Por. Imol. in d. cons. 70. nu. 1. cum seqq.
33. Et est de mente omnium, & id tum quia doctor senex est magis peritus, vt assenserunt Imol. in cap. alia verò causa, nu. 3. de renū. Grām. in decisi. 1. orta lite, & controvēsia, nu. 8. Port. Imol. vbi sup. & alijs passim, cum senex habeat ea, quæ sunt iuueniū propria dum enim iuuenis ipse extitit, & perspicacia & ingenij acuminē, & memoria apprime abundavit, & præter iuuenes haber matūritatē, vsum, & experientiam, quibus, quod in iuuentute apprehendit, melius concordit & digestus, quoniam vt inquit Cic. in suo Lel. & refert Por. Imol. in dict. con. 70. nu. 3. consilio, & seū non orbari, sed augeri solet senectus, & legitur Ecclesiast. c. 25. quām speciosum canicel iudicatum, quām speciosa veteranis sapientia, & gloria illorum timor Dei, capitu. fin. 8. 4. disti. &c.
34. Et hinc est, qd consiliū senis propter matūritatem non sanius esse dicitur. c. ex multa §. 1. in fi. extra de vot. & tradunt Ias. in d. l. cum quid. in 2. lec. nu. 4. 4. Cassan. ibidem Io. Igneus in l. 3. 6. Ignoscitur nu. 9. ff. ad syllan. Iul. Ferret. in tract. de medel. conferuand. exercit. sub num. 12. Port. Imol. d. nu. 3. & seqq. cum concord. Tum etiam quia, cum Autoritas sit opinio, senex propter longi tempus in hoc studiō consumptum multo maiorem potuit concidare de se opinionem, quām iuuenis, qui in tam breui tempore nec multis, nec multam doctrinam, & probitatem ostendere potuit.

Ista, & multo plura, quæ passim leguntur in fauorem senum, habent locum, quoties senex studuit in iuuentute, fecerit alia.

Nam cum deit fundamentum, totum corrui necesse est, leges enim debent addisci in iuuentute, & per totum vitam tempus eorum vñus continuandus est, arg. l. vni. & not. ibi per glo. in verb. per omnem C. de athl. lib. 10. pluribus ostendunt Caccialup. in tract. de mod. stud. in 4. docum. & Catell. Cort. in suis Memorial. in verb. leges debent per rot.

37. Itē hæc omnia procedunt in dubio, secus quando constaret contrarium, nempe opinionem iuuenis melloribus rationibus innixam esse, quæ præfertur sententia senis. vt concludit Gallaul. in rep. l. gal. ius. in §. item eredū col. 2. nu. 8. ff. de lib. & poth. quod facilè esse potest, nam Deus sepe reuelat parvulis, quod sapientibus est absconditum, vt post alios refert Franc. de præscript. in proem. nu. 5. vel constaret de malori scientia iuuenis, vel alio modo appareret maior autoritas iuuenis.

Etsi spectant, quæ tam latè, & copiosè contra senes pro iuuenibus inducit Neuiz. in d. fil. nup. li. 5. nu. 5. cum seqq. & Luci. Paul. Rosell. in d. tract. ad commen. Franc. Aretin. in verb. Doctor. & alijs passim, nam locum iubet, quoties de melioribus rationibus, vel maiori iuueniū doctrina apparet, in dubio vero plurimum senectutē deferimus, quæ semper venerabilis fuit apud Romanos, l. semper ff. de iur. immu. & latè testatum reliquit Cice. in suo Lelio, cum latè congestis per Port. Imo. in d. consil. 70. in princip.

38. Neque id agrederetur debent iuuenes, eti nō modo nullum eis afferrat præiudicium, non n. iuuenum peritiae ad doctrinæ aliquid detrahitur, sed potius utilitatem, cum iuuenis bene, & doct. aliquid firmans com. mendetur, & minus recte, & compre tradita ab eo propter etatem excusentur, quod nec indecens, aut turpe iis esse dicitur, vt cœteris omnis iis habemus exemplum in Mariano Luniore, qui, cum in con. 37. quatenus dubitamus, col. pen. nu. 16. lib. 1. responderit, confutidū Martini in l. dosa patre C. sol. mai. procedere etiam in doce promissa nondum soluta, & demum in con. 12. 4. non est dubium, col. secunda & seq. numero decimo septimo, cum pluribus seqq. lib. tertio, contrarium responderet, consuetudinem videlicet prædictam non habere locum in Dote nondum soluta, non erubuit, dicere in d. cons. 12. 4. nu. 22. se in priori consilio lapsum esse propter iuuentutem, & in altero effectum iam senem rectius sensisse. Illud tamen pretermittendum non est, qd tradita supra in fauorem senū possent pluribus modis coarctari, quos ponunt passim Doct. in illa q. An. & quando se. pex debeat præcedere luniore, in quibus me remitto ad copiosē

gesta per Pet. Duen. in tract. reg. in reg. 208. Doct. antiquior, part. 1.

## I N S P E C T I O II .

Cum Ius nostrum versetur præcipue circa moderationē, & coctionem omnium humanorum actuum intra certos limites, & adiusti plures admodum sint, & iusti, ac iniusti, scientia plerunque peripitiat vñus, & experientia, non est dubium eum, qui plurimum cognitionem consecutus est maiorem scientiam & doctrinam præfere, 39 vnde doct. & cuius scripta sunt frequentiora, magis peritus, & doct. & usus argueretur, nam qui plura scripsit, multo plura vidisse supponitur, vnde cum vñas res declarerat aliam, is absque dubio, perfectam doctrinam adeptus censebitur; præterea cum scribendi munus longissimum tempus expofcat, qui plura conscripsit, ostendit se fuisse apprimēasti duum in studiis.

40. Assiduitas verò ingenia etiā grossa reddit acuta, & efficacissima ad omnem capacitatem intellectus, vt inquit Bald. in prefat. cōm. ad Decretal. proprie. sub nu. 3. ver. Aliquando tamen ingenia grossa, cū aliis collectis per Neuiz. in d. fil. nup. li. 5. nu. 4. 4.

41. Itaq; doct. plura scripsit, & maximæ erit autoritatis, vt condudit Alc. in tract. præsump. reg. 1. præsumpt. 5. in fi. præfertim quia, cum pluribus scriptis complures casus decisi reperiantur, quotidie & multis, ac variis personis talia scripta visa, & relista erunt, ex quo nomen istius immortale, & eternum facile redditur, quod non accedit in eo qui aut nulla, aut per pauca edidit scripta, nam cum raro vienda occurrant, & adiusti aliorum frequentiora de eo, aut nulla, aut parva opinio concitat.

42. Et hanc credo potissimā esse rationem, qd Accursius & adeò insig- nis & excelsa fuerit Autoritatis, cum enim totum corpus ciuile interpetatus sit, quis dubitat, quin ipse questiones, & dubia ex mente iuris rationabilis, ac facilius decidere potuerit, & ingentem de se expectationem concitauerit? Qd tamen intelligenda sunt, dummodo scripta non sunt pleraq; improbatæ, vel modicæ doctriñæ præferat.

43. Et aduertendū est qd plura conscribere etiam is dicitur, qui plena per trahat materiā particularē, vnde in ea talis doct. maxima dicitur esse autoritatis, quia de ea valde peritus censebitur per supra dicta, ex quo statendum est in materia pignorum maximæ esse autoritatis Ant. Negus. in materia Reuocariōnis donationis per susceptionē liberorum And. Tiraq. & sic de singulis.

## I N S P E C T I O III .

Agere, quod à nemine reprehendi possit, sapientis esse, nemo dubitat, itaque doct. cuius scripta sunt approbatoria majoris autoritatis 44 tis esse dicitur, vt voluit Alciat. in d. tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 5. in fi. & clarissimum est, nam quoties videamus dicta vñus doctoris à ceteris approbata, non possumus aliter confidere, nisi quid ipsa veritate nitantur, cum enim homines natura ferat contradictionem proni nascantur, si dicta aliorum acquiescant, & approbent, ne cesset est, quod in istis species aliqua pulchritudo, cuius desiderio animi hominum ad secum conformandum alliciantur, idq; in cognitione, & scientia veritatis verfarī statendum est.

Ex quo sequitur, qd Inno. Bart. & alijs plures, quorum opinione pleraq; approbatæ sunt, eximiae sint autoritatis. & econtra Mard. nus, & alijs simil. modicæ, vel nullius, ex quo eorum pleraque dicta reprobatæ fuere.

## I N S P E C T I O IV .

Tria necessaria sunt ad faciendum vñiscuiusque artis peritum artificem, Ingenium, Ratio artis, & exercitatio, vt ex alijs tradit Anton. Gallesi. lib. 1. de exercit. Jurisp. nu. 3.

45. Exercitatio fuit cū sine ratione, & ingenio fieri nequeat, arguit singularem doctrinam eius, qui in aliqua scientia se exercet, nam omne artificium continua exercitatione recipit incrementum, l. legatis, ornaticibus ff. de leg. 3. tradit Maria. socin. in c. si diligenter, in prīm. nu. 1. & ibi Adden. sequuntur extra de for. compet. latius Matthe. Gribalde Method. stud. lib. 1. c. 12.

46. Vnde sapientia filia vñus, & memoria dicitur, nā qui sapiens rerū humanarum esse velit, non libris solis neque disciplinis, sed oportere eum versari quoque exercitariq; in rebus communis noscendis, & periclitandis, eāque omnia acta, & cuncta firmiter meminisse, & profide sapere ex his quæ pericula ipsa rerum docuerunt, non que libri tantum, aut magistri per quamquam inanitates verborum, & imaginum tanquam in mimo, aut in somnio deleterauerint. Ita hæc omnia ex Afranio poeta tradit Aul. gall. lib. 14. Noft. Attic. c. 8. & refert Ant. Gallesi. ibidem nu. 2. ex quibus possumus concludere Doctores legentes aduocantes, vel alio modo in legali Philosophia exercentes & maxime esse Autoritatis, & multo maioris quam ociosi vel domestico, priuatoq; tantum studio contenti: & hoc, tñ quia sunt peritiores per supradicta, & alia plura nō minori doctrina, qd eleganter tradita ab insigni Ant. Gallesi in toto illo opere, quod in scriptis, te exercita, in scriptis & habent naturale iudicium, quæstum ex assidua communicatiōnē op̄

opinonum cū scholaribus iudicibus, & causarū patronis per quod scientia iam apprehensā, vñsi hominum adaptatur.

Et contra verō, priuato, proprio studio operam nauantes, & parum in libros incumbunt ex quo parum sciunt, nam cum bonarum artium & præseri in legalis approbatione sit laboriosa, si stimulus aliquis honoris, vel luſionis impellit, facile à studio auertitur. Et si student, parum proficiunt, cum studium illud carens collatione, quasi mortuum, & inutile sit.

Tum etiā quia se exercens scientiam suam hominibus patescit, eorumq; opinionem capiat, sed priuato studio se oblectans, liceat veluti alter Bald. omnia scire, nihilque penitus ignoraret, tamen nullius esset autoritatis, cum eius peritia lateat, vnde nulla ostentatio præsumptio, qua allat homines, cū imitatione dignum opinentur.

#### I N S P E C T I O V .

Scriptorū ordo, & claritas in omnibus, præcipue tamē in Iure maxime desideratur, confusio vero, & obscuritas penitus respuit, vt latē deditur Neuiz. in d. fil. nup. lib. i. in princ. n. 9. & seqq. Vnde Doctor ordinatus, & clarus censetur magis peritus, obscurus autem & difficilis indoctus, & ignarus, nam vt ex laſ. tradit Neuiz. in d. fil. nup. lib. s. nu. 3. in fi.

Signū bene intelligentis est, scire bene docere, nec mirū, quoniam qui tractat argumentū aliquod confusus, & obscure, aut nihil, aut inutiliter scit, neque enim discendo aliquid præstat, cū ex ordine & disciplina facilius percipiatur, & retinetur. I. 2. in princ. fil. de orig. iur. s. sed cū nos, in pro. ff. & tradit post Card. Alex. Cagnol. in rub. C. de edend. sub nu. 2. ver. & quia ordo, cū traditis a Nicol. Euerard. in suis loc. legal. in locis ordinatis, que practicos iuvat, cum nedum dicta doctorum, sed etiā leges obscuras ad decisionem causarum adduci nequeant, vt per Neuiz. post alios ibidem nu. 34.

Quod comprobatur ex eo, nam ordo, & claritas emanat à iudicio naturali, quod in assequenda, & vtenda iurisprudentia principiū sibi locum obtinet, & econtra confusio, & obscuritas ab eiusdem iudicio defectu profiscitur.

Quamobrem doctores, quorum scripta, & clara, & ordinata sunt, maximē erunt autoritatis, & maioris quamvis qui obscure scripsit, quod iuvatur ex eo, quia scripta clara à pluribus, & libentius leguntur, obscura verō per pauci legunt, & pauciores intelligunt, ex quo fit, vt Doctor Clarus continuo volitet per ora virorum, obscurus vero silentio inquietatur, & per consequens ille ingentem, hic nullam dese opinionem concitat.

#### I N S P E C T I O VI .

Starbor mala bonos fructus producere nequit, & effectus sunt similes sua causa, possumus firmiter concludere, Doctorem habentem bonos, & peritos scholares, & magnas causas defendantem, & excellentē præsumi, & peritum, vt tradit Bar. in auth. de defend. civit. in princ. col. 1. nu. 4. quē refert, & sequitur Cagnol. in pro. ff. in §. fin. 293. Nam scholares cum t̄ credere debeat suo Præceptoris iux. illud, diligenter oportet credere, & alia, q̄ adducit Caccial. de mod. stud. in 3. doc.

Et præceptor indoctus non possit facere bonum, & doctorem scholarem, vt inquit glo. si. in fi. in l. nullus, & ibi Bal. C. de cur. li. 10 refert, & sequitur Iaf. in l. qui in aliena s. interdum, in vñsc. sub nu. 19. ver. nec doctū facit, ff. de acq. hered. idē sequitur Neuiz. in d. fil. nup. li. 5. nu. 46. si iurisprudentiam nacti sunt, à Præceptore discipulis omnino fatidū est, & causa magni momentū sola doctrina, & diligentia patrōni defenduntur.

Ex quo Præceptor est particeps gloriae sui Scholaris, cum nobilitetur per eum, d. s. fin. in pro. ff. vñbi post alios not. hoc ibi Cagn. in 2. not. nu. 292. tradit glo. in §. generaliter autem, in verb. & nobiliores, in auth. consti. quae de digni. nam Scholaris doctus præterquam q̄ scientiam habuisse à Præceptoris excellentia significat, in alio etiobus præceptorē defendēdo videlicet eius sententias, vt tenetur facere arg. I. dicere. ff. de arbit. Eodem modo magni clientes experientia ipsa ad vocati sui doctrinam usque ad coelum excolunt.

Itaq; doctor habens bonos scholares, & causas magnas defendens, t̄ dicitur esse maximē autoritatis, cum ex hoc apprimē doctus censetur, nomenque eius vñdique clarum vagetur, quod san̄ est esse debeat, recte stimulus doctribus ad hortandum scholares ad studium, & proprieatib; clientib; valde laborandum, nam & officio suo funguntur, & sibi metu. Autoritatem comparant, ad quam pararendam effectus iste est potens, & efficax.

#### I N S P E C T I O VII .

Lector excell. iure optimo magnū Auditorū numerū acquirit, & Aduocatus peritus maximē habet clientū copiam qui igitur habet plures scholares, & causas, is t̄ dicitur peritus.

Primo, quia cum scholares cupiāt discere & clientes līte vincere, cumque plura discantur à peritiori, nemo enim dat, quod nō habet,

Itē causa facilis, & melius à doct. excell. defendatur, si scholares, & clientes vñū eligant, oritur cōcludēs præsumptio, vt is doctoꝝ cēseatur.

Præterea, quia doctor habens multos scholares, & causas, licet ab initio non sit admodum peritus, tamen temporis tractu doctissimus efficit, quia & libentius, & frequenter laborat, vnde doctor iste magna foris autoritatis esse dicitur, præsertim cum per plures latius fama diuulgetur, & maior oriatur opinio.

Hæc tamen conclusio limitatur, vt non procedat, quando scholares res non sponte, sed prece, vel precio Doctorem aliquem audiunt, vt faciunt quidam Doc. diuītis portiū, quām doctrina abundantes, nam cum grossi, & subrudes existant, scholares vino, & pecunia obsecrare conantur, quidam Doctis humani, à vulgo verō, dum sunt in progressu, peritū appellantur.

59 Postremo non procedit d. conclusio t̄ inter Doctores ius diverso modo profitentes, nam si Doctor legens habet maximum numerum scholarium, non dicitur peritus, doctore non legente, sed aduocante, neque eccl̄ia aduocatus plurimi causis patrocinans dicitur peritus doctore legente, nam alter interpretando, alter aduocando excellit, & tamen ambo possunt esse sapientes, & forē peritores, non tamen ratione maioris numeri scholarium vel causarum.

#### I N S P E C T I O VIII .

Cum premium secundum labores, & merita vñcuique persoluitur, mirum videri non debet, quod Doct. habens magnum salariū: in legendo, & maxima premia consulendo, maximā præferat t̄ sciemtiā, & doctrinam, nam prælator inter Doctores arguit maiorem doctrinam, & scientiam in eo, qui præfert, sed Doctor habens maius salariū, & præmium debet t̄ præferri, vt post Bal. tradit. Alex. in l. 2. in §. prius. col. 2. sub nu. 10. ver. & tradit Bal. ff. d. vulg. & pup. Merito, &c. Præterea arguendo à contrariis, seu oppositis iuxta, & si contra, in fi. ff. de vulg. & pup. cum simil.

60 Quemadmodum pena t̄ debet cum delicto commensurari, & ex maiestate penae arguit maioritas delicti l. 2. & ibi loz. de lmo. & alijs. ff. de publ. iud. c. non affiramus, & ibi Gl. ff. Archi. & ceteri. 34. q. 1. tradit Bar. in l. Leuia. circa prim. ff. de accus. Doct. in cat. si clerici, ext. de iud. & est communis, & regularis Theorica, vt testatur. Soci. in confi. 157. præsens consultatio. col. 2. num. 5. lib. 2. Ita econtra ex qualitate, & maioritate præmij arguit debet qualitas, & maioritas meritorum.

61 Idque maximē procedit in aduocatis, qui t̄ parum curantes de his, quæ non faciunt Bursam hydropticam, vt dicebat lo. de Blanas. in tit. Inst. de act. in materia actio de pecul. in fin. verbis, quoties magnum recipiunt præmium, malorem adhibent diligentiam, & efficiuntur doctores, ex quibus facienda est conclusio. Doctorem habentem maius stipendia rum legendo, rum aduocando t̄ esse maioris autoritatis.

62 64. ra stipendia rum legendo, rum aduocando t̄ esse maioris autoritatis. Vnde adhuc remanet celebre nomen Iasonis, Decij, Maria. Iun. & aliorum propter maxima stipendia, quæ tam legendo, quam consulendo repererunt.

65 Hæc tamen omnia sunt intelligenda t̄ inter Doctores eodem modo ius profitentes, secus verō in alijs, nam si interpres aliquis habet maximum salariū non diceretur peritus Doctore nō legente, neque econtra, nam potest esse, quod utrique æquè vel magis docti sint alijs respectibus.

Item non procedit d. conclusio t̄ quando quis fauore, vel gratia consecutus fuerit magnum salariū, tunc enim non argueret magnū, seu maiorem doctrinam, cum eius ratio non habeatur in concedendo salariū, & id sibi cotigit in Doct. interpretantibus, qui propter aliquod beneficium in superiores collatum condonantur maioritate salariū.

#### I N S P E C T I O IX .

Etsi optimus sit portus penitenti murare consilium, sapientis ratione proprium est, nihil facere, quod penitenti infestum reddi debeat, vt verē dixit excel. conciuīs meus D. Bened. Bon. lib. 1. de censit. artic. 99. in princ.

66 68. Quamobrem Doctor constans in suis opinionibus t̄ verē doctus, & in legali scientia versatus appetit, cum enim humanum sit errare, & per consequens sibi metu contradicere, quia errantē necesse est se corriger. c. qualiter & quando, vñbi post alios not. Maria. nu. 3. de acculat. qui nihil agit, q̄ penitentiam inducat, quasi humanam fragilitatem superauerit ad cumulum perfecte iuris prudentiae ascendisse meritū dici poterit.

Et econtra Doctor, qui solitus est contrarius, & varius esse, parum peritus censetur, nam qui vñm dicit, quod mox ipsemet reperit, indicat se parum scire, & minus citur um. cum etiam negligenter ostendat, que in fute est malum omnium atrocissimum, nā augumentum doctrinæ non solum iimpedit, sed iam partam scientiam minuit, ac penitus destruit.

70 70. Quinimo contrarias in doctore t̄ arguit, q̄ omnium est præsumā, malignitatē, & nequitiam quādam, cum errare, & falsum dicere sit malū, sicut se corriger, optimi, & sapientis esse dicatur, que suspicio præcipue locū habet, quando quis sibi cōtradicit consulendo, nā propter occasionē illā affectionis, vel precij facile suboritur suspicio fraudis.

Commu. op. To. 3.

M. 2

71 Et variatio ista, & eo magis reprehenditur, quod est crebrior, nam maior oritur inicitia & malignitatis præsumptio, & ista crebitas consideratur secundum quantitatem scriptorum. Nam si, exempli gratia, Lancel. Politus in suo Tract. sub. his contrarius exitisset, Bal. vro in omnibus locis, in quibus materiam substitutioni pertractauit, quater via ruerit, quonia longe pluribus materia ista pertractata fuit a Baldō, quā à Polto, cū solū cōfulendo Bal. in ea superlucratus fuerit quindecim mille secura ut post alios referat Pau. Leon. in suo tract. substitutione principi dicimus crebriorē fuisse variationem Politi, quā Baldi habitu respectu ad quantitatem scriptorum, & sic de singulis.

Ex quibus indubitate facienda est conclusio, quod doctor consensus suis opinionebus maxime, seu majoris & sive autoritatis, contrarii vero, & variis parvū autoritatis habeat, vt concludit Ari. Paniel. in auth. nisi tricennali, sub n. 58. postmed. ver. citate Ale. & Soc. C. de bon. mater. quod verisimum est, cū desit verumque requisitum autoritatis doctrina videlicet & probitas, & hoc maxime procedit in casu, in quo contrarius extitit.

### INSPECTIO X. ET VLT.

Ad sunt & alijs plures effectus, ex quibus ad qualem, qualem Doctrinam, & Probitatis cognitionem perueniri posset. Verū quia res in infinitum iret, & ex supra relatis alijs percipi possunt, idcirco supradictorum relatione contentus fui.

Pro expeditione igitur praesentis Tituli restat videre, qui effectus ex supra relatis sint efficaciores, & maiores arguant Doctrinam & Bonitatem, quod quidem arbitrio ipsius iudicis relinquendum est, qui considerans omib[us] qualitatibus Doctorum poterit decernere, qui effectus maiorem vel in minorem praefferat Doctrinam.

Ipsé vero nonnulla in medium afferat ad maiorem hujus inspectionis facilitatem, & imprimitis est aduentendum, quod horum effectuum aliqui veram, aliqui presumptam præseferant scientiam, unde qui veram ostendunt, multo maiorem arguere credendum est.

Quamobrem singulos descendendo, existimare scripta approbatoria, & preferre maiorem doctrinam omnibus aliis effectibus, nā huius approbationis ratio alia esse nequit, nisi quod talia scripta continent veritatem, que à perfecta iuris prudētia proficitur. & ex hoc Accursius, Innocentius, Bart. & alijs simil. sunt adeo insigni autoritatis, quia pleraque eorum dicta pro lege seruantur, imo in Hispania omnia dicta Bart. licet ab aliis reprobata, tanquam leges seruantur, vt testator Lanc. Corrad. in lib. de prætor. §. 2. in tit. de sententia sub. n. 24. in 7. linit. & id decreto Regio iubente vt testatur Caccialup. de Mod. stud. in 5. docum. in fi. quem referunt, & approbant Goza. in conf. 39. prima facie viderur, col. 3. n. 15. & Bernard. Alfa. in Collecta iur. cuius ad l. 1. in fi. ff. de off. quest.

74 Secundo loco cogitare in scriptorum multitudinem, & copiam maiorem operari effectum in ostendendo Doctrinam in & ex illis verisapparet scribentis perititia, cum saltem ex his summa diligentia, & assiduitas arguitur, quae eximiam producent doctrinam.

75 Tertio loco crederem exercitationem, & usum maiorem & autoritatem in tribuere, nam non est dubium, quod ex diuturno usu, & exercitatione solida doctrina arguitur, & haec forte est præcipua ratio autoritatis Specul. nam eius scripta continent meram Præmix, que usu, & experientia percipiuntur.

In reliquis effectibus, qui presumptam potius, quam veram scientiam præferunt, temporis effectus potentior. Vnde absque dubio antiquior, & senex & maioris sunt autoritatis temporis enim longitudo omnia caduca & fragilia, ac firma conferuat. & iste effectus temporis est adest ingens, vt hodie principem locum inter omnes habere videatur, & Antiquitas in doctore magnum operatur effectum.

In reliquis non potest certa constitui differentia: sed si plures effectus apparent in uno, quam in alio, eius autoritas augmentum recipiet ut puta in Glosa, in qua concurrunt Antiquitas, scripta plura, & approbationes, & alijs, in Bartolo, & simil. nam isti erunt maioris auctoritatis, quam alijs, qui habent effectum Antiquitatis tantum, vel simil. Quia singula Index accurrate considerabit.

**Qui doctores faciant Opinionem & Numerum  
in Communī Opinione.**

T I T V L V S V I.

**Summa Notabilium.**

- 1 OCTORES omnes in eo, quod firmant faciunt opinionem, & numerum in communī Opinione.
- 2 Doctorem aliquid firmantem non disputando non facere opinionem, & numerum. Contrarium nu. 6. Resolutio nu. 10. cum sequit.
- 3 Doctor errans in obiter dictis excusat, & quomodo.
- 4 Veritatem in omnibus principalem locum habere, & feruandam esse.

- 5 Veritas est mater iustitiae.
- 6 Opinione in facere consistit in sola voluntate Doctoris.
- 7 Actus non vitiat ex defectuorum, quæ in eo apponuntur ad bene esse.
- 8 Officio suo fungi quisque presumitur. Declarat ibi.
- 9 Opinio Doctoris corruit sublatu fundamento.
- 10 Doctorum contraria non facere opinionem. Contrarium nu. seqq. & præcipue nu. 20. 33. & 43.
- 11 Doctori in lectura, tractatu, & simil. licet variare.
- 12 Doctori in conflictis non licere variare. Imo debet cauere, ut ab igne, nu. 22. Contrarium nu. 23. Conclusio nu. 30. 31. & seqq.
- 13 Mutare consilium in melius laudabile, Imo necessarium & nu. 25.
- 14 Opinio hominum non est semper eadem.
- 15 Nouæ meditationes quotidie in nobis generantur.
- 16 Mutare sententiam in conflictis nemini immediatum prædictum aferre.
- 17 Doctor diuersis temporibus sententiam mutans, non dicitur sibi contrariari.
- 18 Vox vulgina habetur in consideratione, Declar.
- 19 Doctor non potest in eadem causa pro utraque parte consulere. Imo est infamis, & quomodo nu. 35. Contrarium nu. 36. Resolutio nu. 40. 41. & seqq.
- 20 Aduocati parti impediri non debent.
- 21 Doctor potest cogi consulere pro iustitia.
- 22 Aduocatus in iustam causam defendens peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem.
- 23 Non omne, quod licet, honestum est.
- 24 Opinio Doctoris contrarij firmata in lectura præfertur firmata in consilio. Contrarium nu. 34. cum seqq. Amp. nu. 58. Fall. 3. modis nu. 59. 60. & 61.
- 25 Opinio anterior est amplectenda.
- 26 Lectores non tantum veritati, quam nouitati studere.
- 27 Doctores consulentis corrumpi facile posse precio, ut precibus.
- 28 Non solum fraude, sed etiam fraudis suspicione carere debemus.
- 29 Bonus in dubio vnuquisque presumitur.
- 30 Aduocatus potest esse illiteratus. Contrarium num. 51.
- 31 In Conflicti licet adducere doctrinas reprobatas.
- 32 Aduocatus fouens iustam causam potest decipere aduersarium.
- 33 Opinio illa attendenda, quæ maiori diligentia firmatur.
- 34 Opinio legendi firmata continet incertam iuris determinationem.
- 35 Opinio ea Doct. varijs tenenda est, quæ verè apparet ab eo approbata.
- 36 Opinio Doct. varijs in consilio firmata videtur præferenda retineat tractatu. Contrarium nu. 6. 4. Fall. 3. modis nu. 65. 66. & 67.
- 37 Tractatus, & eorum Autores laudantur.
- 38 Opinio doct. varijs in consilio firmata præfertur sententia Singul. Addit. vel simil.
- 39 Opinio Doct. varijs firmata in tractatu præfertur retentæ legendi.
- 40 Opinio doct. varijs tenenda ne sit firmata legendi, an firmata in sing. Addit. vel simil.
- 41 Opin. doct. varijs retenta in lectura præfertur firmata in Add. ad memorandum.
- 42 Opinio doct. varijs in tract. firmata præfertur sententia Sing. Addit. vel simil.
- 43 Opinio Doct. varijs firmata in singulari præfertur firmata in Addit.
- 44 Opinio doct. varijs in consilio decisivo firmata præfertur.
- 45 Item latius disputando firmata nu. 76.
- 46 Item firmata pluribus in locis nu. 77.
- 47 Item firmata in loco, vbi de ea principaliter agitur nu. 78.
- 48 Item ultimo loco, & tempore retenta nu. 79.
- 49 Item opinio distinguens nu. 80.
- 50 Item æquior, & benignior nu. 85.
- 51 Item habens pro se regulam aliquam iuris nu. 86.
- 52 Si vna habeat hanc qualitatem, altera illam, quid agendum nu. 87.
- 53 Si vna plures, quam alia, quid agendum nu. 88.
- 54 Consilium decisuum æquiperatur sententia & rei iudicata.
- 55 Opinio distinguens præsumitur verior.
- 56 Benè distinguens proximus est veritati.
- 57 Opiniones diuersas concordandas esse.
- 58 Opinio distinguens concordat opiniones contrarias.
- 59 Doctor ab alio allegatus, cuius scripta non reperiuntur nō facit op. Contrarium est verius nu. 90. Fall. nu. 92.
- 60 Testis vnicus valde fide dignus, & in rebus modicis prædicti plenè probat.
- 61 Doctor ita concludens, Et ita disputando tenerem, vos autem consulendo, & iudicando non recessatis a Communī, approbat sententiam contra Communī. Contrarium nu. 94. Fall. 95.
- 62 Doctor concludens per verbū, (cogita) si reprobat argum. vtriusque partis, non facit opinionem: Sed si neutrius partis argum. reprobatur, facit opin. pro ultim. parte, & nu. 98.
- 63 Opinio Doctoris corruit sublatu eius fundamento.

## I N S P E C T I O . I.

- 106 Doctor referens duas opiniones, & neutram expressè approbans, & setur vltimā firmare. Fallit quinque modis nu. 100. vsque ad 105.  
Sed an faciat nū. in communi. nu. 105. vsque ad 109.
- 107 Præsumptio iuris, & de iure non admittit probationē in contrarium.
- 109 Doctores aliquid firmantes quandoque allegant auctorem, qui illud non dicit, & iste si mouetur sola autoritate illius, non facit opin. nu. 110. secus alias nu. 111.
- 112 Dispositio fundata duabus rationibus altera sublata non corruit.
- 113 Doctores opinionem negatiuam generalem approbantes, facerent numerum pro limitatione opinionis affirmatiuæ. Contrarium nu. 115.
- 114 Generalis disps. includit omnes casus, licet maior ratio sit in uno, quā in alio.
- 116 Doctores subscriptentes simpliciter alterius Con. nō facere opinionem, & numerum in Communi. Contrarium nu. 117. Fall. nu. 120.
- 118 Doctor subscriptens censetur approbare omnia contenta in consi.
- 119 Doctor signans solummodo alterius consi. suo sigillo, dicitur illud approbare.
- 121 Licitarius solum non facit numerum in Communi. Contrarium num. 122.
- 123 Proxime doctordandus habetur pro doctorato.
- 124 Licitarius in favorabilibus habetur pro doctore.
- 125 Licitarii retinent dignitates Ecclesiasticas ut doctores.
- 126 Scholaris simplex non facit numerum pro communi. Contrarium nu. 127. Conclus. nu. 130.
- 128 Opinio periti, licet non doctoris attenditur in Medicina.
- 129 Scholaris aliquid scribens est, & præsumit peritus.
- 131 Doctoratus Laurea nō consideratur, vbi ratio solius doctrix habeatur. Et scholaris peritus debet præcedere doctorem ignorantem.
- 132 Doctor per solam attestationem de Communi. opinione, si sit extra propositam materiam non censetur illam approbare. Secus si sit de proposita materia, nu. 133.
- 134 Iurisconsultus formans Quæ. & non resoluens censetur decidere, prout proponit.
- 135 Doctor proponens q. & non resoluens, neutram partem dicitur approbare.
- 136 Doctor dicens opin. veriorem, & aequiorem innuit, quod contraria seruator in praxi. Contrarium. nu. 137. Conciliatio nu. 138. facit tamen opinionem pro ea parte, quam dicit veriorem, & aequiorem. nu. 139.
- 140 Dicta doctorum intelligenda secundum leges allegatas, & Doctor facit opin. nu. 141.
- 142 Doctor firmans opinionem, & postea dicens se contrarium vidisse seruari, recedit ab opinione firmata. Contrarium. nu. 143.
- 144 Corrigere se incontinenti nemo præsumit.
- 145 Doct. scribens super aliqua l. si omittit aliqua ab antiquioribus ibi tradita, in his ceteris transire cum aliorū opin. contrarium. nu. 146.
- 147 Doctor patronus alicuius causæ in eā non facit numerum in constituta communi. Intel. vt nu. 150.
- 148 Aduocatus dicitur Adversarius noster, qui contra nos aduocat.
- 149 Aduocatus in una causa non potest in ea iude x esse.
- 150 Aduocando contra eum, cum quo est facta pax, aliquando pax rum pitur.
- 151 Aduocatos plures, & excellentiores habere maxime partium interesse.
- 152 Doctor in consilio inserto inter Cons. alterius & non repetitum inter propria consilia, tanquam suspectus non facit numerum in Communi. Distinguitor. nu. 153.
- 154 Autor incertus alicuius operis facit numerum in communi, sed eius auctoritas modica erit, nu. 155.
- 156 Doctor aliquid asserens in Indice seu Tabula quod non reperiatur in opere, an faciat opinionem & numerum in communi, distinguatur.
- 157 Doctor defendens vnam opin. in genere, si postea subdat, & ista sententia saltem procedat in tali casu, non dicitur recedere ab op. generali.



**B S O L M.** A difficultate, Qui Doctores sint maiori & minoris Autoritatis, modo videndum est, An oī Doctores, & Q. faciant opinionem, & numerum in Communi opin. & in hac dubitatione firma facienda est conclusio, omnes Doct. in eo, quod dicunt, & fixmarit, opinionem & numerum in communi facere, & hoc est ex intentione omnium scriben, & verissimum, nam consti- tuere opinionem consistit in sola voluntate doctoris, sed Doctor aliquid illud velle, & sentire censetur, cum nemo dicat, quod non velit, vt patet ad sensum, & probatur clare in l. labeo ff. de supellect. legat. ergo & c. & id est indubitatum in se. Verum quia, aliquid dicere, vel firmare pluribus modis quis potest, unde sepius dubitare cotin- gat, etiam firmata sit, ideo vt omnium vera habeatur resolutio, plures adhibenda sunt inspectiones.

Primo loco inspiciendum est, An doctores disputando solammodò sententiam aliquam firmantes, vel etiam quid simpliciter, & perfunctorié dicentes opinionem faciant, & numerum in communi.

Et in hac difficultate duæ sunt Doctorum opiniones, quarū prima est, vt Doctor nō faciat opinionem, nisi in eo, q. disputando firmauit, & huius sententia auriga fuit Abb. in c. bone. nu. 2. col. fi. pr. p. fi. 30. versi. sed mihi plus placet de postul. præla. Fulgo. in consi. 101. præsumptio statuto. col. 3. circa med. sub nu. 5. ver. namque vt no tabiliter inquit Lauren. Calcan. in consi. 29. & prius per me. col. 3. in fi. nu. 9. circa pr. ver. nec obstante allegata. Ias. in consi. 161. contra cōsultationem quam superioribus. col. 3. in fi. ver. dicitur etiam per Domi- num motuante lib. 4. Neuz. in sua Sy. l. nup. lib. 5. sub nu. 29. Alciat. in trac. præsump. reg. 1. præsum. 51. nu. 4. & lib. 4. parerg. c. 17. per totū Maria. lun. in consi. 1. præf. consultationis cōsultatio. col. fi. nu. 143. & in consi. 119. visto testamento. nu. 30. libr. 1. & consi. 4. 2. abundē fatis. nu. 2. 5. lib. 2. Hippo. Rimi. in l. vt vim. nu. 398. ff. de iusti. & iure. Benue- nut. strach. in trac. de sponson. in 4. part. & quero igitur factam. 6. & nouissimè hoc idem approbat subtilis & elegantis D. meus Franc. Cantutius in suo quodam pleno, & pulchro resp. incip. donationem factam, circa med. ver. ex predictis apparet. & hæc est communis op. vt ex numero, & autoritate istorum clarè apparet.

Mouentur autem isti ad haec opinionem tenendam ex pluribus.

Et primò ex l. fi. in §. misa. ff. de munier. & honor. vbi I.C. sequitur opinionem Modestini, quia eam disputando tenuit. Hic textus contrarium sustinendo facile firmouetur, tum quia tex. nō dicit, solas opiniones disputantium esse attendandas, sed solum innuit disputantium sententiam esse seruandam, & forte præferendam opinioni simpliciter firmatae, q. non negatur: Tum etiam quia I.C. ibi non se fundat in eo, q. Modestinus disputando ita tenuerit, sed ex eo, quod bene, & optimis ratione decreuerit, vt ibi clare constat.

Secundò mouentur isti, nam si verum esset, Doctores perfunctorié aliquid afferentes facere opinionem, sequerentur, quod complures manifesto errore arguerentur, cum multa obiter dicantur, quæ omni nō sunt falsa: At consequens non est dicendum, cum hoc casu t̄ ex- censur, quanquam ea simpliciter, & incidenter protulerint. Ergo &c.

Hæc quoque ratio iudicio meo non concludit, nam licet forte verum sit, doctorem perfunctorié aliquid fallum afferentem excusationem recipere, tamen id procedit ad minuendam, non vero ad euican- dam peccatum, quoniam mitius cum eo agitur, cum minor culpa apparet, adeo quod etiam obiter quid afferens dicitur errare, licet leuius.

Tertio, & vlti. nititur supradicta opinio ex eo, quia veritas t̄ in omibus principalem locum habere debet, c. quæritur 2. q. 7. cum adducatis per Neuz. vbi supra nu. 112. & in u. lib. 1. obliter est seruanda, secundum Gloss. in capi. 2. in verb. multitudine, extra de tempo. ordin. quam resert, & sequitur Cuman. in consilio 139. hoc maximè in principi. nu- mero 1.

Veritas enim t̄ est mater iustitiae, vt inquit Bald. in l. libertini. ff. de statuom. Corne. consi. 197. sicut in hac consultatione. in fi. sub nu. 4. lib. 4. At doctor disputando veritatem inuenire dicitur, vt tradit Bar. in d. §. misa. nu. 1. & sequuntur alijs passim. Merito disputando dicetur fa- cere opinionem.

Sed nec ista ratio subtilis, nam verum est, opinionem disputan- do firmatam veram, vel magis veram dici posse, non tamen ex hoc quitur, q. dicta simpliciter, & obiter à Doctor. non debeat haberis in consideratione ita, vt doctor non faciat op. nam incidenter dicta si nō ita vera dici poterunt, tamen nec falsa penitus, sed forte minus verisimilia censebuntur.

Ex quibus apparet, opinionem istam communem nulla nisi legi, vel ratione, cui probabilitate responderi non possit.

Quamobrem superiori contraria est opinio, vt etiam doctor ali- quid perfunctorié, & obiter afferens t̄ faciat opinionem & numerū in communi, & hanc complexi sunt nonnulli ratio nomine relativi ab Alciat. in d. lib. 4. parerg. c. 17. circa princeps. hanc eandem sententiam ap- probat exp̄lē Soc. in consi. 73. capiendo primum consultationis. nu. 15. & consi. 8. 4. visa conuentione facta. nu. 2. prope fin. lib. 4. Hieroni. Butig. inter consi. vltim. vol. diuersor. in consi. 154. copioso, & subtiliter. nu. 40. lib. 1. hoc idem sentit D. meus Thobias Noni. in §. posthu- morum. sub nu. 11. versi. & ita volvithic. Inst. de exhered. lib. & ita cre- do seruari: nam in lecturis, repetitionibus, & tractatibus, quāmetiam in cōsiliis passim, & sapientissime allegari auctoritates in eo, quod dictum est obiter, & perfunctorié.

Potest autem istorum opinio iuuari ex infra scriptis.

Primò, quia opinionem t̄ facere, consistit in sola voluntate Doctoris, qui, si vult hoc, vel illud licet falsum, in eo opinionem constituit, quod verissimum est, vt etiam supradiximus. At Doctor, licet simili- titer aliquid dices id velle c̄setur d. l. Labeo. ff. de supel. le. Merito & c. Commu. op. To. 3.

Huic rationi contrariorum sustinentes possimus respondere, negando consequentiam, nam licet verum sit, quod facere opinionem co*au*si stat in sola voluntate Doctoris, & quod verba deferuant intentionem, tam non sequitur, Doctorem simpliciter quid afferentem facere opinionem, quæ constituitur ex voluntate enixa, & expressa, quæ non appetat ex simpli aliquæ assertione.

Secundo igitur fulciri potest opinio ista, nam ea, quæ sunt ad benevolentiam, vel melius esse alicuius actus, si absint non vident factum ipsum, probatur hoc exemplo emptionis & venditionis, qui perfectus dicitur, statim atque de precio conuentum est, ut in princ. inst. cod. & tamen ad bene esse ipsius conficitur publicum instrumentum, quod si defit, non videtur contractus emptionis. At disputatione sit ad bene esse ipsius opinionis, ut probetur diligenter adhibita in perquisienda veritate, non vero est desubstantia eius quæ sola voluntate doctoris perficitur. Ergo, &c.

Huic ratione resp. negando minorem, nam disputatione ad ostendam enixam voluntatem est necessaria, & de substantia opinionis.

Tertio, & vlt. potest comprobari hæc sententia, nam daco, quod disputatione sit de substantia opinionis, tamen quando doctor sententiam aliquam simpliciter refert, presumuntur adhibuisse disputationem, licet eam non apposuerit.

Nam doctor, qui veritatem dicere profitetur, nihil in considerante dicere censetur, cum vnuusquique presumatur factus officio suo iux. latè tradita per Alcia. in d. tract. præsump. reg. 3. fere per tot. & comprobatur exemplo sententia iudicis, in qua simplex decisio ponitur, & tamen præsumuntur interuenienti diligentissima disquisitione, per quam iudex ad ita pronunciandum sit adductus.

Hanc quoque rationem euitare possumus negando, quod præsumuntur adhibiti disputationem præsumptio Alc. procedit in præsumendo aliquid hoc, vel alio modo factum, non vero aliquid factum, vel non factum esse, ut exempla ibi per Alc. posita aperiè demonstrant, nā facta non præsumuntur iux. in bello. §. facia cum vulg. ff. de cap. & postlim. reuer. vnde non procedit in proposito, nam adhibitam, vel non adhibitam esse disputationem, est facti, tam quo ad revolutionem librorum, quam quo ad cogitationem iux. l. bōnē fidei §. pen. ff. de acq. ter. dom.

Ite quod diximus de sententia iudicis nihil obstat, quia id est speciale in iudice, qui non præsumuntur pronunciasse absq. cause cognitione, c. abbatæ de verb. sig. tradit Alc. in d. reg. 3. præsump. 9. nu. 4. cū sim. Et sic apparet, quod in hac q. vtraque opinio disputando impugnari potest. Quid dicendum?

Quidam tres casus distinguendos esse censeo, quorum Primus est, quando sumus in doctoribus, qui non sunt soliti disputatione, ut est glo. & alij doc. c. antiqui, item isti communis op. collectores, qui faciunt ad dationes, & simil. qui aut nunquam, aut raro disputatione, & in hoc casu concluderem pro opinione Soc. quod etiam non disputationes doctores faciant op. & numerum in communis, nā isti simpliciter assertione ostendunt enixam voluntatem, alias se quereret, quod nunquam ficerent opinio nem, quod est absurdissimum.

11 Fallit. tamen hæc cœclusio, quando prædicti doctores, aliquid dicent non ad disponendum, sed solum ad indicandum, ut puta, quando dicunt, sed de hac re videoas Doc. in hoc, vel illo loco, quia tunc cessat voluntas. Secundus Casus est, quando sumus in Doctoribus, qui semper disputatione, ut sunt interpres in lecturis, & alij huius generis, & tunc credo sententiam Abb. & communem verissimam, ut doctor faciat opinionem, & numerum in communis solum quando disputatione, vel examinatione, & ratio est, quia cum isti doct. semper omnia disputatione refolunt, si quid simpliciter, & perfunditorie proferunt, illud approbare non censerunt, sed potius ad ornatum apposuisse arguendo a conuento corum more iux. l. si quis donatur us. ff. de vñfr. cum simil.

12 Hæc conclusio Fallit, quando t̄ constat talēm Doct. approbare id, quod obliter dixit, ut quia dicat, & id verum puto, vel placet, vel aliis simil. verbis vñtratur enixam voluntatem significantibus, quia tunc, & in iis faciet opinionem.

13 Fallit 2. quando fin eo, quod ablique disputatione affert, fundatur resolutionis, & decisio questionis, & quo sublati decisio ipsa corrueret, quia dicunt facere & in eo opinionem, & ratio est, quoniam qui vult consequens, & vult etiam omne necessarium antecedens ad illud, ad rem mobilem cum vulg. ff. de procur.

14 Actis, in quo fundatur resolutionis q. est necessarii antecedentes, quia sublati fundamenti t̄ corrupt Doctoris opinio, ut tradit Curt. in cō. 56. super eo, quod ab ordine col. 4. circa med. ver. 3. conclusio, & est de mente omnium, Merito &c.

15 Fallit tertio quād id, t̄ quod obliter traditur proclaro habebatur, quia unquam de eo ante dubitatum fuerit, ut sunt multa pronunciata Bar. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nūquam fuit dubitatum.

16 Fallit tertio quād id, t̄ quod obliter traditur proclaro habebatur, quia unquam de eo ante dubitatum fuerit, ut sunt multa pronunciata Bar. & aliorum, quia tunc Doctor facit opinionem, quia in dubio non censetur velle recedere ab eo, de quo nūquam fuit dubitatum.

17 Tertiū casus, quando t̄ loquimur de doctoribus, qui quandoque disputatione quandoque non, ut sunt multi Repetentes lūtores, Oöfultes, Tractatus confidentes, & simil. & in hoc casu ita distinguuntur. Aut

absque disputatione aliquid firmanūt, de quo principaliter pertractat, & tunc concluderem, facere opinionem. ratio est, quia licet de eo non non disputent, ex quo tamen materiam illam pertractant, censentur omnia considerate proferre, & ita omnino velle, ac sentire. Aut deo principaliter non agunt, sed illud est extra principalem materiam, & tunc dicentur, non facere opinionem, & sic habere locum communem op. & ratio est, quia multa dicuntur ad libertatem, & ornamentum potius, quād necessestam ma teria, vnde cum talis doc. aliud principale agat, si quid simpliciter extra materiam proferat, non presumuntur adhibita diligentia tradidisse, & consequenter illud vere sensisse. Hæc tamen conclusio intelligenda est, ut sup. in 2. casu.

## IN S P E C T I O II.

Sæpius dubitare contingit, Nunquid doctores varij, & contrarij faciant op. & numerum in communis? In hac q. Franc. Zoanieri in rep. lvt. viii. in pri. par. sub num. 106. ver. nec obſt. si obſceres. ff. de iur. & iur. indistincte vult, quod talis doctor non praestet autoritatem, & sic non faciat opin.

Cæterum pro huius difficultatis explanatione sciendum est, resolutionem, itius dubitationis pendere à decisione alterius controverse, An licet doctori variare? In qua plures Autoritates congerit Ampliss. & eximius Car. Alb. in lucubrata ad Bar. in l. serui electione, in prim. n. 2. ff. de leg. 1. hæc igitur prius examinabimus, & postea invitraque concludemus.

Pro huius igitur quest. terminatione duo sunt distinguendicūsus. Primus casus est, & hic clarus, quando sumus in lecturis, tractatibus, singularibus additionibus, & alii a c. tibus simil. in quibus non verlatur præiudicium tertij, & propriæ animæ, & in hoc concludentur, si licere doctoribus variare, & sententiam mutare, nam vnuusquique potest mutare sententiam suam sine alterius iniuria, vt a contrario lenius probat exp̄ressè text. in l. nemo potest mutare, & ibi tradunt doc. ff. de reg. iur. & hoc casu doctores licet varij, & contrarijs faciunt op. & numerum in communis, quia cum quis vnam opinionē tenens, quam postea reperiit falsam, debeat mutare, arg. auth. de nupt. in prim. cap. magnæ, extra de vot. & c. qualiter, & quando, vbi id potest alios not. Mari de accus. idem Mari, in c. si diligenti, nu. 2. de for. comp. dicendum est, cum facere op. quia alias mutatio frustratoria est, & non est dicendum.

Secundus Casus est, quando sumus in Consilis, in quibus ad præiudicium tertij, & animæ & ideo diligentius debemus infistere, & in hoc casu duæ sunt Doct. opiniones, quarum prima est, ut Doctor in Consilis non possit mutare opinionem, & sic variare, & pro hac sententia adducitur Abb. in c. extirpanda, in §. qui vero, in repet. ex. de præb. quem locum ipse non potuit, reperiire, hoc idem in eff. eti uult Soc. in cō. 5. supra scriptus insignis doct. n. 19. in fin. li. 4. & alij.

Pro istorum opin. faciunt ista, imprimis reg. d. l. nemo potest mutare & reg. mutare consilium, de reg. iur. in 6.

Nam doctor consulens in uno casu pro parte affirmatiua, si in alio casu consulens pro negativa, & istud coöfiliū publiceret, plurimum nocebit ei, pro quo prius affirmatiua fuit responsum, nam abundantia autoritatem, quā tuebatur ab expensis, ut tradit Corne. consil. 148. in præsentis cœlulatione præsupposita, col. ff. 30. li. 2. & quas sperat licet vincere, & etiam in aliis præiudicium affert.

22 Secundo, & vltimo facit pro ista opinione, nam Doctor debet & a uere, & ab igne, & mutatione opin. in consilis, quia ob malignitatem linguarum non trahitur ad bonam fidem, sed potius in falsitatem, ita tradit Ang. in l. labeo, in fin. ff. de seruit. rust. prædi. quem referunt, & sequuntur Dec. in d. l. nemo potest mutare, sub nu. 1. prop. fin. vers. caudam est, & ibi Adden. & Cagnoli. nu. 8. ff. de reg. iur. Per de Mō. cad. in addit. ad Crot. in tract. de testib. iii. 7. part. in verb. vnum credere, num. 2. 10. cum aliis per eos adductis. At quod honestum non est, licere, aut posse non debet, Ergo &c.

23 Contrariam sententiam, quod licet Doctori & etiam in consilis variare, & opinionem mutare, tenent Doct. communiter, ita nanque voluit Ioann. And. in add. ad Specul. in tit. de requis. consil. ver. porro auditus. sub num. 11. in verb. similis, in Add. incip. occurrit hic per rot. Bald. in l. fin. 9. sed cum in securam in fin. sub nu. 6. & ibi Adden. C. de furt. Ange. in d. l. labeo prop. ff. de seruit. rust. prædi. Roman. in l. 1. ff. qui præfens col. fin. nu. 10. ff. de verb. oblig. And. de Iler. in Commen. ad Consil. reg. lib. 1. tit. 32. in verb. præiudicium, copiosè lat. l. ex toto. ff. si ita legatum, col. fin. vers. quarto add. nu. 2. 7. & seqq. ff. de leg. 1. Bologni. in repet. authen. habita, nu. 153. C. ne fil. pro pat. Dec. in d. l. nemo potest mutare, sub nu. 1. & ibi late Cagnoli. nu. 4. & seqq. Gabriel. Saray. in Annot. ad Mathef. in sing. 158. nota, quod si patet. nu. 2. Per de Moncad. vbi supra. num. 209. in fin. cum latissime congregatis per Pomac. in addit. ad Bart. in l. si pater sub num. 2. C. de inflit. & substit. & Cassan. in Commen. ad confut. Burgund. rub. 4. §. 23. in verbide le terme. num. 3. & seqq. & est receptissima opinio, ut per se pater.

Probatur autem ex pluribus, Imprimis nam quando in aliquo 24 est erratum non solum non est turpe, sed reputatur  $\neq$  laudabile mutare sententiam, & sic variare, iux illud Salomonis, sapientis est mutare consilium, lege nonquam, in princ. & ibi gloss. 1. ff. de colla. bonor. capitulo, non debet, in princ. de consang. & affin. cum collectis per las. in l. si ex coro. si ita legatum numero 29. ff. de leg. 1. Cagn. in d.l. nemo potest mutare, nu. 5. & tradit etiam Iacob. A. Em. in consilii centesimotrigesimo, magnifice, ac iustissime, column. prima numero. 4.

Secundo, quia mutare consilium in melius non solum est laudabile 25 le, sed etiam  $\neq$  necessarium, vt tradit Maria, in c. si diligentem nume. 2. de for. compet. & supradiximus, & clare deducitur, quoniam voluntas, 26 & opinio hominum non est semper eadem, lege, qui bona, §. si quis sit pululatus, in fin. & ibi Glo. si. & ceteri ff. de damn. infec. Bald. con. 89. D. Thomas Almarius, col. 2. post princ. sub nume. 5. ver. opinio autem, lib. 1. Gomes in comment. ad reg. cancell. in reg. de anna. poss. q. 67. ver. tamen istis non obstat in fin. Nicol. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. par. 2. q. 12. num. 37. & 39.

27 Sed quotidianus nouae meditationes, & fantasmata in nobis generantur, ut tradit Bald. in l. 1. sub n. 5. versi. sed hodie C. de his qui ant. apert. tab. And. Barba. in consilii specialis, col. 14. nu. 45. de off. deleg. Gomes in §. omnium, col. antep. numero 29. inst. de act. Cur. in l. admonendi col. 52. in fin. sub nu. 225. vers. 3. 4. fallit. ff. de iure. Cassa. vbi supra, numero 4. & 5. Iaso. in d. §. si ita legatum num. 27. in fin. & alij passim, unde cum illud sequi debeamus consulendo, quod verius opinamur, ad variandum, & opinionem mutantandam compellimur.

28 Tertio comprobatur sententia ista. Nam mutare  $\neq$  opinionem in consilii verè nemini præjudicium assert, unde hoc casu reg. d.l. nemo potest mutare, non solum non est contra istam opin. sed pro ea, si qui dem regula illa haberet locum in prædictio. & iniuria certa, & immediata, secus in mediata, prout est illa, quæ oritur ex mutatione consilij ipsius doctoris, & ita in specie eam limitant Dec. ibi sub. numero 1. & alii.

Quarto, & vlt. quia doctor diuersis temporibus mutans opinionem, cum id efficiatur tractu temporis generantis in diem nouas hominum fantasias non dicitur  $\neq$  sibi contrarius, & varius, ita dixit Bald. in l. de tutela col. 2. sub numero 4. in princip. versi. & hoc facit C. de in integr. rest. minor. quem refert. & sequitur Gomes in d. §. omnium, sub numero 29. circa princip. versi. immo fortius, inst. de action. Ergo si nō contrariatur potest variare, & sententiam etiam in consilii mutare. Et hæc sunt, quæ magis videtur vrgere pro vtraque parte. Quid dicendum?

Et quidem in hac difficultate exemplo summi Pontificis in c. magna, §. 1. extra de vot. ita concluderem. Aut consideramus an doctori in consilii licet variare secundum turis dispositionem, & tunc opiniōnem communem verissimam credo, vt licet variare, & sententia mutare per supradicta, & etiam quia cum variatio ita non repertatur prohibita, tenetur quis errorem suum emendare d.c. qualiter, & quando, & ibi Maria. & alij de accus. cū simil. Limitat hoc Car. Alba. in lucubrat. ad Bart. in d.l. seru. electione, in princ. sub nu. 2. in f. ff. de leg. 1. vt non procedat nisi simel, quia variatio permitta intelligitur de prima vice, l. si quis iustitandum, C. de reb. cred. & post Bald. & alios tradit las. in l. quicquid astringenda col. si. nu. 9. ff. de verb. oblig. cum simil.

Vetus ista lismi, mihi nullo modo facit, nam d.l. si quis iustitandum, & dictum Bald. & Iaso. procedunt quando varians primæ vice renunciavit ei, à quo semel discessit, vt exp̄s̄t cœetur in dict. l. si quis, secus vero est in proposito, nam recedens ab opinione affirmativa, non ei renunciavit, sed sequitur negativam tanquam veriorum, unde si iterum affirmativa sibi verior videatur non debet prohiberi redire ad eam: quia aduocatus tenetur ipsam veritatem amplecti, vt post Bald. tradit Soc. in consilio, 150. dominus labia &c. vt in quaest. in prin. numero primo libr. primo, idem sequitur Rol. à Vall. in consilio sexto, quotiam viam numero primo & seqq. & numero 8. & 9ib. 1. cum simil.

Aut consideramus quod decet ac honestum sit, & quod fieri debet, & tunc dicerem veram esse sententiam, quod doctor consulendo non debet variare, nam non potest euitari falsitatis suspicio oblingerum malignitatem, vt inquit Ang. in d.l. labeo, in fin.

Nec dicatur, malignitatem linguarum tanquam à vulgo emanantiam in consideratione habendum non esse, id curionum, C. de pecc. c. 2. & ibi glo. 1. ex. de elect. & in propriis terminis ita tradit Corn. in consil. 2. 4. memini superioribus, in prin. l. 3.

Quoniam id verum est, quo ad impediendum turis dispositionem, quæ non debet impediiri tumultu ipsius populi, secus vero si consideramus quod honestum est, vt nos loquimur, quia non solum fraudes, & fraudis suspicione carere quis debet.

Et ideo à tali mutatione in consilii caendum esse tanquam ab igne, docet Angelus ibidem. Si quis autem doctor variaverit consilium, lendo, cum id fore possit, faciet  $\neq$  opinionem, quia apparet de

glossa voluntate, & numerum in communis, & id clarum est, & de mente omnium, quicquid dixerit Franc. Zoanet. in d.l. vt vīm, & Barthol. Bertazol. inter consi. crīm. diuersi. Tom. 2. in consi. 95. difficultas huius quæst. nu. 6. qui nihil stringens allegant. & ita absque dubio se uatur, vt videmus passim in monumentis diuersorum autorū, in quibus saepius allegant doctores contrarij.

Sed hic cadit discutienda pulchra dubitatio, nempe, an licet doctori in vna, eadēque causa ex facti, vel opinonis mutatione pro vtraque parte consulere? Erin hac difficultate doctores in eandem sententiam non conuenierunt.

34 Alij namque voluerunt, id  $\neq$  doctori non licere, ita tradit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de aduoc. in §. nunc tractemus. col. 3. versi. sed nunquid prius quam sub nu. 11. in verb. prius quam in addit. incip. suplicor, quod dicere, per totum. & Joan. Berta. in suo reper. in versi. doctori consulens vtrique part. vbi inquit talem Doctor esse infamē, motus per l. Athletas. §. pen. ff. de his qui no. infam.

35 Sed hic tex. dupliciter  $\neq$  summouetur, prīmo, qd procedit, quando quis relata priori parte absque aliqua causa, ad contrariam partem tuendam se consenserit. secus vero, quādo ad esset causa, vt in casu nostro, in quo presupponimus facti, vel opinonis mutationem.

Secundo, respon. procedere tex. illum, quando quis defendit vtrāque partem neutrā relata, cum enim proditor sit, bene infamē dicitur, & id verè vult ille, tex. ibi, prodita causa sua, & ibi, ex vtraque parte consisterit. secus vero quando vnam relinquit, & iusta causa ad aliam se conuerit, vt nos presupponimus. Adducitur aurem Jo. Andr. ad ita tenendum hac ratione, nam talis doctor aut priorem partem iuste defendebat, aut iniuste.

Prīmo, casu non debet illam deserere, nam quod dicitur sapientis esse mutare sententiam, intelligitur in saniores, & meliores, non deteriorē, vt esset hic.

Secundo vero casu non debet errorem suum detegere mutando opinionem, sed honoris proprio parcere, cum turpissimum sit iniusta causam defendendi.

Hæc ratio in vtroque membro facilē subuertitur. Et quo ad prīmum, quia licet ab initio iustam causam defendamus, tamen ex post facto potest fieri iniusta, aut facti, aut opinonis mutatione, ex quibus licitum est, immo ne celarium causam relinqueret, cū enim ex facto ius oratur. l. si ex plagiis. in clivo. ff. ad legem. Aquil. ex facti mutatione mutatur etiam ius, qd semper est seruandum, & cum mutatur opinio, quod verius opinamur, amplecti debemus.

Secundo membro respon. duplice esse honorem, alterum mundi, & hic spectat ad corpus, alterum Dei, & hic ad animam pertinet, modo errorem suum corrigerre mutando opinionem obest honoris corporis, & prodest honoris animæ, unde non est dubitandum, quod potius huic, quam illi consulendum est, quia hic eō est dignor illo; quod Deus, & anima est dignor; & nobilior mundo, & corpore.

Quamobrem alijs in contrariam iuerunt sententiam, vt licet Doctori  $\neq$  ex facti vlt. opinonis mutatione in eandem causam pro vtraque parte consulere, & huius opinionis autor fuit Glo. in l. fin. in glo. magna post prin. ver. ex his ergo pater. ff. de postul. Spec. in d. titu. de aduoc. §. nunc tractemus, versi. sed nunquid prius nu. 11. & hanc sententiam approbarūt omnes Docto. Bononiens. illius temporis, vt referat. Ioan. Andr. in addit. ad Spe. vbi supra. Bal. in l. quos prohibet. in fin. nu. 1. ff. de postul. Corn. in consil. 2. 4. memini superioribus, in prin. l. 3. & in consil. 7. reperiō me consuluisse. in prin. lib. 4. Bologni. in d. re. auth. habita. nu. 154. C. ne fil. pro pat. Dec. in l. precibus. nu. 4. C. de impubl. & al. subft. Chaffan. in dd. Commen. ad confue. Burgund. d. rubri. 4. 6. 23. in verb. de le terme. sub nu. 5. circa med. ver. & Philip. Corne. Petr. de Moncad. in dd. Addit. ad Crot. in tract. de testib. nu. 7. par. 211. & hęc ablique dubio est communis, & recepta sententia, & pro qua fuit iudicatum, vt testatur Glo. in d.l. ff. de postul. immo, & in foro conscientia admittitur, vt per Sum. Ang. in tit. de aduoc. §. 17. & latè distinguens Sum. Armi. eo. tit. de aduoc. §. 10. per totum. & huius sententiae tanquam veriori de iure & ipse accedo ex infra scriptis.

Prīmo, secundum dñm Spec. quia si Doctori non licet, pro vtraque parte confulere se queretur, quod aduocati impedirent partē contraria, nam sepe ab aliquibus peritūtū consilium, non vt acceptetur, sed vt doctores illi erubescant pro alia parte consulere.

37 Ad hoc est absurdum, cum parti contraria non possint  $\neq$  impediri aduocati. l. .post prin. §. aut prætor. ff. de postul. tradit Spe. ibidem, & alij passim, M. erit &c.

Secundo, nam quis puniri non debet de eo, quod coactus, & in uitio facit arguendo a fortiori a regul. l. Gratus. ff. de adulter. At in casu nostro presupponimus, diuersis temporibus pro vtraque parte vigere ius, & iustitiam, & doctor  $\neq$  pro iustitia potest cogi consilere, vt tradit gloss. in l. secunda. in verb. concessum, & ibi Bartol. numero primo. & alij. C. de proxim. sacri. scrib. libro duodecimo. & est recipitissimum, vt pater ex pluribus autoritatibus congestis infra titu. 11. nu. 2. Ergo &c.

Comm. op. To. 3.

M. 4

Tertio, & ultim. Nam doctor alteram partem defendens, si ex mutatione opinioni, vel facti videret eam iniustam, deliret omnino 39 gitur, nam aliam iniustam causam defensio mens peccare mortaliter, & teneretur parti contrariae ad restitutionem, vt vtrunque firmant summum. Ang. in iure ad uoc. §. 33. Summ. Thibien. In cod. tit. de aduoc. §. 13. nu. 15. & Summ. Arni. In eod. tit. §. 1. pert. tot. & sic omnino liberatur, & nihil amplius interesse in ea habet. Ergo nulla causa, vel ure impediens debet, quo minus pro altera parte iustitiae fouente consule re posuit.

40 Et ita de iure cū cōmuni opī. per transito. Quā non habet locum, quod est doctor confuleret pro vtraque parte neutruius defensione emissa, quia tunc est praevaricator, & infamis. d. y. pen. latheias ff. de his qui non intam. & ita vult Spec. in d. y. nū tractemus. Lub. nu. 11.

Erlæ omnia procedunt secundum iuris disputationem. De hinc 41 state tamen hoc fieri nullo modo permittitur, & ideo tanquam ab signe à tali consultatione cauere debent doct. nā ob malignitatem vulgi non possente evitare maximā fraudis, auaritiae, & voraciatis ad lucrum sibi pictionem, vt tradit Dec. in d. l. præcibus, Lub. nu. 4. C. de im- pub. quem refert, & lequitur Cagnol. In d. l. nemo potest mutare, sub nu. 8. f. de reg. iur. & traditum. Arni. In d. l. de Aduoc. §. 20. prop̄ f. ver. led in eadem instantia, & Dec. refert sub d. nu. 4. se interrogato à Socino, pro qua parte consilium reddidisset super quadam causa, in qua Socin. pro vtracq; parte confulererat, respondent pro ea partē se reddidisse, pro qua excellētia sua confulerat, Socinum r̄fuisse, & aliquā qualiter erubuisse.

42 Nec mirum, quia nō omne quod licet, f. honestum est, argu. semper in contractibus, & ibi not. per doc. ff. de reg. iur. & ideo dicitur, 43 non semper & omne agendum, quod fieri potest. Sed si doctor f. pro vtracq; parte confuleret, & faceret opinionem, & numerum in cōmuni, quia cum posset, & velit ita facere, non est dubitandum, cum opinionem facere.

Veritatis, & necessaria cadit hic indagatio, quā opinio doctoris varijs & cōtrarijs sit attendenda? Et est difficultas, & laus cōfusa questio. Pro eius tamen dilucidiori explanatione, duos casus principales distinguo, unus erit, quando Doctor fuit contrarius, & varius in diversis actibus, puta legendo tenuit vnam, confundendo tenuit aliam opinionem, & sic de singulis. Alter casus erit, quando fuit contrarius condemnata in locis, puta in uno consilio tenuit affirmatiuum, in alio partem negatiuum, & sic de similiibus.

In primo casu principali alijs plures sunt subdistinguendi Casus, quorū Primus est, quādo doctor tenuit vna opinionē legēdo, & contraria coniulendo, quā opinio sit attendenda. Et est difficultas, & laus cōfusa questio. 44 Scriben. opinions. Altera quidē est, vt opinio firmata legendō f. seruanda sit, & huius intentiā autor adducitur. Abb. in cap. bona. II. 2. ex. de postul. prælat. qui re vera hoc non dicit, sed hanc partē amplexi sunt And. Barbat. in e. 1. col. 14. extra de constit. Soc. in cons. 35. punctus super quo, col. 1. sub num. 1. vers. 1. tamen in 2. casu, li. 3. Alex. de Neu in cons. 19. reuerende D. Vicari. col. 2. nu. 3. Grat. con. 134. viso punto mihi transmiso col. fi. nu. 6. 4. II. 1. Nicol. Euerard. in con. 10. casus mihi ad super, prop̄ f. ver. tū secundo. Paris. con. 11. 10. col. 3. in fi. lib. I. Marian. iun. conf. 168. præsentis consultationis resolutio, col. pen. n. 95. lib. 2. Crauet. in tract. de Antiq. tēp. part. 1. sect. propositiū nostrū, nu. 48. & part. 4. sc̄t. maceria ista, nu. 48. hanc eandē opinionem videatur amplecti Port. I. mol. in con. 9. 2. mag. & excel. V. I. doctor. nu. 46. cū concord. adeo quod istorum opinio inspeccio numero, & pōdere Autorum communis videatur, fulcitur autem ex pluribus, & imprimis, 45 quia opinio illa f. tenenda est, quā presumitur, vel appetit vterior, cū Veritas omnibus sit præponenda, ca. veritate 8. distinc. I. pen. §. mulier, f. le probat. tradit. fac. mādel. in cō. 9. ex his, quā iam bis, n. 39. cū simi.

At opinio legendō firmata vterior præsumitur, cum veritas dispu tando repertiarū. f. §. mīsta, & ibi Bar. ff. de mun. & hon. & lectoris pro prium sit disputatione, consilientis vero saltem plerunque cōclusū pro cedere, Merito &c.

Hæc ratio non concludit, nam licet verum sit, veritatem magis 46 disputando repertiri. Tamen lectores f. non disputant tantum ad veritatem repertiendam, sed ad acuendū ingenia scholaribus, vnde pos sunt, & s̄p̄t̄ dicunt multa subtilia potius, quam vera, imo nec imā ginem veritatis habentia, vt hæc, & alia plura his similia de lectoribus tradit. Nentiz. in sua fil. nup. li. 5. num. 2. 6. prop̄ f. ver. & in lectura do stōes, & subtiliter disputando adverterit, & monerit suos scholares Fulvi. Constanti. in §. 1. sub. n. 2. ver. not. nū dixeris, in fi. insti. de interd. & ego audiū quādā volenter attentos reddere scholarēs pulsantes in scholis discere. Attendite ad hunc intellectū, quia si non erit verus, erit nouus, quasi invenieret, quod eo loco nouitatis veritati æquiparetur.

Præterea potest responderi quod etiam consilientes, & rationabiliter disputant, vt per se patet.

Secundo igitur loco mouentur supradicti doc. ex eo, quia lectores nullam habent occasionem, que à veritate eos amouere posuit, con 47 silentes vero f. facile à veritate deuiriare valent preci, vel affinium, & familiarium præcum occasione, lux. illud, Munera credere mihi &c. &

aliud, Quid non mortalia pectora cogis &c.

At non est dubium, quād potius debemus adherere illi sententiæ, que caret suspicione, cum non solū i. fraude, sed etiam à f. fraudis suspicione abesse debeamus, quoniam in aliquibus casibus lūpicio pro veritate, & sic falso ipso habetur vt plenè per Ant. Gabbiu. 7. comm. conclus. in 6. cōclu. Ergo cōclu.

Hæc quoque ratio facile tollitur, nam licet forte nimis verum sit, consilentes ob pecunias, & affectionē à via veritatis declinare, sū. 1. vñnam falso esset, non enim tantæ iuris ambages, & extortio. 15. et ta essent, quibus veritas adeo obrecta est, vt penē impossibile fit dignoscere, quid bonum, & æquum sit, tamen cū hoc sit arrox, & neta. 49 dum scelus in dubio non præsumitur, cum vñus quisque f. præluma, tuor bonus l. cum pater §. rogo. ff. de leg. 2. c. dudum ex. de prælump. & latē tradunt Alc. in trac. prælump. reg. 3. præx. 2. & Per. Duen. in trac. reg. par. 1. reg. 75. bonus, & sic argumentum non subficit.

50 Tertio facit pro istorum opin. nam Aduocatus f. potest esse illitteratus, & ignorans secundum Glo. in l. 1. §. postulare, in verbo expōnere, ff. de postul. idem voluit Glo. in lege 2. & ibi Bald. & Salic. C. codim. sequitur Joan. de plate. in lege, expertes, circa med. vers. similiter adue catus, & ibi alios allegans Nicol. Super. in Addit. in verb. adue catus. C. de decur. li. 10. & alij passim.

Interpretes vero sunt iuris periti, At opinio periti magis attendenda est, quam opinio rudis, & expertis. Merito &c.

Sed facilis est responsio, nam diūtum Glo. in dict. §. postulare, si reprobat. Aduocatus f. enī, nisi iuris peritus esse non potest, & si sit legibus per quinquennium operam dederit §. sed quia solūtūm est in proem. ff. lege prima, §. aduocatos ff. de var. & extraord. cog. l. iubemus pro tempore §. nec cetero, cum glossa in verb. per statuta. C. de aduoc. diuersi. Iudicium, tradit. specul. in tit. de aduoc. §. primo col. f. n. item quod non potest dici, numero tri. gestimosecundo & seqq. Bar. in dict. §. postulare, numero secundo, vbi etiam Ang. numero secundo, & ibi Nicol. de Lacu in Addit. in verb. Itinerarum peritus, alios cum Ian. Alb. sub numero primo & seq. Pau. de Castro col. 2. numero ii. & reliqui, tandem opini. sequuntur. Roffred. in libell. de aduoc. & Odo fred. in dict. lege. 2. C. de postul. quos refert Alberi. ibidem, huius quo quesententia in effectu fuit Joan. de plat. in dict. lege, expertes, in fin. verific. vel discibl. dum excipit à dicto glossa aduocatum causarum, & ibi late hocdem sequitur Luc. de pen. post princ. in verb. prohibent. Abb. in rub. extra de postul. nu. 2. quem refert, & sequitur Sum. Arni. in tit. de aduoc. §. 2. & alij passim, adeo quod absque dubio sit communit. & recepta sententia.

Quarto igitur & vlt. loco, adduci potest pro hac sententia huiusmodi ratio, nam ea que possunt esse vera, & falsa multo minorem habent fidem, quam quæ semper vera esse debent, argum. l. non hoc. C. vnd. legit. cum vulg. & consequenter minus sunt attendenda. At opinio in consiliis firmata potest esse vera, & falsa, ergo &c.

52 Minor probatur, quia doctori f. in consiliis licet adducere doctrinas reprobatas, ita responderunt Corine in cōfi. viij. reperio me consilientia, col. prima, libr. quarto. Gozadini. in consilio nonagesimo octavo, circa primam difficultatem, column. tercia numero octauo & alii, & istos referens Marian. iun. consilio centesimo quadragesimo octavo, elapsis mensibus in fin. sub numero 6. li. 3. id sequitur And. ab Exo in capitulo 175. extra de const. cum simil.

Eplura etiam leuis, & minus stringentia allegare, ita tradit spe. in tit. de disp. §. nū vñdendum col. 2. verificulo studiat autem multis numero 6. Host. Joan. And. Anto. Butt. Abb. & alij. in capitulo per tuas ex. qui fil. sine legit. Alber. in l. Liciñius, & ibi Benedict. de pl. lib. ff. quib. ad liber. procla. non lic. Affidit. in comment. ad Constit. reg. in Constit. hac editall. column. 2. quest. 2. numero 3. in tit. de sala aduo. rub. 82. libro primo. quos referunt, & sequuntur Cepoli. in cautel. 6. 7. sunt multi procuratores, vbi id pro cautela tradit, & Neul. lib. 5. sub nu. 26. cum concor.

Huiusrationi resp. q. supradicta propositio quā habet, licere docto ri in consiliis afferre doctrinas reprobatas, & plura alia leuis, procedit quo ad copiam, & ornatum consiliij, si in principali capite iustitia adsit, ad eam iuuandam: nam iudices ignorantes, mouentur quandoque magis ex ratione parum stringentia, quam ex vera, vt tradunt Host. Joan. And. But. Abb. & alij. in d. cap. per tuas, secus vero quod ad decisionem principalem, & substantialis causa, super quare redditur consilium, quod ex eo comprobatur, quia Aduocatus souens iustam causam f. potest aduersarij suum decipere, ita voluit Glo. in cap. do minus noster, in verb. ex insidiis 23. q. 2. Masil. in sing. 177. malitioso minum, & post Anch. sequitur Joach. Minsing. in suis sing. obseruat. centr. 3. obser. 6. aduocatus souens, late alios allegantes Dec. num. j. & Cagnol. nu. 12. in l. ea est natura. ff. de reg. iur. nouissimē post glo. & Abb. vbi per cum. Car. Alb. in lubr. ad Bar. in l. i. §. ait prætor sub n. 6. ver. an ait. ff. de post. Mar. Iu. in d. cō. 143. sub nu. 5. li. 3. & alij passim, quod & in foro cōscientiaz procedit, quia id admittit Sum. Arni. in tit. de Aduocat. §. 19. & est cōmuni opī. vt ex nu. & autoritate supradicta torū apparer. Ex quibus constat, opinione istorū de iure nō subficit. Quam

Quamobrem contraria huic priori insurrexit sententia, ut docto  
 54 ris varijs op. retenta consulendo t̄ preferatur op. quam legendo de-  
 fendit, & hanc op. firmavit primus Bart. in l. si pater. col. 2. sub nu. 2.  
 post med. ver. ego iam in concursu lectionum, & ibi sequitur Paris. in  
 addi. in verb. vol. n. inclusus. C. de inst. & subst. idem Bar. in auth. cessa-  
 te, per totum. C. de legi. h. e. quem referunt, & sequuntur Cum. in  
 consi. 86. in prin. Alt. x. consi. 185. viso titu. quæst. col. 9. in prin. sub nu.  
 25. ver. 10. non obſt. & col. 11. circa med. ful. nu. 27. in fi. ver. quadam  
 alia. lib. 2. And. Barb. sibi contrarius in c. cum contingat. nu. 28. de fo-  
 ro compe. Cor. consi. 272. in hac consultatione. in pris. facie. co. 5. sub nu.  
 5. ver. & maximè, quia potuit. lib. 4. Purp. in l. edita. nu. 14. C. de eden.  
 Cur. in consi. 76. super motiuis. in fi. Neuiz. latè alias allegans in d. Syl.  
 nup. lib. 5. nu. 26. & inter alios Bernar. de Landria. in Annot. ad Ange.  
 de malefic. in prin. & ad Gemi. super 6. quem ipse non potuit reperire,  
 hanc et iudeam opinionem amplectitur Paris. sibi contrarius in consi.  
 91. in fi. lib. 3. Maria. Jun. sibi etiam contrarius in consi. 23. casus iste si  
 furis com. col. 3. nu. 10. lib. 1. Cagno. in d. l. nemo potest mutare. nu. 9. ff.  
 de reg. iur. laco. de S. Georg. in d. l. si pater. nume. 15. latè idem sequitur  
 Boer. in decis. 155. & quo ad primum dubium. nu. 24. & 25. hoc idem  
 videtur sequi Port. Imol. in d. consi. 92. nu. 52. D. meus. lo. Pau. Lancel.  
 in d. sua disp. an. & quando seruando sit commu. op. in versi. quid si  
 doctor variauerit, & nouissimè Card. Alban. in dd. Lucubrat. ad Bar.  
 in l. si alienam. §. Marcellus. nu. 7. ff. de dona. cau. mor. & hæc absq. du-  
 bio est magis communis. & approbat sententia, ut ex numero, & au-  
 toritate istorum clare constat, quæ pluribus medijs fulcitur.

Primo, quia illa opinio, que maiori diligentia adhibita firmatur,  
 55 t̄ est attendenda, ut probatur in l. Diui. ff. de iur. pat. in §. optionis. Inst.  
 de leg. & quia veritas maiori diligentia facilius reperitur, quæ semper  
 est seruanda, sed opinio firmata in consilijs maiorem præfert di-  
 ligentiam, quæm quæ firmatur legendo. Ergo &c.

Minor probatur, nam Doctor quicquid dicat legendo nec sibi,  
 nec alteri præjudicium afferit, consulendo vero, si fallit defendat,  
 peccat mortali. Sum. Ang. in tit. de aduoc. §. 13. & facit item suam,  
 vt per Franc. Marc. in deci. Delphi. q. 469. queritur an aduocatus. nu.  
 1. par. 1. vbi vero maius est periculum, sibi cautius est agendum. ca. vbi  
 periculum de electio. in 6. cum vulg. & præsertim, vbi est periculum  
 animæ, cum nemo cœlestat immemor salutis æternæ. c. fancimus, post  
 med. 1. q. 7.

56 Secundo nititur opinio ista, quia opiniones in scholis firmatæ sunt  
 confusaæ, & nihil certi continent, nam cum ex facto ius oriatur d. y. in  
 cliquo. l. si ex plagi. ff. ad 1. Aquil. & ipsæ in nulla facti specie, cui appli-  
 centur, fundatæ sint, non habent claram, & certam furis determinatio-  
 nem, econtra vero opiniones consulendo retinæ propter scopū ca-  
 sus propositi magis leg. rimæ, & iuridicæ consentur, ex quo emanat  
 meritò est, q. in scholis leges diglutiuntur, in palatijs digeruntur, vnde  
 in scholis tradita sunt prius discutienda in camera, & postea in iudi-  
 cij practicanda.

Tertio, & vlt. alijs omisissiuuatur ista communis, nam doctoris va-  
 rij ea opinio t̄ tenenda est, quam voluit vere tenere eius autor, n̄ alia  
 non est opinio, constitutre enim opinionem in sola voluntate Doctoris  
 consitit. At ea opinio vere probata est, quæ consulendo tenetur, cuī  
 illud Doctor vere opinari creditur, q. melius, & iustius existimat, &  
 meliorem iudicat op. quam consulendo defendit, cuī in hoc insit peri-  
 culum animæ, & fortunarum, v. modo diximus, Merito &c.

Ex quibus ipse pertransi cum hac opinione cōmuni, seu magis  
 communis, vt debeat attendi op. doctoris varijs, quam consulendo te-  
 nuit, omisss. ea, quam legendo defendit.

58 Et hæc conclusio procedit, t̄ eriam si lectura sit facta, post cōsiliū,  
 ita. And. Barb. in c. nullus. col. 17. ext. de foro compet. quem refert, &  
 sequitur Neuiz. vbi sup. sub nu. 26. circa med. ver. plus dicit idem Barb.  
 & verum credo, quoniam rationes suprā allegate habent locum,  
 tam si cōsiliū si factum ante lecturam, quam si post, ut per se  
 patet.

59 Fallit tamen conclusio ista, t̄ quando sumus in eo, quod consulendo  
 appositum fuit ad ordinatum, & copiam cōsiliū incidenter, & ad  
 corroborationē, in lectura vero est plenē, & principaliter discussum,  
 quia tunc attendit op. legendo, firmata, ut tradit Cagno. in d. l.  
 nemo potest mutare. nu. 10. ff. de reg. iur. & ratio est, quia ex quo est adhi-  
 bita maior diligentia in ista, præsumit verior, & magis attendenda  
 d. l. Diui. ff. de iur. patro. & vt diximus ad iuuandam iusticiam multa  
 eriam falsa consulendo adduci possunt, & debeat.

60 Fallit secundò, quando opinio lectura t̄ melioribus niteretur ra-  
 tionibus, quia tunc ea attendenda, est secundum cundem. Cagn. ibi-  
 dem, nu. 11. & ratio est in prōpt. quia ex melioribus rationibus opí-  
 nio illa apparet verior.

61 Fallit tertij, & vlt. quando ex aliquo apparet, t̄ Doctorem vere  
 fuisse eius opinionis, quam tenuit legendo, putat quod exp̄s̄ repro-  
 bauerit sententiam a se alias approbatā, vel alio modo constet de eius  
 voluntate, quia tunc est attendenda opinio legendo defensa, quia ea  
 est opinio Doctoris contrarij.

Secundus casus est, quando Doctor vnam opinionem renuit con-  
 sulendo, contraria verò in tractatu, & hinc calum in l. ecce à nemine  
 re tractum reperio, in eo tamen concludendum videbatur, opinione  
 62 in consilio firmatam t̄ esse attendenda ea ratione, quia Doctor cen-  
 setur maiorem diligentiam adhibuisse in consilio, ex quo maius est  
 periculum, & per cōsequens ita voluisse, præterea quia melius poruit  
 de iure respondere propter calum propositum, quæ omnia in tracta-  
 tu non ita bene concurredunt.

Verum hæc facile summouentur considerando, q. Doctor tracta-  
 tum conficiens est anxius diligens in perquirendis, & vna colligendis  
 simul omnibus, quæ in materia, quam percutiat, ab alijs dicta, & scri-  
 pta fuere, vnde multa reperit singularia pronunciata, quæ non ita fa-  
 cile occurunt ei, qui respondet in calu particulari, & postea reperta  
 multo melius disponit, & applicat ad calus singulares, qui si non omnes  
 in tractatu considerari possunt, sat est, q. n̄ considerantur, ex quo-  
 rum decisione omnes alij facile terminari possunt, quia omnia facile  
 eis succedunt, cum sint in possessione omnium terminorum, & totius  
 etiam materiae, quæ tractatur.

63 Ex quibus omnibus tractatus, & Doctores eos confidentes, t̄ in-  
 signibus laudibus decorantur per scribent. spalsum, & præcipue per  
 Fran. Balb. in suo tract. de præscr. in proœm. lib. nu. 2.

64 Quamobrem ipse sum in contraria sententia, vt opinio t̄ præfer-  
 da, & attendenda sit, quæ in tractatu firmatur, & hoc tenet etiam Ne-  
 uiz. d. nu. 26. in prin. dum quærens, quæ opinio Doct. varijs attende-  
 da, respondit primo loco amplectandam firmatam in tractatu, & sic,  
 licet contrarium firmatum sit consulendo, & mouet ea potissimum  
 ratione, quia doctor in tractatu non potest moueri ad hanc, vel illam  
 opinionem tenendam aliqua affectione, prout in cōsilijs, item nec stu-  
 dio Gloriæ captande ex aliqua opinionum nouitate, cum in tracta-  
 plerumque procedatur conclusiæ rationes tantum fundamentales  
 allegando, sed solum mera, pura, que veritate moris cœlentur, quam  
 etiam in tract. facilius invenire poterit, cum vt diximus, totam mate-  
 riā habeat præ manibus, & via res aliam declare, q. cessat in resp. so-  
 lo in calu particulari, ex quib. busita conclu.

65 Fallit hoc primo t̄ in eo, q. dictum est simpliciter in tractatu extra  
 propositionem materiam, quia tunc attendetur dictum in consilio, cuī  
 cetera ratio diligentia, & multa dicuntur simpliciter ad ornatum tra-  
 ctatus.

66 Fallit secundò, t̄ quando idem repetit Doct. in pluribus con-  
 silij, quia & hoc calu attendetur opinio consiliū, & ratio est, quia ex  
 isti repetitione arguitur mutatio op. in cōsilijs, cum germinatio, & repe-  
 titio ostendat enīam voluntatem agentis, vulg. l. Balb. lib. ff. ad Treba.

67 Fallit tertij, quando t̄ ex aliquo ap. parecer Doctorem vere fuisse  
 opinio consilendo retinæ, quia tanquam eius opinio illa atten-  
 deretur.

Tertius casus est, quando Doctor renuit vnam op. in consilio, tam  
 vero in singularibus additionibus, t̄ gulis, vel sim. quia in ter ista non  
 facio differentiam, & hinc quoque calum nemo, quæ viderim, in spe-  
 cie tangit, in eo tamen omnia duplum ratione concluderem t̄ opinione,  
 68 in consilio firmatam teruandam esse, quia maior centetur adhibita di-  
 ligentia in consilio, ex quo de maior. tractatur præjudicio per supra-  
 dicta, & in singularibus additionibus, & simil. non cœlentur Doct. ma-  
 gis esse in possessione materiae, cum a quæ ac consilia, ista singularia,  
 & simil. particulares catus continant. Fallit hoc duobus modis, vt in  
 secunda, & terc. Fallit precedentis casus.

Quartus casus est, quando Doctor renuit op. affirmatiuam legē  
 do, negatiuam vero in tractatu. Hoc quoque calu breuiter concluden-  
 dum est, opinionem in trac. retinat, t̄ attendi debere, ita tradit Bart.  
 in l. prouinciales. nu. 1. in fi. ff. de verb. lig. Claud. de Seifel. in l. si idem  
 cum eodem. in §. fi. col. 1. nu. 4. & 5. ff. de iuris. om. fid. Neuiz. d. nu. 26.  
 in princ. & est de mente omnium, & verisimilium, tunc quia vi inquit  
 Bar. ibidem, in discursu lectionum multa dicuntur inaduententer, in  
 tract. vero considerate, & maturè, ergo attendenda. d. §. optionis. inst.  
 de lega. Tum etiam quia legendi multa dicuntur à veritate prorsus  
 aliena, q. concessum est acuendi ingenii gratia ipsi scholaribus, at in  
 tract. pura veritas inspicitur, & attenditur, vnde meritò illa opinio ob-  
 seruat, quicquid forte in contrariū fenerit. Ant. Gabriel. lib. 1. com.  
 conclus. tit. de testib. conclus. 4. pro. fi. in 34. illat. nu. 86. referens vlti  
 mo loco contraria op̄ionem.

Fallit tamen ista conclusio in omnibus, in quibus non procedunt  
 1. & 2. casus sup. relati.

Quintus casus est, quando Doctor fuit contrarius tenendo vnam  
 opinionem, aliam in singularibus, addit. Regulis vel simil.

Hunc quoque calum nemo attigit, quem viderim, & videtur sa-  
 70 dis dubius, t̄ nam sententiam legendi defensam seruandam esse, suade-  
 tur, quia disputatio, & speculando in lecturis resoluuntur quæstio-  
 nes, vnde opinio agentis maximam habet veritatis præsumptionē.

Contraria vero quod opinio in singularibus, & alijs attendi de-  
 beat, probable ex eo apparet, nam Doctor in istis non viderit pos-  
 se moueri alia ratione ad tenendam hanc, vel illam opinionē, nisi quia

vera sibi videatur, in lecturis vero potest defendere illam partem, que non tam vera, quam noua sit, & cuius defensio aliquam subtilitatem laudem parat, in quam valde incumbunt lectors.

Equidem in hoc casu existimarem neurram alteri praferendam esse ex eo, q[ue] sit firmata legendō, vel in singularibus & alijs id genus, & sic & quae bonas vrasq[ue] censeri per supradictas, sed solum altera, alia omisfa, seruandam esse, si in ea interuenient aliquæ qualitates, quas recensē bimus infra in 2. caſu p[ro]p[ter]e p[ar]t[ic]ula.

71 Fallit hoc † quando additiones, vel similes tenderent non ad disponentium, sed ad memorandum, quo caſu opinio legētis praeferuntur, ita tradit Rui, in consi. 83. deueniendo ad rem, col. 3. num. 6. lib. 1. quem refert, & se curuit Anto. Gabriel, lib. 1. com. conclus. in tit. de testib. conclus. 4. illat. 40. nu. 92.

Sextus caſus est, quando docto[r] in tractatu tenuit partem affirma- tivam, in singularibus, Additionibus, Communib[us] opin. & alijs id genus tenuit negatiuam. In hoc caſu ex intentione omnium concludendum est, opinionem in tractatu firmatam † esse attendendam, na- tractatum confitens est diligens, & totam materiam habet prae mani- bus, unde melius & rationabilius opinionem constituit, quæ defluit in congerente singularia, vel simili, particulares caſus complectenta, & id meo iudicio verissimum est. Fallit tamen iisdem modis, quibus 1. & 2. Caſus supra positi.

Septimus, & vlt. caſus est, quando docto[r] firmauit vnam opinio- nem in singulari, aliam vero in additione, vel simili.

78 Hoc quoque caſu concluderem, eam opinionem † esse attenden- dā, quæ firmata fuīt in singulari, nam l[icit] per s[ic] ratio vtriusq[ue] quo ad diligentiam, & maiorem cognitionem materiæ, nulla enim est præ umptio maioris diligentiae, & possessionis materiæ in vno, quam in alio, cum tam singul. quam add. vel sim. continant caſus separatos, taenam apparet magis enixa voluntas docto[r]is in singulari, quia singu- laria continent solum caſus peregrinos, pulchros, & verò notabiles, quorū decisiones propter predictas qualitates alacriori, & arden- tori voluntate amplectimur, & id credo verissimum. Hæc conclusio potest limitari pluribus modis supra positis in 1. & 2. caſu.

In secundō caſu principali, quando docto[r] fuit varius diuersis in locis in eodem tamen actu, v[er]itatis in uno confilio tenet viā, in alio aliam opinionem, vel in vna parte tractatus tenerat autem in alia negatiuam, & sic de singulis, vel etiam quando fuīt contrarius diuersis in actibus; vt in primō caſu p[ri]m. præter qualitates supra in eo rela- tas, quæ opinio attendi, debet? Alij plures sunt subdistinguendi

caſus.

Primus caſus est, quando vna opinio firmatur in confilio deciſio- nio, allij in confilio ad petitionē partis facto, & tunc concludendum est, 74 opinionem confiliij decisiū p[re]sevalere † debere, ita concludit Barb, in consi. 6. illud in medium adducam, col. 3. sub nu. 4. lib. 4. Cor. consi. 27. vlo. supra scripto the mate. col. 2. circa me. sub nu. 1. ver. & cōf[er]at maiorem fidem, lib. 1. cum simi. & est verissimum hac ratione, na ma- for censem adh[er]bit diligentia, & enixor voluntas in confilio deciſio[n]i, ex quo de maiori agitur præjudicio, cū docto[r] confilium decisiū reddens æquiparetur judici, & confilium † sententia, & refudi- catæ, vt concludit Abb. in consi. 2. confilium, quod iudex deberet, in prin. lib. 2. quem sequitur Cor. consi. 137. vltis scripturis ad me. in prin. ver. assimilatur enim confiliij, & consi. 179. vltis scripturis sub sigillo. in prin. ver. assimilatur lib. 1. & referunt alij p[ar]sim. Ergo opinio in eo fir- mata est attendenda, id iuri. ff. de iur. pat.

Secundus est caſus, quando docto[r] in uno loco latius, & plenius 76 disputauit, quam in alio, & tunc dicendū est, op[er]i latius firmata † ob- seruandam esse, ita verè voluit. Abb. in c. bona. nu. 2. col. ff. nu. 30. pro- p[er] fi. ver. sed mihi plus placet, ext. de postu. p[re]la. idem sequitur Bar- ba. consi. 6. 4. scribut. col. 9. lib. 1. & alibi Rimi. in consi. 6. dubij p[ri]ma. col. pe. nu. 20. lib. 1. Claud. in l. si idem, cū eodem. s. fi. col. 1. nu. 4. ff. q[ue] iuri d. om. iud. Patis. consi. 9. 1. col. ff. lib. 3. Grat. consi. 20. postquam confilium in p[re]senti caſa in fi. nu. 35. & consi. 55. super contentis in al- legatione, col. 5. nu. 3. lib. 1. late post alios Neuiz. in d. Syl. nup. libr. 5. nu. 29. Comes. in omnium, col. antepe. nu. 29. & ibi post alios Beni- casnu. 403. Inst. de aet. Cagnol. in d. lnero potest mutare. nu. 10. ff. de reg. iur. Anto. Gabriel, lib. 1. com. conclus. in tit. de testib. cōclu. 4. pro- p[er] fi. in 33. illat. nu. 85. D. Jo. Pau. Lancel. in d. sua disp. circa med. & alijs p[ar]sim, & est communis, & recepta sententia, vi ex autoritate, & numero iliorum claram appareret, & verissimam credo, quia vbi plenior ad- hibetur disquisitio, & diligenter, ibi melius veritas inuenitur, & eni- xior scribentis voluntas ostenditur.

Tertius caſus est, quando docto[r] varius tenuit vnam opinio, pluribus in locis, aliam paucioribus, & tunc concludendum est, opinionem 77 pluribus in locis amplexam † attendendam, ita tradit Bal. in l. preci- bus, col. 12. in fi. sub nu. 42. prope fi. Ver. item non obſt. gl. C. de imp. & alj. subst. lal. in consi. 136. in p[re]senti consultatione dubium, col. 6. in fi. sub nu. 2. prope fi. ver. non quoque est curandum, lib. 4. & in l. re con- fundi. col. 4. sub nu. 19. ff. de leg. 3. Neuiz. ibid. nu. 32. ante fi. Roland. à Vall. consi. 60. ponderatis diligenter verbis. col. 9. nu. 45. & consi. 67.

primo quidem aspectu. col. 10. nume. 33. libr. 1. & est ex intentione om- nium, & verissimum, nam geminatio, & multiplicatio ostendit er- xam voluntatem agentis & loquentis I. Balista cum vulga. ff. ad Tre- bellian.

Quartus caſus est, quando docto[r] vno in loco principaliter mate- riam pertractat, in alio incidenter, & tunc opinio firmata in loco, vbi 78 principaliter de eagitur † seruanda est, ita voluit I. Cephal. in consi. 278. decelsit comes I. Franc. col. 2. nu. 10. Tom. 2. & credo verissimo ne sapius allegata, nam cū principaliter tractamus, in eo maioru vu- mur diligentia, fecus in iis, quæ incidenter occurruunt.

Quintus caſus est, quando docto[r] tenuit contrarias opiniones di- uersis temporibus, & constat de tempore, & tunc concludendum est 79 opinionem posterius firmatam † attendendam esse, ita tradit Gl. vlii. in l. qui filium. §. fi. circa med. ver. resp. principis. ff. ad Treb. Roma. in consi. 327. istæ sunt rationes. col. 4. sub nu. 8. circa med. ver. primò, qua ipse idem, & ibi alios allegans sequitur Hora. Mandol. in addi. in ver. posterior. Neuiz. alios eriam congerens, vbi sup. nu. 32. post me. ver. si verò vtrobiq[ue]. cum concor. & est verum iure, & ratione, iure per l. & sed cum in secundum, ibi Papiniānus, licet variauerit. C. de fur- ratione denuo, quia, cum ultima derogent prioribus. I. sed & posteriori res. in fin. ff. de legibus. Si docto[r] hodie teneat contrarium et, quod di- ri sentebat, vtique appetet, cum opinionem mutasse, & à priori om- nino recessisse.

Sextus caſus est, quando docto[r] in vno loco distinguit, in alio sim- plicer concludit, & in hoc caſu firma facienda est concludio, vt op- 80 si distinguis † attendenda sit, nam in dubio opinio distinguente nenda est, ita tradunt gl. vlt. in fi. in c. scientes, extr. de censib. Imol. in- super literis, nu. 2. de referi. A lex. in consi. 50. in causa, & lite. col. 3. nu. 7. lib. 7. Soc. consi. 67. consilijs nostris. nu. 28. lib. 2. Rimi. consi. 50. vlti- quis qua copiosissime. col. 1. nu. 2. & ibi Rimi. Jun. in addi. libr. 1. Rip. in l. ita stipulatus. nu. 6. ff. de verb. obl. Fran. Marc. in deci. Parlamen. Delphi. q. 8. 27. quæritur redeundo, prope fi. nu. 10. par. 2. Iaco. Aemil. consi. 6. in causa p[re]cedenti. col. 2. nu. 3. Neuiz. late alios allegans d. nu. 3. Læ- cel. Corrad. lib. 1. de prætor. §. 2. in tit. de sen. nu. 31. Maria. Iun. in consi. 39. perspectis his, que accurate. nu. 7. lib. 2. Grat. consi. 6. 4. profecto calu- iste. col. 3. nu. 36. lib. 2. And. abj. Exe. i. c. cū omnes. nu. 220. ext. de consi. Aug. Bero. consi. 100. viso punto exhibito. nu. 3. lib. 1. Io. Hiero. Alb. consi. 38. item statuerunt. nu. 4. Io. Ceph. consi. 195. Vincentius Boll. col. fi. nu. 27. & alibi saepe. Por. Im. in consi. 106. Do. Constantinus. nu. 26. Octa. Cacher. in deci. Pedem. dec. 2. i. domina Angela. num. 16. nouissi- me D. meus Fran. Cætutius. in quodam suo pulchro, & copioso rep- incip. in p[re]senti themate triplicem inspec. post med. ver. tertio con- ludendum est. Cur. Ju. in consi. 10. vifa, ac diligenter. col. 1. nu. 1. prop[ri]a. ver. in tanta enim docto[r]um. & alijs p[ar]sim adeo, vtista sit omnium receptissima op[er]i. & verissima.

Primo, per l. adeo in §. 1. ibi, & tamen media sententia. ff. de acq. re- dom. cum simili.

81 Secundo, quia opinio distinguens † presumitur verior, vt iuribus, & autoritatibus comprobatur Cæsar. Contar. in repet. l. diffamari. in q. 18. num. 114. C. de ingen. & manu. nam, qui bene distinguunt, proximus

82 † est veritatis, vt post Senecam tradit Salic. in l. filiæ, cuius pater. col. 3. versiculo, expeditis glossis. C. familiæ eriscund. quod cæteri psalmi reperunt.

Tertio comprobatur, quia opinio distinguens est valde iuridic[us], 83 cum opiniones diuersas † concordare debeamus. Ita stipulatus. vbi post alios no. & concor. congerit Rip. nu. 6. ff. de ver. oblig. l. vni. C. de inof. dot. c. cum expediat. de elect. in 6. Pau. de Ca. in consi. 6. quæritur vito dicto. col. pe. nu. 25. lib. 3. cum simili.

84 Et opinio † distinguens concorde opiniones, nam distinguere tem- po[rum] & concordabis scripturas, secundum Gl. in Lapud antiquos in ver. omnibus discrep[er]it. & ibi sequuntur Sal. col. 2. in prin. ver. item no. tex. ibi, & reliqui. C. de fur. & etiama per se patet.

Septimus caſus est, quando vna opinio est æqua, & benigna, con- traria vero dura, & rigida, & tunc etiam absq[ue] dubio opinio æquior & benignior † est eligenda, vt tradit Abb. in c. 2. nu. 3. extr. de cognat. sp[iritu]. Tyndar. in trac. de testib. c. 2. col. 1. ver. item quia eligenda num. 3. Iaco. Aemil. consi. 50. in causa ista equina. in fi. nu. 16. Excel. D. Andr. de Alpher. inter consi. crd. diuer. in consi. 2. 6. in causa vertente. col. 3. nu. 17. & ibi idem. Ioan. Anton. Conca. consi. 148. quia vero sunt, & commu- nes, colum. 2. nume. 11. lib. 1. Lancellot. Polit. in tract. subt. in materiâ vulgar. numero 92. Alber. de malef. in tract. de testib. cap. 9. colum. 3. numero 7. cum pluribus similibus, & ratio est, quia ius est ars boni, & æqui, & in omnibus præsertim in iure æquitas spectanda est. l. omni- nibus. & ibi Doct. ff. de reg. iu. & anteponenda. l. placuit, & ibi no. scri- ben. C. de iud. cum concord.

85 Octauus caſus est, quando nulla supra dictarum qualitatum adest, & tunc ea opinio attenditur † quæ conuenit cum aliqua iuri regula, vtp[er]a, quæ est pro possesso. pro reo, pro dote, & simil. pro qui- bus in dubio pronunciandum est, nam in causis ambiguis de- bemos sequi opiniones concordantes iuri regulis, vt innumeris in

specie colligit Neutz.in d.Syl.:up.lib.6.serè per torum.

Nonus casus est, quando pro vna opinione adest vna qualitas, vt putà, q̄ nictatur distinctione, vel similis, pro contraria est alia qualitas, se 87 q̄ latius disputando firmata sit, vel alia. Dicerem † qualitates esse efficaciores, vel minus efficaces, prout suprà prius, & posterius fuerū dispositae, ita vt imprimis si contrarietas effin diuersis consiljs, & alterum sit decisuum, opinio in eo firmata attendatur.

Secundo hac qualitate celsante op̄i latius disputando firmata seruetur.

Tertiò his deficientibus sententia pluribus in locis retenta obseruetur.

Quartò si hæc omnia desint, opinio defensa in loco, vbi de ea principaliter tractatur, attenditur.

Quinto nulla alia existente qualitate, ea sententia obseruetur, quæ posterioris firmata est.

Sexto istis celsantibus opin. distinguens amplectatur.

Septimò omnibus supradictis deficientibus, & sic conjecturis voluntatis doctoris op̄i, æquior attendatur. Postremò omni iuris prædictio celsante ad regulas iuris recurritur. Et hæc per rationes suprà in singulis casibus adductis.

Decimus casus est, quando pro vna op̄i, adest vna qualitas primi casus principalis, ut putà, q̄ effet firma in cōsilio, vel tractatu pro alia firmata legendo effet alia qualitas secundi casus principalis, putà, q̄ sit æqua, vel q̄ distinctione nictatur, que opinio erit tenenda in hoc casu non potest tradiri certus modus, sed iudex poterit in casu occurrere ter, nimirum habendo semper ante oculos, quid verius illeius doctor contrariis verbis opinatus fuerit, quæ verius illeius doctor facile elicetur ex rationibus suprà adductis.

Vñ lecimus, & vlt. casus est, quando vna op̄i, haberet plures quæstares, quam alia, & tunc considerandum † est, simul iunctis qualitatibus, quæ maiorem præsumptionem veritatis, & voluntatis doctoris parat, & opinio illis qualitatibus iuuat, seruanda erit: Quæ vero qualitates & singulæ, & simul iunctæ maiorem efficaciam producunt, relinquendum est arbitrio boni, & docti iudicis, cum certa regula trahi nequeat.

### IN S P E C T I O III.

Videmus saepius in scriptis doctorum allegatos autores, quorum scripta aut temporis iniuria amissa sunt, vt hodie sunt multa scripta antiquorum, aut nunquam in lucem prodierunt, vt sunt scripta Io. Petrucci de Montesperel, cuius dicta palius adducuntur à schribentibus, vnde dubitare contingit, an autores isti, quorum monumenta non habemus, faciant op̄i, & numeri in communione. Et in hac quæst. Dec. in cons. 259. vñ his, quæ nouissimæ. col. 3. sub nu. 4. post med. ver. præterea, vt suprà dixi, quem referunt, & sequuntur Cagnoli. in l. 2. col. 17. nu. 53. circa med. ver. & accumulata per Fel. C. de pac. inter emp. & vendi. & Hippo. R̄m̄. in l. vñ. sub. nu. 398. ver. secundum est. s. de iusti. & 89. iur. responder, tales Doc. † non facere opinionem, & numerū, & mouetur arg. auth. si quis in aliquo. C. de eden.

Cæterum ille tex. nihil facit ad rem nostram. Primo, quia quādō in uno instrumento fit mentio alterius, non fit affirmatio, sed relatiue, & remissiue, nam ita dici solet, vt dicunt de hoc esse pub. instrumentum, vel apparet in pub. instrumento per manum talis Notarii, & sic non afferit, & firmat Notarii, verè adesse tale instrumentum, sed solū ex verbis partium se remittit, & refert ad altiud instrumentum.

Vnde non mirum, si non statut assertioñ illius Notarii, si aliter instrumentum, de quo ipse mentionem fecit, non apparet, secus verē est in casu nostro, quia doctor nullum ad suum propositum adducens affirmit at eum ita tenere.

Secundo, & vlt. resp. q̄ longè diuersi sunt termini auth. si quis in aliquo, à terminis quæst. nostra, nam ibi quis volebat probare intentionem suam per instrumentum q̄ ad hoc, vt faciat fidem, omnino est edendum, nec aliter probari potest, vt per Doct. in l. 1. & pali. C. de eden. Secus verē est in casu nostro, in quo non est opus ostendere omnes. Autore, sed, facile creditur Doctori alleganti propter præsumptionem, quam pro se habet, ob quam creditur etiam attestanti de cōlueridine, & communione opin.

Quādōbre in ipse † contrarium verius existim, & obseruari credo, nam videmus palius allegari hunc, vel illum, & nisi contrariū apparet, ei fidem haberi, & ego vidi quandoq̄ discuti quādam caufam in Rota Perusina, in qua dubitabatur. An clausula sine prædictio ve nientium ab intestato, in legitimatione apposita excluderet legitimatum per reascriptum principis ab intestato, existentibus solummodo ve nientibus ab intestato, ad quartum gradū, vel etiam vñterius in infinitum. Et in ea allegabantur quedam consilia lo. Pe. de Montesperel. Dionisi. de Barig. & Ang. de Perig. citata per alios Doct. tantum, nec vñquam producta, quia non reperiuntur, & nunquam fuit dubitatum, an isti facerent numerū in communione, sed fuerunt admissi absque controvergia aliqua.

Probatur autem veritas istius opinionis ex duobus. Primo, quia quemadmodū creditur Doctori attestanti de cōmuni op̄i, vt voluit

Ferd. Loaz. in rep. 3. diui. col. 12. nu. 37. & in seq. tit. latius dicemus, ita & multo magis, cum minus sit prædictum autoritatis vnius Doct. quam communis opinione, credendū est doctori allegati aliquā autem rem, cuius scripta non reperiuntur.

Secundò, & vlt. nam Doct. qui est testis iuris. l. 2. prop̄ fi. ver. & vt obiter sciamus. ff. de orig. iu. cum simili dicens, seu allegans aliquā doctorem, dicto suo nemini nocet, res modici, aut nullius est prædictiū cum licet forte tractu temporis possit eius dictum alii obelli, tamē tanquam incertū, & medium non habeatur in cōsideratione, & doct. est testis valde dignus, vt per se patet. Sed testis vnicus in iis, quæ nemini nocent, item quando est testis valde dignus, item in causis mo. 91. dicti prædictiū plenē † probat, vt iuribus, & autoritatibus cōprobat. Ant. Gabr. d.lib. 1. com. conclu. in tit. de testib. conclu. l. 1. in lim. l. nu. 16. lim. 4. nu. 23. & lim. 2. nu. 43. Merito &c.

Et ex his teneo, q̄ eriam doctorem, cuius scripta non reperiuntur, ab alio allegatus faciat opin. & numerum in communione. Id tamen intelligendum est, donec contrarium non ostendatur, sed † si scripta eius, qui allegatur vlo tempore in lucem prodirent, vel alio modo pollicentur videri, & reperiuntur talem doctorem non id, ad quod adducitur, firma re vel contrarium tenere, tunc nec opinionem, nec num. in communione faceret, & ratio est, quia creditur illi doctori allegati præsumptiū, vñ de cum appareat veritas, non est amplius opus præsumptionibus.

### IN S P E C T I O IIII.

Interpretes clari, quando nouas alias opin. defendunt disputando, solent in resolutione quæst. his, vel simil. verbis concludere, & per hæc ita disputando tenerem, vos autem consulendo, & iudicando nō recedatis à contraria, quæ est communis, ex qua cōclusione oritur dubitatio, cui sententia communis ne, an contrariae tales Doct. adhuc sisse dicantur? Hanc difficultatem nemo tangit, quem viderim.

In ea tamen prima fronte dicendum videbatur, doctorem ita cōcludentem † tenere contra communem, & pro ea numerum facere. Nam cum disputando eam tenerem, & disputando veritas reperiatur, tanquam veram approbare censeatur, neque per illam adictionem, vos autem, debet præsumi statim se correxisse cōtra. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. quam apposuit doct. vt moneret iuuenes, ne præceptoris autoritate moti consulendo, & iudicando contra communem, op̄ionem, incidenter in poem.

Verum ista ratio nihil vrgit, nam licet disputando veritas reperiatur, tamen doctores in scholis non tantum disputant, vt veritatem rerum nanciscantur, sed vt iuuenum ingenia obtusa reddat clara, & acuta, vnde quando disputando concludunt non ex veritate id faciunt, sed ex subtilitate, & ideo subdunt, vos autem &c. vt moneret scholares, ne subtilitate illa alleculi iudicando incident in periculum cuiusdā scholaris Aretini, cuius meminit Neutz. in d. Syl. nup. libr. 5. nu. 61. prop̄ fi.

94. Quapropter ipse sum eius sententia, vt iste doct. † approberet cōmūnem, & pro ea opinionem, & numerum faciat, nam aut dicimus, primam opinionem contra communem disputando eū approbasse, & facendum est pro communem numerum facere, nam cōsulendo, & iudicando approbat communem, cī dicat vos autem &c. opinio enim consulendo firmata præualeat sententia in scholis de sensu, vt late suprà dictum est. Aut opinionem contra communem non approbat, vel ab ea recedit per illam adictionem vos aut &c. & tunc sumus in claris.

Et quidem omnino fatendum est, talem doctorem recepsisse ab opinione contra communem, quia alias male fecisset apponendo illa verba, vos autem &c. quia si primam opinionem credebat veram, vt inq̄ debet monere scholares, q̄ omittent communem opin. quæ non est attendenda etiam consulendo, quando contraria est vera, seu verior, vnde vt dicamus, eum omnia recte affirmauisse, fatendum est, cōmūnum tanquam veram approbasce.

95. Fallit tamen ista † conclusio, quando exp̄ressè apparet Doctore vere opinionem contra communem tenuisse putā, q̄ dicat, & hanc sententiam verisimiliter puto, vel alijs verbis, idem significatibus vtratur, nam tunc illa verba, vos autem &c. censebuntur apposita modestiae gratia, ne nimis arrogans videretur, si propriam opinionem complūrum clarissimorum iurisconsultorum communem constituentis sententias præponere vellent.

### IN S P E C T I O V.

Superiori proxima oritur difficultas, nunquid doct. quæstionē aliquam ad partes disputans, & pro neutra opinione concludens, sed solum dicens, cogita, dicatur facere opinionem, & pro qua parte. Hæc quoque controversiam à nemine tactam reperio.

In ea tamen conclusiū procedendo duos casus distinguo. Primus est, quando doct. refert argumenta viriisque partis, & singula reprobat, & tunc concluderem, hunc † neutrā op̄i approbasse, & pro neutra numerum facere, nam si veriusque opinionis fundamenta reprobant, dicitur etiam tollere utramque opinionem, sublatō enim fundamento doctoris † tollitur eius op̄i, vt tradit. Cūr. in cōf. 36. super eo, q̄ ab ordine. col. 4. circa med. ver. tertia conclusio. nu. 7. quod etiam clare ostenditur per illud verbum, cogita, quo denotatur, nondum statuisse, cui opinioni adherere velit.

Secun-

Secundus casus est, quando doctor refert solummodo omnia fun-  
98 damenta, & nulla reprobat, & tunc credere t' eum facere opin. & numerum pro ea parte, cuius fundamenta ultimum loco retulit, nam doctor referens plures opin. & neutram expressè approbans, vel reprobans ultimum loco relatum, approbasse censeretur, secundum gl. si. in d. qui si-  
lum §. ff. ad Treb. communiter approbat, ut ex mox dicendis in prin. seq. inspec. apparet, vbi me re nitto, sed doctor referens opinio-  
nes, & eorum argumenta non reprobans, sed cōcludens per verbum cogita, neutrām approbat, vel reprobat, vt per se patet, Ergo &c. Sed  
hoc intel. vt in seq. inspect. in fin.

## IN S P E C T I O VI.

99 Doctor referens duas opin. & neutram expressè approbans, & cense-  
tur ultimum loco relatum approbare, ita concludit gl. si. in l. qui filium.  
§. ff. & ibi l. mol. nu. 3. ff. ad Treb. quam referunt, & sequuntur Hosti &  
Io. And. in c. de sen. excom. in 6. Dy. in sing. 27. incip. l. si filium. Bar.  
in l. bona fides. nu. 2. ff. deposit. Bal. in auth. extestamento. col. 2. in prin.  
ante nu. 1. ver. & sic vera est opinio Marti. C. de colla. Nico. de Milis in  
suo reper. in verb. opinio. sub huius 4. Roma. in l. 3. §. Neratius. nu. 3. ff. de  
acqui. pol. in sing. 92. quero a te. nu. 3. & ibi latet Nico. Pignoli. in add.  
in l. & in cons. 32. iste sunt rationes. col. 4. sub nu. 8. circa me. l. ver. pri-  
mo q. ipse idem. & ibi alios allegans Hora. Mandos. in add. in ver. po-  
sterius. Ant. Corse. in suis sing. in verb. opinio. in sing. inci. quando lu-  
ris consultus. Ang. Aret. in l. item precium. col. 1. nu. 3. proprie. si. insti. de  
emp. & vend. Fel. alios allegans in c. 1. col. 1. si. sub nu. 55. ver. 4. no. & ibi  
Dec. in lectu. in l. exetr. de confit. l. si. per illum rex. in l. 3. idem. cu. eo-  
dem. §. si. nu. 3. & ibi Purp. col. 2. nu. 10. Claud. de Seis. nu. 2. cum seqq.  
ff. de iuris d. om. iud. Hubert. Zuchar. in rep. rub. ff. si. cer. pe. nu. 53. & ibi  
Iaco. Nig. nu. 2. lo. Crot. in repe. l. filius familiæ. in §. diu. nu. 160. in fi-  
ff. de leg. 1. Marfil. in sing. 631. ultima opinio. per totum. Do. le Portu.  
in rep. l. si. alijs. nu. 19. ff. de vsu & vsufr. leg. Gomes in repe. c. si. pater. nu.  
1. de testa. in 6. Jo. Cirier. in trac. de primoge. conclus. 3. q. 1. post prin.  
Math. Brun. in trac. de cess. bon. in 20. q. 4. princ. num. 2. Quintil.  
Mandos. in comment. ad reg. cancel. in reg. 2. 4. q. 1. ante nu. 9. cum sive  
congestis per Neuz. in d. Syl. nup. lib. 5. num. 2. in si. Bernar. Diaz. in  
trac. reg. 514. opinio ultima. & nouissimè per Cardin. Alban. in  
Lucubrati. ad Bar. in d. l. bona fides. nu. 2. ff. deposit. & in summa est om-  
nium respectissima opinio. & nullum habet contradictoriem.

100 Fallit tamen conclusio ista pluribus modis, & Fallit primo, & quā-  
do prima opinio saperet æquitatem, secunda rigorem, quia prima ap-  
probata censeretur secundum Fran. Aret. in cons. 162. diligent, & ma-  
tutē discussis. col. 4. nu. 8. circa med. ver. subdit ramen q. ista ratio: quē  
referunt, & sequuntur Ias. in d. l. si. idem cum eodem in §. si. sub nu. 3. in  
2. limit. & ibi Claud. in 2. limit. nu. 6. & Purp. nu. 12. in 2. limit. idem las.  
in l. pacta nouissima. col. 2. nu. 3. si. ver. istud limit. D. Fran. C. de pac.  
& in l. placuit. in med. ver. item ad istam reg. C. de iud. & alibi Neuz.  
ibidem sub nu. 33. in 3. limit. Marfil. in d. singu. 631. nu. 2. & generaliter  
Diaz. in d. reg. 514. idem alios allegans Card. Alban. vbi supra, & alij  
passim adeo, vti sit recepta sententia.

101 Fallit secundo, & quando pro prima opinione, meliores, & effica-  
ciores essent adductæ rationes, quia prima censeretur approbata, ita vo-  
luit Glo. in d. l. qui filium. §. si. lo. And. in d. c. 1. de sent. excom. in 6. que  
refert, & sequitur Ias. in d. l. si. idem cum eodem. §. si. sub nu. 3. in limit. 1.  
& ibi Purp. nu. 11. & Claud. nu. 3. ambo in limit. 1. Præposit. in c. 1. si. sed  
valitus. col. 2. in tit. his si. lex. de in. confue. quem refert, & sequitur Ne  
utz. d. nu. 33. in prin. Restaur. Castal. in l. sed ea omnia. col. 3. nu. 14. Inst.  
dehere. quæ ab inst. lo. Crot. in d. §. diu. nu. 160. in si. sequitur Diaz.  
ibidem, & est communis opinio, ut ex numero, & autoritate Doc. clা-  
re constat.

102 Fallit tertio, & quando doctor refert vnam opinionem simpliciter,  
aliam vero per dict. aduersitatem. licet, vel quamvis: quia prima op-  
nio approbata intelligitur, ita clare probat tex. in l. 1. in prin. in ver. do-  
lum autem. & ibi tradit Gl. in verb. quamvis. ff. de eo per quem fac. erit,  
per quem tex. ita in si. Clau. in d. §. si. in 4. lim. nu. 8. & Neuz. sub d. nu.  
33. ante med. in 5. limite.

103 Fallit quartò, & quando doctor refert vnam opinionem simpliciter,  
& postea dict. alij tamen dicunt, vel quidam contrarium volunt,  
vel similibus vtitur verbis, nam & hoc casu primam opinionem ap-  
probabat dict. ita tradit Ias. in d. §. si. sub nu. 3. & ibi Purp. nu. 13. &  
Claud. nu. 7. omnes in 3. limit. Math. Brun. in d. trac. de cess. bon. in 20.  
q. 4. princ. nu. 2. Corne. in l. cum antiq. stas. proprie. fin. versific. quae  
etiam videtur de mente. C. de resam. idem Purp. in d. rub. ff. si. cer. per  
sub nume. 2. 4. post princ. versi. ex hac glo. & ibi sequitur Iaco. de Nig.  
sub nume. 22. Dec. in d. c. 1. in si. de const. alios allegans Neuz. numer.  
33. post prin. ver. in 2. limi. & Diaz. in d. reg. 514. & alij. Ita ut ista com-  
muni opinio.

104 Fallit quintò, & vlt. & quando opponeretur in diuersis Glosis. seu  
locis, quia non statut vltima, ita post And. Barb. vbi per eum  
tradit idem Neuz. sub d. nume. 33. in 4. limit. Dubitatur modo, num-

quid talis doctor, qui quandoque primam, & quandoque ultimam  
opinionem censeretur approbasse, faciat opin. & numerum in eis.

105 Et q. non faciat † numerum, suadetur arguendo à fortiori, nam  
si Doct. simpliciter absque disputatione aliquid firmans expressè non  
dicitur facere opin. vt tradit Fulgos. in cons. 101. sub nu. 3. quem Doc.  
co. miniter sequuntur, vt latè ostendimus suprà in prima inspe. mol-  
to minus facie in proposito, vbi non solum absque disputatione, sed  
nec etiam clarè suam sententiam exprimit.

106 Sed in contrarium, q. talis doctor † faciat opinionem, & num. in  
communi forte vi detur stringere, nam licet iste Doct. exprefse, vel ve-  
re neutrām opin. approbat, tamen præsumitur ultimam, & quandoque  
primam approbasse, & ista præsumptio est adeo vehemens pro-

107 pte vim communis opin. vt tanquam sit iuris, & de iure † non ad-  
mitit probationem in contrarium, vt post gl. Alex. Fel. & alios con-  
cludit Alciat. in trac. præsump. in 2. p. nu. 3. in fin. & reddit eam censu-  
non minus, ac si vere esset verbis expressa. Quid dicendum?

108 Evidet pro resolutione distinguere † illos tres casus, quos si  
præ considerauit in d. prima inspe. Nam, aut sumus in doctoribus,  
qui non solent disputatione, & tunc dicere, talem doctorem facere opi-  
nio. & numerum, quia perinde est, ac si expressè hoc simpliciter tra-  
deret. Aut loquimur de Doctoribus, qui semper disputatione, & tunc  
concludendum est, non facere numerum, quia licet hoc contineatur  
videtur, tamen verè non sentiunt arguendo à consueto eorum more. Au-  
tr tractamus de Doctores, qui quandoque disputatione, quandoque non, &  
tunc, si de ea materia principaliter agunt, faciunt opinionem, & num-  
rum: si vero de eo incidenter aliquid assertunt, & non faciunt numeri  
in communi per supradicta.

## IN S P E C T I O VII.

109 Altiquando Doctores tenentes vnam opinionem allegant † au-  
torem, qui aliam non tenet, & ip. si eius autoritate mouentur, vt facit  
Ias. in §. fuerat. col. 26. nume. 8. 9. insti. de action. allegans ibi Sal. quia  
quod allegatur, non dicit. Dubitatur modo, an isti Doctores, vi-  
puta lalo. & similes, faciant opinionem, & numerum pro ista le-  
tentia.

In hac quoque dubitatione neminem scribentem inueni, proce-  
tamen resolutione duos casus distinguedos esse censeo, quorum Pri-  
mo est, quando doctor † tenens illam opinionem mouetur solum  
modò autoritate illius autoris, quem allegat, & hoc casu concludet  
non facere opinionem, & numerum pro ea, nam clari iuris est, subla-  
to fundamento doctoris corruere eius opinionem, vt suprà alias dicit  
mus, & congruit regul. capit. cum cessante, extra de appellatione cum  
similibus.

110 Secundus casus est, quando doctor † ad tenendam illam opinionem  
adducit simplici autoritate illius, quem allegat, sed vna legibus, vel  
rationibus mouetur, ex quibus appareat, illum veram iudicare op-  
inionem ex alio, quam auctoritate illius primi doctoris, & tunc dicit,  
istum facere opinionem, & numerum pro communi, & ratio est, quia  
li. et tollatur fundatum auctoratis, non corruit ista opinio, cum  
remaneat fundatum rationis, vel legis.

111 Nam dispositio fundata duabus rationibus † non corruit per re-  
motiorem alterius dummodo altera firma maneat. l. si non lex, & ibi  
not. Bar. & alij. ff. de hæred. inst. §. affinitatis, & ibi no. doct. inst. denup.  
tradit Ias. in l. vt liberis. nu. 16. ante si. C. de colla. & post Sal. & Alex. Al-  
ciat. in d. trac. præsump. reg. 1. præsump. 2. 4. nu. 3. & ibi Nico. Aret. in  
add. alios congerit.

Vnde bona est cautela inspicere an primus Doc. qui allegatur, pro  
aliqua opinione illam verè tenet, quia si non ita vellet, vt accidit in  
compluribus opinionibus, quorum aurigæ allegantur antiqui, qui  
vel nunquam, vel raro dicunt, ad quod allegantur, facile communes  
subuerterentur.

## IN S P E C T I O VIII.

Antiqui fuerunt contrarii in aliqua quaest. Moderni ponunt vna  
opi. pro regula, contrariam pro limitatione. Exemplum.

Dubitum erat, ap. citatio nulla induceret perpetuatatem iuris illi-  
onis, & partem affirmatiuam tenent Host. Anto. de But. Gomes &  
alij. contrarium firmarunt Card. Archid. Ancha. & alij. Roma. & Fel.  
postea approbantes partem negatiuam limitant, quido chaetus alium  
de habuit plenam notitiam. Dubitatur, in unquid doctores tenentes  
partem affirmatiuam, puta Host. Bu. & Gomes, faciant numerum in  
hac lmt. quando citatus habuit notitiam aliunde.

113 Et primò aspectu videbatur discendum † q. sic, nam cum isti teneant  
opi. affirmatiuam in genere, videntur etiam in isto casu particulari  
idem tenere, immo multò magis, cum in hoc sit minor difficultas.

114 Nam generalis dispositio † complectitur quoscunque casus par-  
cularis, licet major sit ratio in uno, quam in alio, vt iuribus, & auctor-  
itatibus latè more suo comprobat Tiraq. in trac. de vtroq. retract. l. si.  
1. gl. 14. nu. 10. & in rep. l. si. vnu. quam, in prefat. nu. 108. C. de reu. don.

## IN S P E C T I O X.

<sup>115</sup> Contrarium tamen & credo verum, qd isti Doctores non possint allegari pro limitatione, ea potissimum ratione, quia autoritates Doctorum debent allegari in individuo casu, in quo loquuntur, nec alias, iuxta dictum Aret. in consil. 6. in prin. quem alij sequuntur.

Nec obstat dicere, qd si loquuntur in genere, ergo multo magis sentiunt in casu, in quo maior est ratio, quia potest dici, vel istud forte locum habere, quando opinio generalis non esset reprobata, & non ad essent alij in individuo tenentes, vel fortius, non valere, doctorita tenuit hoc casu, ergo multo magis idem sentit in isto, qui habet maiorem rationem, nam non sufficit, qd aliqua opinio propter veritatem sit digna approbatione omnium, sed necesse est, qd eam Doctores in actu expressè approbent ad hoc, vt faciant numerum. Et ita credo seruari.

## IN S P E C T I O IX.

Quoniam hodie cuncta reguntur hominum opinione, videmus quotidie miseros litigates, vt quo ad fieri potest, sumptibus parcant, & voti sui compotes faciliter efficiantur, petere ab Excell. viro consilium, & illud postea simplicibus plurium Doctorum subscriptionibus comprobandum curare, vt suadeant judicis, se bonum ius fuerere.

Vnde saepius dubitare contingit, nunquid isti Doctores simpliciter sealterius consilio subscriptentes faciant opinionem, & numerum in communi.

<sup>116</sup> Et dubium & facit, quia Doctores plerumque ad aliorum preces absque lectione consiliij, vel si legunt, matura consideratione iustitiae ipsius non adhibita faciunt istas subscriptiones, præterquam qd neque disputant, neque vilam diligentiam in perquirenda veritate ostendunt.

Verum ista parum vrgent, quia doctor præsumitur vidisse, diu considerasse, & etiam iura, & rationes pro opinione consiliij perpendisse, & præsertim quia ipsius assertio asserunt, in prin. istarum subscriptionum, quae pleriq; initium habent, Vitis, & maturæ, vel diligenter ponderatis, vel per pensum, vel simil, qui non carentur dicere mendacium.

Quoniam contrarium, qd Doctores subscriptentes se simpliciter alterius consilio & faciant opinionem, & numerum in communi tenuerunt expressè Thom. Gram. post Rub. procem. Inst. in positione calus cum verborum contextu sub nu. 3. dicens subscriptentes haberi, ac si ipse consiliū fecisset, & in eo præstare autoritatem, & latius eximus D. meus Fran. Cantuarius interpretando. Centurio. ff. de vulga, & pupil. in illa quest. An fidei commissaria sit propriè substitutio? in qua pro parte affirmativa adest conf. Maria. Jun. 12. lib. 1. subscriptum à plus quam 20. Doct. hoc idem in necessariam consequentiam voluerunt D. meus Thob. Noni, in ead. l. & q. & Excel. D. meus Sforz. Odd. in suo copioso, & subtili Trac. Compen. substa. in prælud. par. 1. q. 5. post med. in illa eadem quest. versi. contrariam igitur sententiam dum volunt propter illas simplices subscriptiones d. conf. Maria. Jun. opinionem, qd fideicō sit propriè substitutio, esse magis com. & istud idem in effectu volente doctores, qui aliorum consiliij se subscriptentes, propriis subscripti ab alijs curant, & subscripta in lucem emittunt, vt plures, & innumeratas tam antiquorū, quam modernorū subscriptio-nes impressas videamus, adeo qd ista opinio apparet ab omnibus recepta, & etiam verissima ex duabus.

Primo, quia in dubio debet fieri interpretatio, vt actus aliquid operetur, non vt reddatur ihanis. l. quocies cū vulg. ff. de reb. dub. At si dicere mus, doctores subscriptentes non facere opinionem, subscriptio-nes inanes essent, cum ad alium finem nō addantur consilio, nisi vt autoritas Doctores subscriptentium habeatur. Ergo &c.

Secundò, & vlti. quia Doctores subscriptentes se simpliciter consilio alterius, & in totū illud approbare censem. l. si ita stipulatus. la. 6. Chrysogonus, & ibi nor. Ang. nu. 1. Castrren. nu. 2. Imol. col. 3. ver. item not. qd ille. nu. 10. Aret. nu. 5. Alexan. nu. 2. Ias. nu. 2. & alijs communiter. ff. de verbo. obli. istud idem voluit Bal. in l. ff. de reb. dub. & sequuntur Barth. Bologni. in rep. auth. habita. num. 164. C. ne fil. pro pat. Thom. Gramma. dict. numer. 13. & alijs pafsim, & est communis, & recepta opinio, vt ex numero, & authoritate illorum clare apparet.

Quinidem si doctor signet tantummodo sigillo suo consiliū alterius abque alia subscriptione, dicitur & illud approbare, ita inquit Bal. in l. tribu hūs. §. 1. per illum tex. versi. item not. hic arg. ff. de testa milit. quem refert, & sequitur Bologni. sub dist. nume. 164. qd est in telligendum. si appareat ligillid dominum illud apposuisse, securus alias, arg. l. pen. ff. de testam. cum adductis per Inno. in c. 2. circa principi. in verb. sigillum. nu. 2. ext. de fide instr. cum simili.

<sup>120</sup> Fallit ramen & haec conclusio quando doctor non legisset consiliū, quia tunc non facit opinionem, ex quo non censem illud approbare, cum ignoret contenta in eo d. l. Tribunus. §. 1. & ibi no. Bald. idem tradunt Ang. & cæteri in d. Chrysogonus. In hoc autem creditur Doctori subscriptenti, qui assertor in subscriptione, Vitis, & consideratis. &c.

Reperiuntur quandoque nonnulli, qui nondum doctorati, sed solum licentiatiss, seu approbati aliqui, & dicunt & scribunt. Vnde dubitatur, an isti faciant numerū, & autoritatem pro communi. Et hanc questionem nemo examinat, quem viderim.

<sup>121</sup> In eam prima fronte dicendum videtur, licentiatū & non face re opinionem, & numerū, nam cū ad constitutam communem duo coniunctū requirantur, videlicet numerus & autoritas doctorum, ut diximus supra tit. 2. nu. 1. cum seqq. ille, in quo deest alterum requisitum, non poterit facere numerum in communi. sed in licentia to, deest autoritas, Merito &c.

Minor deductio, nam autoritas nihil aliud est, quam opinio, quæ emanat ex præsumptione illa iuri, quia doctor præsumitur peritus. Vnde cum licentiatiss non sit doctor, cessat præsumptio, & consequenter opinio, & autoritas.

<sup>122</sup> Contrarium tamen credo verum, nempe licentiatū & in eo, qd affterit, vel scribit, facere op. & numerum in communi. Tum quia licentiatiss est proximè doctorandus actu vel saltem potentia, vt per se patet. Sed proximè Doctorandus & habetur pro doctorato iuxta reg. l. pen. & ibi no. per gl. & cæteros. ff. de testa. mil. de qua plene per Tiraq. in trac. de legib. connub. gl. 2. nu. 2. cum pluribus seqq.

<sup>123</sup> Quinidem in individuo calus nostrum approbat, vel licentiatū & in favorabilibus habetur pro doctoro, vt voluit Bald. in l. 1. col. pen. sub nu. 9. prop. ff. ver. quid si filius. ff. sol. ma. Soc. in consil. 70. virū primo licentiatiss. col. ff. sub nu. 6. ver. v. principaliter lib. 4. quos referri, & sequitur Tiraq. sub d. nu. 2. Ergo &c.

At Doctor absque dubio facit numerum in communi. Merito &c. Tum etiam quia Laurea doctoratus, licet tribuat præsumptionem, & autoritatem, quia probat doctrinam, & peritiam doctoris, tamen non sequitur, quia licentiatiss habeat autoritatem, quia doctrina, & scientia potest ex alio, quam doctoratu probari, ut per se per scripta, & alios actus simil. At nos præsupponimus, licentiatū aliquia in iure scriptissime, vel dixisse, & approbatum ad doctorandum esse, per quæ eius peritia cognoscit valet. Ergo &c.

<sup>124</sup> Et videmus, qd licentiatū & retinent, & admittuntur ad dignitates Ecclesiasticas, ad quas solum doctores allumuntur, vt saeculum extat in Sinod. Trid. in 22. session. in decret. de reformat. c. 2. quia non consideratur, nisi peritia.

## IN S P E C T I O XI.

Scholares quoque simplices etiam non licentiatii in iure dicunt, & scribunt, vt fuerint Horat. Lucius, qui scholares fecerit tractatum de priuile. scholar. Restaur. Castal. qui in lucem misit quædam singularia, Franc. Herc. qui conscripsit trac. de proban. negat, & alijs plures, qui via monasteria in iure etiam scholares reliquerunt. Quæritur, an talis scholares faciat opin. & numerum in communi.

Hæc quoque difficultas à nemine tangitur, & satius fortasse esset, eam indeciam relinqueret, ne ipse etiam scholares propriam causam agere videat. Lectorum tamen humanitatem, & integratatem confitit, quid super hac refutem, non filebo.

<sup>125</sup> In hac quest. pro parte negativa, qd scholares & non faciat opin. & numerum in communi, faciunt ista.

Primo, quia si facit numerum in communi, qui & scit, & scire præsumitur, vñmox dicimus: At scholares non scit, quia scholares proficentur se veile addiscere, item sicut est peritus, tamen non præsumitur, quia scholares non periti, sed scientia cupidi censem. Ergo &c.

Secundò, & vlti. vrgit contra scholares, nam doctores iuuenes, certi iuri est, modice admodum esse autoritatis, & tamen habet præsumptionem ortam ex doctoratu. Ergo scholares, qui & iuuenis, & non solum præsumptione carent, sed etiam habet præsumptionem cōtraria, videlicet non sciendi, cum. ff. scire, non est scholares, nullius erit autoritatis.

<sup>126</sup> Sed pro parte affirmativa, qd scholares & faciat opin. & numerum in communi, videantur vrgere infra scripta, & primo, quia quemadmodum vbi dubitatur, an vulnus sit mortale nec ne, attenditur & nō solum opinio Medicinae doctorum, sed etiam peritorum, qui doctores non sunt, vt responder Alex. in consil. 15. vñlo processu inquisitio-nes. col. ff. nu. 11. lib. 1. quem referunt, & sequuntur Ias. in l. 1. prop. fin. nu. 5. ff. quod quisque iur. & Alciat. in l. 1. in §. eadem. sub nu. 34. versi. sed in contrarium facit. ff. de ver. obli. per l. 1. §. ne autem quantitas. C. de com. seruo. manu. cum simili.

Ita in proposito in communi constituenda opinio scholares attendi debet, qui aliquo scriptorum genere, vel disputatione, vel alio modo peritum se ostendit.

Secundò, quia facere numerum in communi si potest, qui habet autoritatem, cum communis constituantur numeros, & autoritatem iurisperitorum, & is habet autoritatem, qui est, & præsumitur doctus, & peritus, sed scholares & est huiusmodi, nam scholares est peritus, cū diu, nocte, usq; versatus sit in legali philosophia, nā qui scholares, aliqua vel dicitur, vel in iure cōscribit, semper primus Laureg existit, imo istius eadem

eadem est doctrina, quæ in doctore, cum Doctoratus non det, nec peritiam, nec scientiam, sed solummodo, ut diximus, eam probet.

Item & presumitur, tum quia unusquisque cœletur callere artem, in qua versatur, iuxta illud vulgare, quam quisque norit artem, in hac se exercat. Tum etiam quia scripta, disputationes, & alii hoc genus non minus, quam Laurea doctoratus probat, & attestantur de doctrina, & peritiam, vel disputationis. Quid concludendum?

**130** Evidenter & distinguuntur duos casus. Quorum primus est, in opinione scholaris, qui eam firmavit iuribus, vel rationibus, vel autoritatibus, & tunc conferent eum facere numerum in communione, primo auctoritate Bar. qui licet iuris Lucerna, tamen in suis qq. in q. 2. Pisanæ Cuiitatibus. in solu. in prin. in q. 6. Lapis. in solu. in princ. in q. 7. mulier habens. in solu. in prin. in q. 9. iudex. in solu. in princ. & in q. 14. iudex maleficiorum. in solu. in prin. se remittit iudicio doctoris, & scholaris melius sentientis.

Secundus, quia in tali scholari cessat presumptio contraria, cum simus in claris.

Tertius, & vlti, quia in actibus, in quibus habetur ratio doctrinæ **131** non consideratur & Laurea doctoratus, ex eo deducitur, quia scholaris peritus præfertur doctori ignorantem, ut probatur in l. i. iuncta gl. 1. C. de ann. ciuit. lib. 11. tradit Quintil. Mandos. in comment. ad Regul. Cancel. in reg. 16. q. 17. nu. 2. Ant. Tassar. in Compend. error. notar. cap. 25. nu. 2. cū simi. At in caso nostro habetur ratio doctrina, Merito &c.

Alter casus est, quando sumus in aliquo disto scholaris, ad quod probandum nihil allegauit, & tunc non faciet numerum, & op. quia visus presumptio imperitiae.

Fallit tamen hoc quando istud pronunciatum esset in tractatu, in quo reliqua contenta & conscripta ostenderent eum peritum, & doctum, quia etiam in eo faceret numerum in communione, talis enim scholaris eiusdem est doctrinæ, ac si esset doctoratus, cum isti tractatus, & reliqua fiant non à Tironibus, sed à scholaribus diu in iure versatis.

### IN S P E C T I O XII.

Doctores interdum tractantes aliquam materiam, veniunt ad aliquod caput, & dicunt, de materia istius casus pertractat doctores in l. & vbi lai partem affirmatum communem assertuerat.

Dubitatur, an isti Docto. per solam attestacionem, vel relationem attestacionis de communione op. censeantur communem illam approbare, adeo quod faciant in ea numerum; & nemo hanc difficultatem dissoluit, pro eius itaque resolutione conclusus procedendo, duos distinguentes esse casus existimo.

Alter est, quando docto. loquitur de quæstione ex argumētū, quod ipse principaliter pertractat, & tunc concluderet, non censeret **132** & cum approbase, & non facere opinionem, & numerum pro ea. Nam cum de ea principaliter non agat, si se remittit ad alios de ea tractantes, claram appareat, quod non vult opinionem suam constitutere, & quod dicit talis op. est communis, vult tantummodo ostendere quid sentiant alii, quemadmodum in allegatione aliorum auctoritatum.

Alter casus est, quando quæsto est de materia propria sui tractatus, & tunc dicunt pro ea facere & op. & numerum, quia sunt multa in iure tractati, quae adeo clara sunt, ut nulla indigeant discussione, & ita doctores breuiat consilentes ad alios se remittunt, amplectentes communem op. tanquam veram, & claram.

Praeterea cum rem illam principaliter agant, & totam habeant preminibus, si sententiam aliquam dicunt communem, sententur etiam veram, cum communis vera presumatur, & tanquam veram, & de re iuri ab his principaliter tractatam, velle omnino amplectentur.

### IN S P E C T I O XIII.

Jurisconsultus formas, seu proponens questionem, nec aliter eam **134** decidens presumitur & decidere, & resoluere, prout proponit, unde si proponit affirmatiū, putat An princeps legibus solutus sit, dicitur approbat pars. affirmatiū, quod princeps sic legibus solutus, & si proponit negatiū, putat an princeps legibus non sit solutus, pars. negatiū quod princeps non sit solutus legibus, approbari dicitur.

Istud pronunciatum probatur in l. in rebus, in f. prin. ver. sed videndum. cur gl. ff. commod. in l. f. ver. videamus ne ea pecunia. & ibi no. Fulg. ff. de eccl. & cer. loc. in l. f. ff. de ser. rust. præd. in l. si indebitum. In pris. ff. rem rat. habe. & ita tradit Irner. in gl. pe. in l. sed & si quemque que, in verb. dubitat. ff. ad l. A qui. Soc. in trac. reg. in posterior. in reg. 51. Jurisconsultus, qui format. la. in l. cum fundus. & seruum tuum. col. 4. num. ff. de cer. pe. refert & sequitur Nico. Euerard. in suis loc. lega. in loc. ab autorit. circa med. ver. si autem jurisconsultus, cum simi. Modo dubitatur, an si doctor proponeret quæsto & non resolueret, presumeatur decidere pro ea parte, secundum quam proposuit questionem, & in ea faceret opinionem, & numerum.

Evidenter, licet neminem inueniatur hunc casum in specie tangenter, tamen indistincte concluderem, talem doctorem & neutra sententi approbase opinionem, & per consequens non facere numerum

in communione neutrā expresse firmavit, ut clarum est, ergo non potest facere numerum.

Nec obstat quod dictum est de jurisconsultis, quia eorum dicta hodie lege custodiuntur, & in legibus nullum verbum debet esse superfluum, sed aliquid operari. l. i. cum ibi not. per Doct. ff. quod met. causa. cum simili.

Secus est in dictis doctorum, quia non est absurdum, ut nihil operentur, vel quod non faciant opinionem, quia deseruent falsum ad memorandum.

### IN S P E C T I O XIV.

**136** Docto. assertens unam opinionem veriorem, & æquorem, & invenit contrariam seruari in practica. istud fuit dictum Lancei. De la. l. hoeres absens ff. de iudic. ut refert & sequitur Caesar. Contar. in re p. Idiffamari. in qua st. 11. prop. f. nu. 84. C. de inge. & manum.

Quæatur modò pro qua op. faciat numerum iste doctor propter, quam dicit veriorem, & æquorem, an pro ea, quam innuat seruari practica? In hac difficultate ego imprimis valde dubito de isto dicto Lancei. & sic indistincte intellectum falso est omnino existimo, non clarissimum est in practica attendi opinionem veriorem, & æquorem, licet contraria esset communis, vnde absurdum est, quod doctor dicens opinionem aliquam veriorem, & æquorem, innuat contrariam in praxi seruari.

**138** Quamobrem in se in hoc primo & dubio ita distinguere. Aut a lis doctor prius, vel posterius dixit contrariam opinionem esse communis, & tunc bene potest esse verum, quod innuat istam seruari in practica, dicendo contrariam veriorem, & æquorem: tum quia si non de fute, saltem de facto iudices hodierni inhaerent communibus opinione. tanquam securi carriagio, licet interdum non parum errant, virquit Maria. lun. cons. 131. quæsto proposta. col. 1. numer. 3. lib. 1. ut etiam, quia opinio contra communem potest esse verior peritura, & rationes, que, & quis vi veline tenentes communem opinionem, qui casu licet opinio contraria sit verior, tamen seruanda est communis, ut in fratre suo loco dicimus. & hoc casu iudicio meo potest salvare dictum Lancei. Deccij. Aut doctor simpliciter dicit hanc, vel illam sententiam veriorem, & æquorem nulla habita mentione communis contraria, & tunc falso credo, quod innuat contrariam seruari in praxi, in qua ritor, & æquor opinio attenditur.

Redeundo modo ad principalem dubitationem omissa disputatio **139** ne concludo. Docto. remarem \* in casu, quo innuat contrariam seruari in praxi, approbare sicut etiam veriorem, & æquorem, & propter opinionem & numerum facere ex duobus.

Primo, quia potius adherere debemus expresso tanquam certe, quam tacito, seu presumpto incerto. l. continuus f. c. cum ita. ff. de ver. oblig. l. qui ad certum. ff. locat. cum vulg. Sed talis doctor expressè dici hanc opinionem veriorem, & presumptiuem, ac tacite innuat contrariam seruari in praxi.

Ergo Secundò, & vlti, quia veritas in omnibus debet principalem locum habere. e. quæritur 2. quæsto 7. & æquitas in omnibus spectanda est, & antependantia in omnibus. ff. de reg. fur. l. placuit. C. de iudic. simili. Ergo, licet essent in dubio, tamē debemus credere, saltem doctorem, approbare opinionem veriorem, & æquorem.

### IN S P E C T I O XV.

Glossatores quandoque & etiam alii Doctores, vel propter aliud dinem intellectus, ut post Ang. & alios, quos fusè ad id congerit, voluit Neuiz. In d. Syl. nup. lib. 5. numer. 33. ante med. vel proper alius, adeo obscurè, & perplexè loquuntur, ut non intelligatur, quid ipsi sentiant.

**140** Vnde huic malo remedium datum est, ut tales doctores & seu eorum obscura pronunciata intelligatur secundum leges, quas allegant. doctri. est Bar. in l. non solum. f. liberationis. col. 1. nu. 7. in f. ver. & gl. ista. & ibi alios latè allegant Pomat. in addi. & Card. Alband. in lucubr. nu. 3. ff. de libe. leg. & Bar. sequuntur Roma. consi. 21. allegationes doctoris, in vlti. dubio. col. f. nu. 5. vbi latè alios cumulat. Horat. Madol. in addi. in verb. allegat. Alex. in l. sepe. col. 8. nu. 27. in f. ff. de re iudic. Sal. in l. si ex cautione. col. 6. ver. quæro secundò succel. C. de non numer. pec. Steph. Bertr. in consi. 128. pro pleniori. nu. 5. lib. 1. Caesar. Lambert. in tract. de iur. pat. in 2. lib. par. 1. q. 9. arti. 18. nu. 7. latè l. in l. cum filio. col. 21. nu. 129. ff. de lega. l. Restaur. Castald. post alios in f. cum filio, in gl. f. col. 3. nu. 7. inf. de hære. que ab inceps. Pau. Leon. in tract. substa. in prælud. nu. 77. Iaco. Meno. in trac. de retin. pos. in 3. re. med. nu. 270. Horm. Det. in rep. l. hoc editio. in f. hoc, autem ad f. col. 8. nu. 22. ff. de noui ope. nun. Cor. in consi. 124. ardua primo aspettu. col. pe. nu. 25. li. 2. Soc. in l. a. Diuo Pio. in prin. nu. 47. ff. de re iudic. Marfil. in rub. ff. de fidei. f. nu. 45. Gul. de Bened. in rep. e. Raynarius. in verb. testamentum. co. 1. nu. 62. ext. de testa. Io. Igne. in l. necessaries. & non alias. nu. 118. ff. ad Syl. Nico. Bellon. consi. 16. stat. statutum. prop. f. nu. 10. Hiero. Burig. in rep. l. edita. nu. 1. 101. C. de eden. Cagnol. in l. diem functio. nu. 22. ff. de offi. assessor. Maria. Jun. in l. 1. num. 43. ff. de acqui. pos. Anto. & Leut. inter consi. crimin. divers. To. 2. in consilio. vito

viso supra scripto. nu. 25. & nouissimè Gasp. Cabal. in tract. de eius § 4. nu. 23. & est receptissimum apud omnes.

Modo dubitatur, an doctores isti faciant numerum in communione. 141 Et omisso longiori disquisitione cōclūdo, istos & facere opinionem, & numerum, cum quia est receptū pro indubitate, vt doctores eam partem approbasse censeantur, pro qua faciunt iura, & rationes adducent ita, vt per se sit, ac si expresse firmasset, cum etiam quia quemadmodum sublatro fundamento doctoris corruit eius opinio, ita econtra posito fundamento deberet constitui opinio.

### IN S P E C T I O XVI.

Doctor super aliquo casu firmat opinionem suam, & postea dicit, se contrarium vidisse iudicari, vtrum ille censeatur a sua opinione recessisse per illa verba, & contrarium vidit iudicari, & pro qua parte facit opin. & numerum.

142 Et videbatur eum & censeri recessisse, & facere numerum pro opiniō pro qua vidit iudicare, nam cum pro iudice, & sententia prae sumatur, vt late per Alci. in d. tract. prae sumpt. in regu. 3. prae sumpt. 9. opinio, pro qua iudicatur, verior censebitur, & eam tanquam veriorē approbasse intelligitur.

143 Contrarium tamen. qd. iste Doct. & non censeatur recessisse a sua opinione, & per consequens pro ea facere numerum tenuit Pe. Calles. inter cons. cr. diuers. in cons. 10. spectabilissimi domini. prop̄ si. nu. 15. Tom. 1. 2. impress. quod verū credo ex inscrīptis, licet ipse nihil alleget.

Prīmū, quia cum opinionem suam firmauerit, si ab ea expresse nō recedat, in dubio per illa verba, quod vidit contrarie iudicari, non 144 prae sumitur & incontinenti se corrigeret. Il non ad ea, vbi gl. & Dcc. ff. de cond. & demon. Bar. in l. 1. § & parui. col. 2. sub nu. 5. versi. non est enim verisimilis, quod vi. aut clam. cum adductis per Alc. in d. tract. prae sumpt. reg. 2. prae sumpt. 28. nu. 1. cum seqq.

Praterca. & vlt. quia licet pro iudice, & sententia prae sumatur, nō tamen clarum est, opinionem, contra quam iudicatum est, esse falso, quia potest etiam esse, vt iudex secutus sit sententiā dēteriorē. Vnde ex ista prae sumptione nō est dicendum doctorem recessisse ab opiniō firmata, cum id. si voluisset, exprimere potuisset.

### IN S P E C T I O XVII.

Videmus exp̄issimē, qd. Doctores scribentes super l. doctata pluribus, & diuersis materiis, alij vnam, & alij aliam prae cipiam materiam pertractandam assumunt, reliquias omisissas, dubitatur, an Doct. in materialis omisissis dicantur approbare dicta aliorum, puti. gl. Bar. & sim. 145 & in his facere opinionem, & numerum: & partem & affirmatioā te net D. meus Thob. Noni. in §. posthumorum. col. 17. sub nu. 11. ver. & ita voluit hic Accur. in inst. de exhere. lib. 8. nihil allegat.

Sed ipse omisso disputatione contrarium concludo, nempe docto rem istum & non censeri approbasse, neque numerum pro sis facere, tum quia nulla ratio ad id dicendum nos impellit, tum etiā quia hoc non voluit, quia quemadmodum opinionem suam exp̄ressis in materialis, quas ibi pertractauit, ita, si voluisset, & in aliis exp̄ressisse, non fecit, ergo noluit, argu. l. vnic. §. sin autem ad defic. C. de cadu. col.

### IN S P E C T I O XVIII.

Dubitari possit, nunquid consulentes in aliqua causa faciant numerum pro constituenda communione in illo casu ad virilitatem sui cilen tulli. Et breuitati consilendo concludo. Doctorem scribentem in uno 147 casu & non debere vlo pacto numerari in constituenda communione in illo casu in virilitatem sui clientis, ex duabus.

Primū, quia aducatus est suspensus propter affectionem, quā ha 148bet cause, propter quam affectionē dicitur & aduerfarii eius, cōtra quem consiluit. l. 1. §. si. cum gl. in verb. aduersario. ff. de calum. Doct. omnes, & prae cipia alios allegantes Ang. Bero. col. 12. nu. 38. & Marc. Mant. col. 10. nu. 11. in c. 1. extra d. iud. cum concord.

149 Vnde aducatus in una causa, si in ea sit fatus iudex potest & tanquam suspensus recusari. c. postremo, & ibi gl. in verb. aducati. Abb. & alij extra, le app. Doct. in d. c. 1. de iudic. & est receptissimum.

Quinimodo Doctor aducando contra eum, cum quo fecit pacem, 150 in multis casibus dicitur & pacem rupisse, vt late per Iul. Ferret. in tract. de feri. seu iudic. milit. treg. & pac. nu. 185. vsque ad 190. cōf. simi.

At absurdum est dicere, doctorem suspectū facere mentionem in communi. Ergo, &c.

Secundū, & vlt. quia si aducati facerent numerum pro communione in causa, cuius parlmoniū suscepserint, sequerentur duo maxima absurdā, vnum est occasio maximotum sumptuum, tot enim consuleretur Doctor, quouique communis, & magis com. efficeretur, alterū est absurdum, quia vineāre causas altem dubias, non qui iustitiam souerent, sed qui maiorem pecuniarum quantitatem haberent, qui bus plura consilia peterentur, ac consequens non est admittendum.

Merito Intel. hoc quo ad consilium redditum in illa causa, secus si candeat op̄i prius vel consulendo, vel tractando, vel alio modo fit

masset, quia in aliis locis faceret numerum in communione, etiam in illa causa.

151 Sed non propter hoc ligantes & debent aspernari habere plures & principaliores aduocatos, quia & maximum est indicium eius boni iuris, & quia bona capita, & rationes faciliter excoitant plures, & excellentiores, quam pauci, & minus docti.

### I N S P E C T I O XIX.

Quandoque reperiatur inter consilia vnius insertum consilium alterius Doc. qui & ipsi habet propriorum consiliorū libros separatos, inter quae non reperiatur consilium insertum inter alterius conf. exemplum habemus de quoddam cōf. Bal. inserto inter conf. Ang. conf. 265.

152 Verba autem succedere valeas, quod inter conf. Bald. non inuenitur. Quæritur, an talis doctor in eo conf. faciat numer. & op̄i in communione. Et D. meus Fran. Cant. in suo quoddam pleno, & docto resp. in cōf. tota vis prae sentis controvēsia. in 2. insp. in 2. fund. in fi. loquens d. de conf. Bal. voluit, tanquam suspectum non debere & attendi, nec Bal. numerum facere ob illud conf. ea urgenti ratione, quia aut illud conf. non fuit Bal. ex quo non reperiatur inter eius consilia, aut si fuit, utique Bald. videtur illud recēscere, & consequenter recēscere ab illa op̄i. ex quo non numerauit inter sua consilia. Ego tamen pace tanti viri in casu d. conf. Bal. non credo veram op̄i. eius per infra scripta.

153 Pro resolutione tamen prae sentis dubitationis distinguo duos casus. Quorum primus est, quando doctor inter cuius consilia reperiatur consilium alterius, habetur cum eo vel affinitatem, vt Ang. cōf. Bal. vel consuetudinem, vt scholarium praeceptore, vel sūm. vel amicitiam, vel amicitiae prae sumptionem, vt inter Doct. eiusdem civitatis, vel simili. & tunc credo talem Doctorem facere op̄i. & numerum in Communione.

Nam faciliter potest esse vt aliquis istorum potuerit habere consilium alterius, & propter affinitatem, & amicitiam traditum originale consilij recuperandi, vnde copia apud autorem non remanserit, & id melius est dicere, quād qd consilium non sit autoris, nam cur doctor inter propria consilia inter se cōf. sub nomine alterius, alia ratio esse non potest, nisi consideretur fraus, quae non debet prae sumi, prae sumtum quando alia legitima interpretatione potest adaptari. Item hanc opinionem tenendo evitatur, doctorem certi op̄i. in communione mūtasse, quod est contra reg. l. Lucius in fi. ff. de leg. 2.

Secundus casus est, quando consilium reperiatur inter consilia doctoris, cura quo autor vere, vel verisimiliter nulla familiaritate, affinitate, vel necessitudine fuit cōiunctus, puta qd. vnuus sit Italus, alter Gallus, & sic de simili. & tunc habet locum op̄i. D. inci. quia potest esse consilium situm in aliquā causa ad obtinendū, & postea sic impresum vel si vere fuit proprij autoris, ab eo improbatum censebitur, cū copiam non retinuerit.

### I N S P E C T I O XX.

Reperiuntur in iure opūcula & libelli, quibus nullus est insertus auctor, vnde istos incerti auctorū libros appellare solemus.

Dubitatur, an isti incerti auctores faciant numerum in communione. ni. Equidem arbitror, istos & facere numerum, tum quia video, eos palsum à Doct. bus alegari, tum etiam quia negari non potest, iurisperitum aliquem op̄us illud confēscere, & prout ibi op̄iones protulit, voluisse, & sensisse, neq; nominis auctoris incertitudo debet redire illud op̄us īnane, & frustratorum, vt esset, si allegari nequirit.

155 Verum tamen est, huius incerti auctoris & modicam & exigua esse auctoritatem.

Prīmū, quia non potest cognosci, an autor iste sit antiquus, scripte rit in senectute, maximū nominis viuens extiterit, & simili. & licet liber posset testari de singulari eius doctrina, cum tamen malus, & iniquus esse potuerit, quod posset argui ex illa incerti auctoris inscriptione, auctoritas non probatur, quia deficit alterum requisitum, videlicet vitæ probitas.

Secundū, quia credo, istos libros plerunque non excedere in honestate, & elegantiā, quia si alias esset, vel veri auctoris, vel alterius, qui librum in lucem emiserit, nomen esset appositum.

Tertiū, quia quando in aliqua quaest. iste allegatur, potest esse, qd sit idem cum altero in illa quaest. citato.

Quartū, & vlt. quia potest esse, quod op̄us illud fuerit ab auctore penitus reiectum, vel latrem, & manifeste colligitur, neglectum.

### I N S P E C T I O XXI.

Proposita mihi sunt dubitationē à D. Octavio Simoncello Callien situene, & in genit acuminē, & legali scientia valde prae dito, & mihi semper honorando, vtrum doctor, qui in Indice, seu tabula, seu reperitorio, seu summario aliquius operis aliquid assertat, vel refutat de cōf. op̄i. vel altud agat, qd in op̄e isto non reperiatur, faciat op̄i. & numerum in communione, vel eius arteficio attendenda sit.

156 Et in hac difficultate sanè pulchra, conclusū procedendo, ita & distinguendo concluderem. Auriste Indice est locupletatus ab eius auctore iuribus, auctoritatibus, & rationibus prae ter contenta in op̄e prout est Index. Innocentij, pro quo est apposita Margarit. Baldi.

Index Abbatis Panor. Felipij Sand. Franc. Aret. & aliorū, & tune con*cidentum* est, istos facere numerum & opinionem, & ratio est, quia illi iudices non solum indicis, sed additionis vicem gerunt. Aut iste index est simplex, prout sunt regulariter indices & tunc nec opinions, nec numerum faciet nec attestatio de com. quicquam reuelabit. Siquidem index per se nihil disponit, sed indicat solum vbi res in opere pertractetur.

## IN S P E C T I O X X I I . &amp; vlt.

Doctores quandoque defendunt, & firmant aliquam opin. in genere, & postea dicunt, quæ sententia saltem locum habet in tali calu. Vnde dubitate contingit, An isti per illam adiectionem, quæ sententia saltem, &c. censeantur recessisse ab opinione in genere firmata, & an ea numerum faciant? Et omissoa disputatione vna cum D. meo. Franc. Cantuio in pulchro respon. in cip. donationem, de qua agitur reuocandam, circa med. in 5.c. post princ. ver. & licet Didac. Duen. & forster.

157 Concludo, talem Doct. non censeri recessisse ab opinione in genere firmata, & pro ea numerum facere, nam cum expresse tenuerit eam in genere non censetur in continentie corrigerre velle. Nec quicquam facit adiection illa, quæ sententia saltem, &c. quoniam animaduertere debemus, quæ constituere opinionem, consistit in sola voluntate Doctoris, quæ hoc casu clara appetit, cum expresse firmauerit opinionem in genere, vnde, quando subdit quæ sententia saltem, &c. quo ad voluntatem propriam non recedit ab opin. generali, sed quo ad alios ostendit, opinionem illam in eo casu particulari esse clarissimam. & omnino seruandam, ita in simili probat clare tex. in l. vnic. C. de enen. propin. Vbi vellet Imper. domestica laudis exempla sententiorum prouocare propinquos minorum ad vitæ decoras, sed quoniam ex parte istorum id non perficit, iubet saltem correctionis medicinam compellere, sed non per hoc negat, quin exempla in bonis sufficiant.

Et de his haec sunt, plures alias difficultates suboriri posse, qui Doctores faciunt numerum, & opinionem in Communione, non ignoror, sed ex his aliarum resolutionem facilem esse, mihi persuadeo.

14. Primo quia sententia nulla sit illa dicitur, que specialiter contra leges, vel Senatus consil. vel Principum constitutiones profertur, vt ad literam dicit tex. in l. 1. expressim. ff. de appella. At sententia lata contra communem non est huiusmodi, quia communis non est specialiter lex vel Senatus consil. vel constitutio Principis, vt perse patet, & alia supra pluries declinatus, Merito &c.

Secundo quia communis opinio non facit ius clarum, certum, & firmum, a. leo quod si contra eam sententia feratur, debeat dici contrarentum foris, & ipsius iuris, cum plura possint adesse, quæ eius robur tollerent ut supratit. 9. per totum. Sed ea t̄ est sententia nulla, quæ contra manifestam, certam, & claram iuris formam profertur, l. 2. C. quando proouc. non est necess. Ergo &c.

Tertiū vbi duæ sunt præsumptiones contrariae, licet efficacior tollat præsumptionem minus efficacem, l. diuers. ff. de rest. in integ. tamen 16. non adeo elidit, vt annulet penitus præsumptionem contraria, nam cum præsumptio stat in dubio, quo casu veritas potest esse contra præsumptionem, non debet in totum collere actum contrarium, sed factis est quod eo suspensi contrarius actus præsumptio fulcitur præsumptione, & feratur. A: in calu nostro sunt duæ præsumptiones contrariae altera pro communis, & ista reuera efficacior, ex quo per eam attendit communis, altera pro iudice, & sententia iuxta tradita per Alciat. in tract. præsumpt. reg. 3. præsump. 9. Merito &c.

Quarto & vlt. situatur haec opin. quia communis a communitate acceditibus haberet contradicentes, adeo quod ius illo casu diuersi mode intelligitur, & sententia contra com. dicitur lata contra ius va- 17. riōs habens intellectus, At sententia t̄ etiam contra legem habentem varios intellectus prolata non dicitur nulla. l. cum prolatis & ibi uno ore tradunt Doct. ff. de re iudic. Doct. etiam in & duo fratres l. qui Roma. ff. de verb. obl. & est clarissimum, Ergo &c.

Ex quibus omnibus remaneat clara ista magis communis opinio, vt sententia lata contra communem sit iniqua, & iniusta, non autem nulla.

18. Hanc tamen conclusionem linistarem, quando t̄ communis nullū habet contradictem, & plurimos habet aures, prout est consuetudo Marchi in d. s. a. patre. C. sol. marr. & plures doctri. Barto. & aliorum, quæ nuncquam in dubium refractæ fuerunt, & tanquam leges custodiuntur, nam cum nemo dubitet de his si sententia contra se ratur, erit ipso iure nulla, arg. d. l. si expressim. & d. l. 2. C. quand. prouo. non est nec. & maximè quia talis iniquitas videretur manifesta, & ita postea reperi in fortioribus terminis limitare Vinc. Hercul. in d. l. cum prolatis nu. 10. circa princ.

Sed iuxta hanc conclusi. dubitatur, nunquid sententia lata contra communis simpliciter iniqua, & iniusta, vel etiam notoriè iniquitate continet, & ista indagatio nō caret utilitate, nam si esset iniqua, & iniusta notoriè non mundaretur executioni, secus alios, quia sententia no- toriè iniqua non est execunda, ita tradit Lanfranc. de Orfa. in c. quo nam contra in p̄f. sub nu. 36. versi. item fall. reg. supradicta de probat. And. Barbat. in cons. 1. præclar. scribitur, col. 1. nu. 4. lib. 2. Afflict. decit. 39. per binas relationes, nu. 5. & Cephal. conf. 263. D. Marcus Antoni. col. 3. nu. 18. cum simil.

20. Sed omnino t̄ est retrahenda c. ante ceteras, & ibi Doct. not. ex de- re iudic. & post Host. in l. 1. de ligna. & alios vbi per eum, tradit Imo. in conf. 147. in causa inter Franciscum, col. 6. verli. & pro hac parte, nu. 14. Barbat. d. cons. 1. nu. 4. & 5. cum simil.

Hanc tamen qd. nemine factum repel, sed solum audiui in voce 21. quendam violentem, talem sententiam t̄ esse notoriè iniqua, pro qua opinione videntur vrgere in infra scripta.

In primis quia hodie compertum est, quod communis iudicando est attendenda. Vnde qui contra communem iudicat manifestam iniustitiam facere dicitur, & eius sententiam claram iniquitatē continere.

Secundo & vlt. quia statim arque videmus sententiam contra communem prolatam esse, fatetur iniquam, & qui contrarium dicit, defectum communis probare teneat, ergo iniquitasista per se apparens notoria, & manifesta dici debet.

Ceterum contrarium sustinendo his rationibus possumus respōdere, quod communis ieratur, & attenditur, non quia sit, sed quia præsumitur vera, ex quo sit, vt in multis casibus communis non attendatur. Vnde cum veritas sit præsumpta in communis, iniquitas etiam ex ea prouentis non certa, & clara, sed præsumpta esse dicitur. Quā obrem ipse sum in contraria op̄i. vt sententia lata contra comm. non

<sup>22</sup> sit non notoriè iniqua. Primo quia effectus debet esse eiusdem qualitatis, cuius est ipsa causa : Sed causa iniustitiae, & iniquitatis talis sententiae est veritas presumpta ergo &c.

<sup>23</sup> Secundò, quia notoriè ea dicuntur, quæ omnibus constare possunt, colore nullo offuscantur & probacione nulla indigent, ut palatum in verbè esse, vel simil. Ita ex aliis tradit Jacob. Spiegel. in suo lexic. iur. ciuil. in verb. notoriū. at iniquitas ex sententia lata cōtra communem emanans non est huiusmodi, quia non omnibus patet, cum non exacta, & clara veritate oriatur, & offuscatur quam maximè presumptio, quæ est pro iudice, & sententia. Ergo &c.

Tertio, & ultimè, quia si verum esset, quod hæc sententia esset noriè iniqua sequeretur, quod esset nulla. At consequens est falsum, ut modo supra latè ostendimus. merito &c.

Maior probatur, quia receptissima est Doctorum conclusio, vt sententia notoriè iniqua sit ipso iure nulla. Ita Innoc. in capitulo fratertitatis col. 1. num. 5. circa princip. in verb. dicitur, in fl. ext. de frig. & malefic. Anton. de Burr. Abb. & alij in capit. inter cæteras extra de sentent. & re iud. Gemin. in consili. 48. pro examinatione clariori, column. 4. versicul. patet ergo quod licentia, numer. nono, Roman. sing. 46. iudex pronunciat dico, numero secundo, & ibi Adden. alios allegant Alexand. consil. 77. visis dubitationibus, column. prima, sub numer. 3. versi. item cum contineat, & ibi latè Adden. alios congerit libr. tertio. Ioann. Bertach. in suo report. in verb. sententia notoriè iniqua, Lanfranc. Barbat. & Afflīt. in supra relatis locis, fusē Curt. in cō filio, sexagesimo quinto, super præmissa narratione, column. 3. circa med. numer. 3. propè fin. versi. & apertius, Dec. in consil. octauo, viso punto, & diligenter, column. 4. versi. & manifesta, & notoria, nu. 5. Alexand. de nouo in consil. septuagesimo secundo, lata fuit sententia, circa med. numer. tertio, Nicol. Euerar. in consil. 93. stante sententia fata, propè fin. versiculo, si ergo ex ipso, Guillielm. mayn. in lege, qui vetante, & eius est, column. 2. numer. 3. ff. de reg. iur. & est receptissima opinio.

Ex quibus concluso, sententiam laram contra communem opin. non esse notoriè iniquam, & iniustum, sed solum simpliciter, & præsumptiuè, sed nihilominus retractandum, quod, ut diximus, valde est permolestum iudicii, & hæc quo ad primam ponam.

Secunda est poena, & hæc generalis ut iudex iudicantis contra communem teneatur in consiliatu, ita concludit Angel. in dict. I. cum prolati, sub numer. 3. & ibi sequuntur Imol. post med. sub numer. 2. versi. nam hoc est verum, Alexand. column. fin. sub numer. 22. Ias. in fl. nu. 18. Vincent. Hercul. colu. 4. numer. post 9. par. & alij. ff. de re iudic. Paris. de Put. in tracta de consil. in verb. iudicare. cap. 3. incipit. an si iudex qui dedit numer. 2. cum seqq. Antonius Rondin. in tract. de consil. off. in 17. q. princ. versi. quid si iudex male iudicat, nu. 152. & 157. Fel. in ca. 1. column. pen. num. 5. 4. post princ. versi. & ideo iudicantis, & ibi post alios Mant. sub numer. 109. extra de consili. Dec. in d. ad hec, nu. 43. extra de postul. prælat. Iaffred. Balb. in suis decis. centuria. 1. decisi. 15. iudex qui iudicauit, per tot. Neuiz. in d. filu. nupt. lib. 5. num. 63. Jacob. AE mil. in consil. 13. an fructus percepti, in fl. Lancel. Conrad. in d. libr. de prætor. §. 2. in tit. de sentent. num. 23. in 7. ampl. Maria. tun. in l. qui Romæ, in §. duo fratres. sub numer. 78. ff. de verbis. obl.

Et est communis opinio, & vera, nam iudex faciens iniustitiam tenet in consiliatu, quia talia de causa non est introductus, nisi in poemam iudicium iniquè iudicantium, & in laudem, & gratiam bene se gerentium, ut pulchre deducit Amed. Justin. in tract. de consil. in princ. num. 1. cum 2. seqq.

<sup>27</sup> Imo vera est conclusio ista, etiam si pars contra quam' male iudicatu fuit, appellatur, & postea appellationem deseruerit, nam non per hoc iudex excusat in consiliatu, ista est communis opin. Doct. de qua testatur, & sequitur Abb. in c. epe contingit, column. 6. numer. 17. vbi id pluribus comprobatur, extra de appell.

<sup>28</sup> Quod vero dictum est, iudicem † contra communem iudicantem teneri in consiliatu, restringitur vt, quando opinio contra communem haber complures & graues autores, mitius iudex punfatur, ita dictu Barto. in d. cum prolati in fin. numer. 3. ff. de re iudicat. intelligit ibi Angel. circa med. versi. subdenc. quod iudex, numer. 3. quem ibidem referunt, & sequuntur Alexand. col. fl. nu. 22. Ias. in fl. numer. 17. in fin. & seq. Vincent. Hercul. col. 4. sub numer. 9. & cæteri vno ore quod comprobatur coniungendo dicta Bart. ibi, & in l. fl. numer. 5. C. de poen. iud. qui mal. iud. vbi declarat in quo debeat puniri.

<sup>29</sup> Adhanc tamē euitandam Doctores dant † cautelam ut iudex, qui vult contra communem iudicare, & non teneri in consiliatu, reperiat aliquem suum præceptorem contra ipsam communem tenentem, quia tunc secutus opinionem præceptoris contra communem non tenebitur in consiliatu, ita tradunt Ias. in l. interdum §. 1. in fin. & ibi Purpur. in addit. ff. de verb. oblig. Thom. Ferrat. in tract. cautel. in cautel. 3. manifestum est quod iudex, per tot. Neuiz. in d. fil. nup. lib. quinto, numer. 38. post princ. versiculo, & propterea opinio præcep. & in 5. ampliat. sub numero 63. in fin. versiculo secundo mo-

derant, Marc. Mant. in dicto capitulo primo. nume. 110. ext. de consti. cum simili.

Mouentur isti ex celebri dicto Oldrad. quod qui se querit opinio nem sui præceptoris † excusatur, ita Oldr. in l. quæstum. §. 1. ff. de sun. instruc. quem referunt, & sequuntur Abb. in c. 1. col. 7. in fl. ver. & d. vide not. dictum Oldra. num. 25. de postul. præla. And. Barb. in procem. cle. in 2. lect. in §. salutem. col. 11. in priu. 49. nu. 73. Vincen. Paleot. in l. 1. ver. adde, quod iudex. fl. si cer. pe. quem refert Ferrat. ibid. nu. 3. Fel. alios allegant in d. c. 1. col. 1. ver. 5. no. nu. 56. de consil. & ibi Benedict. Vared. in addit. Soc. in consil. 4. 4. in præsentis consultatione loquar. col. 3. versi. nam dicebat Oldra. nume. 7. l. 1. cum adductis per Neuiz. vbi supra nu. 37. in fl. & alij passim vno ore, & est approbatum, & verum, rum quia debemus defendere opinionem Præceptoris, cum etiā quia discentem oportet credere.

<sup>31</sup> Quod dictum intell. † quando præceptor est excellens, secus alij, quia omittens communem teneretur in consiliatu, ita Purpura. Neuz. & alij in isdem locis, quia opinio imperiti non censetur bona.

<sup>32</sup> Ex quo scholares aduertent † deberent, quem sibi in præceptorem eligant, & sola doctrina, & scientia Doct. non verò pretibus, & precio moueri deberent, ut multi faciunt, & male, ut pluribus aduertit Cacialup. de mod. studen. in 3. docum. nam præterquam quod à perito meliore, & saniorem hauriet doctrinam, rubeuntur etiam eius præ fidio in consiliatu.

Cæterum quicquid isti dicant, videlicet, Judicem opii. præceptoris secutum † excusari in consiliatu, si contra communem iudicauerit, id mihi nullo pacto satisfaci, cuius etiam opii est apostol. ad d. caur. Ferrat. & hoc in effectu volunt Camil. Plaut. Neuiz. & Conrad. relati suprà tit. 9. cap. 8. nu. 33. volentes communem esse attendandam, licet contra eam teneri præceptor.

Et id ex duobus, I. imprimis, quia præceptor est solus, & modernus, Doctores verò tenentes communem sunt plures, & grauiores, vnde maior est veritatis præsumptio pro communi.

Postremò, quia sequeretur, quod non secundum veritatem, sed somiam affectionem esset iudicandum, quod est peruertere iudicium Christi, c. quicunque. 11. q. 3. Nec quicquam obstat dictum Oldra. quoniam illud procedit in dubio, secus verò quando appareat de contraria veritate certa, vel præsumpta, quia tunc amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica veritas, & est clarissimum, vnde indistinctè concludendum est, iudicantem contra communem teneri in consiliatu.

Tertia est imposita poena contra communem iudicantibus, & hæc specialis, ut in consiliatu † teneatur ad interesse partibus, ita post alios tradit Lancil. Conrad. vbi suprà nu. 38. & Roland. a Val. in consil. 46. quia in quacunque materia, sub nu. 2. lib. 2.

<sup>35</sup> Et verum est, nam iudex cōtra communem iudicantis † cœsetur ignarus, & proper ignorantiam iudicare, ita tradit Bal. in l. fin. column. 2. versi. quero nunquid imperiti nu. 9. C. de poen. iud. qui mal. iud. que ad id referunt, & sequuntur Alex. in consil. 95. visis processibus. col. 2. in fl. lib. 2. l. scindunt. §. fl. column. penul. sub numer. 7. versi. in d. iudex dicitur. fl. qui satid. cog. Ferdin. Loazz. in repe. l. filius familiæ. §. di u. column. 67. in prin. versi. quia vt inquit Ang. nu. 17. ff. de legat. 1. Thom. Ferrat. post alios in d. caur. 31. nu. 1. in fin. & ibi Adden. Curt. in consil. 42. quia inquit Bal. col. 4. in fl. nu. 14. circa præl. Neuiz. ibidem nu. 3. Catel. Cot. in Memorial. in verb. opinio communis in iudicando. post præl. ver. hiç no. Bal. Nico. Arelat. in addit. ad Alciat. in tracta. præsumpt. in regu. 1. præsumpt. 51. sub numer. 2. in addit. incip. adde no. rex. t. post med. ver. & inquit Ange. Lance. Conrad. vbi suprà nu. 22. Valent. Forster in tract. de success. ab intesta. in 4. conclus. sub 4. fundamen. versi. & Alex. consil. fol. 278. Marc. Mant. in d. c. 1. sub numer. 109. post Fran. Cosci. in vlt. quæst. sub numer. 2. 3. in Addit. in litera B. de consil. idem Mant. consil. 134. cum his proximis exactis, col. 2. nu. 11. lib. 1. Roland. a Val. consil. 60. ponderatis diligenter. nu. 39. lib. 1. & consil. 6. vñlo thema te. col. 4. nu. 2. lib. 3. & alij plures passim.

Et ista est commu. & recepta sententia nullum quem viderim, habes contradictorem, quinimodo iudicantis contra communem † temerarius dicitur secundum Iognem. Ign. in l. 3. si quisquam column. 7. versi. quare cum hæc opinio numero 20. ff. ad Syllan. quem refert, & sequitur Franc. Cosci. in dicto cap. 1. in vltim. quæst. sub numero 23. de constitutione.

<sup>37</sup> Sed iudex ferens sententiam iniusta ex ignorantia † tenetur ad intereste, ut tradit Io. Fab. in fl. sub numer. 2. & ibi Ang. Arelat. in fl. Gramma. proprie. fl. numer. 9. & alij in fl. quibus ex caus. manum. non licet. & post alios Card. Alban. in Lucubr. ad Bart. in l. quia etiam §. ex quibus. nu. 1. ff. de alio. iud. mut. cau. fact. Ergo &c.

Quarta est specialis poena, ut iudex iudicantis contra communem † faciat item suam, ita tradit Bartolus in dicta final. proprie. fl. sub numero 5. C. de poen. iud. qui mal. iudic. Angel. Arelat. in princ. instit. de obligatione. que ex qua delicto. sub numero 7. Thoma. Ferratus in dicta cauel. 31. sub numero 1. circa medium, versiculo, alij si iudex. Felinus alios allegans in dicto cap. 1. column. penul. sub numer. 5. 4. vers.

- & ideo iudicans, & ibi Mant. sub numero centesimo nono, de consti. Alciat. in dict. reg. 1. presumpt. 51. num. 6. ranc. Rip. in resp. p. primo numero octauo, in titulo de restit. spoliat. & remed. can. reinit. Lancell. Conrad. in d. lib. de prætor. §. 2. ut de sentent. numer. 32. vbi plures cumulant. Aug. Bero. in confilio. 15. an locatio ad affitum, column. 3. sub numero 19. libr. 1. & in consti. 78. in præsenti causa super. colum. 3. sub numero 3. libr. 2. Cagnol. in l. 1. nume. 157. ff. cert. Rober. Marian. in suis disputationibus, inferunt post specul. de ord. Iud. in disputatione. 10. filia quædam à parte, sub nume. 48. Camil. Plaut. in rubr. ff. de verborum obli. libr. 1. nu. 10. & seq. Roland. d. Vall. dict. consti. 46. nu. 9. lib. 2. Fran. Viui. in tracta. comm. opin. lib. 1. in d. opin. 182. circa princ. Card. Alban. in Lucubracione Bart. in l. s. Iudex. numer. 1. ff. de var. & extraord. cog. 10. Bap. Afin. in prax. iudic. §. 32. capitul. 35. post princ. versic. & ideo dicitur, & alij passim, & est communis, & recepta op. vt ex numero, & autoritate eam tenentium apparet, cui & ipse adhaereo.
- Tum quia cōtra comm. iudicans iniquū, & iniustū pronunciar, & 39 iniquū iudicans † facit item suum l. s. filius fam. & ibi Docto. ff. de iudic. d. l. fin. C. de poen. iud. qui mal. iud. Inst. de oblig. que ex quasi delict. in princ. Bart. in lege 1. nu. 6. & ibi alij. C. quomodo & quand. Jud. Cor. in consti. centesimo vigesimo, & et in hac consil. In l. s. libr. 3. Claud. de Battand. in sua pract. crimin. in reg. 42. Iudex in criminalibus, nume. 1. cum simil.
- 40 Tum etiam quia iudex per imperitiam male iudicans † facit item suum. text. clarus in l. s. fin. ff. de var. & extraord. cog. in d. prin. Inst. de oblig. que ex quasi delict. Glos. Barto. & cæteri communiter per illum text. in dict. l. s. filius fam. ff. de iudic. Corn. in consti. 35. videtur prima facie dicendum, colum. fi. num. 6. lib. 3. Claud. de Bartan. in d. pract. crimin. in reg. 42. numer. 2. cum concord. & iudicans contra com. per im- peritiam iudicare dicitur, vt supra.
- Cæterum contra hanc receptionem traditionem videtur obstare q. Iu- 41 dex ferens sententiam nullam † non facit item suum, vt tradit. Glos. in d. l. fin. & ibi Bart. remittens se ad ea, quæ tradidit in suis qq. in 9. q. Iudex per imperitiam, in 1. part. nume. 5. & cæteri. ff. de var. & extraord. cog. Ange. in l. s. hec verba, numer. 2. & ibi Alex. numer. 3. Rip. column. 1. num. 4. & reliqui. ff. quod quisquis. Iml. in l. s. colum. 3. sub numero. 4. versi. sed iux. prædicta occurrit. ff. de appell. & in cap. ff. ven- ditor. colum. 5. numer. 12. versi. & pro predictis etiam, ext. de emp. & vend. Partis de put. in tract. de findic. in verb. lis sua, capitul. 4. incip. an Iudex. qui facit, numer. 2. & alij passim, & est communis opinio, cui non inueni contradictorem, & tamen Index ferens sententiam nullam, magis delinquit quam qui profert in iustam, cum maior excellitus requiratur in annullingate actum, quam in reddito iniustū, vt in sen- tentia tradunt uno ore Doct. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, & patet ad sensum.
- 42 At vbi maius † est delictum, ibi quoque maior debet esse poena. l. respiciendum, cum simil. ff. de poen. merito &c.
- 43 Verum facilis est solutio, nam reg. d. l. respiciendum, procedit † quādo poena infligitur ratione delicti, secus vero alia, quia non entis nullae sunt partes, sed iudex ferens sententiam iniquam facit item suum nō ratione majoris, vel minoris iniustitiae, sed solum ad refarcendum dānum parti lae, quæ ratio non militat in iudice nullam sententiam proferente, quæ nullo pacto obest parti, contra quam est lata, cum nō transeat in rem iudicatam, nec executionem mereatur. Ergo &c.
- Statigatur firma conclusio, iudicantē contra Communem op. fa- 44 cere item suam.
- 44 Quæ cōclusio est vera? secundū Alcia. in d. præsumpt. 51. nu. 6. quādo interuenit dolus ipsius iudicis, secus alia, motum per d. l. fin. C. de poen. iud. qui mal. iud. & metus videtur facere ad hoc d. l. si filius fa. ff. de iud.
- 45 Sed ista restrictio nihil non placet, nam ex culpa etiam Index iniquam ferens facit item suam cum propter ignorantiam iniquam iudicantis faciat item suam secundum gl. communiter approbatam in dict. l. s. filius fam. & ignorantia culpa acribitur, non dolo. l. imperitia ff. de reg. iur.
- Nec ob d. l. s. & d. l. s. filius fam. pro Alcia. inducit, quoniam d. l. fin. continet rescriptum redditum ab Imperatore in quadam casu occurrenti, in quo iudex præcio, vel gratia corruptus male iudicavit, & interuenit dolus, sed non negat ibi text. neque tacite, neque expressè, quia iudex male iudicans ex culpa faciat item suam. Ad dict. l. s. filius fam. quæ valde virg. resp. quod ille text. non procedit, quia ad hoc, vt iudex faciat item suam, sed vt teneatur ad veram l. s. estimatio- ne, ita Glos. ibi in verb. intelligitur, & cæteri, qui in intellectu saltem admittendis est pro concordia dict. legis si filius famili. cum dict. leg. fin. ff. de var. & extraord. cog. quæ alias essent contrariae, & sic con- 46 cluso ista et ampl. licet iudex sit in culpa tantum. Ampl. secundū † etiam si iudex, qui contra communem iudicavit, securus sit consilium sapientis, quod vigore stat, vel alterius dispositionis sequi tenebatur. nam & hoc casu iudex ferens sententiam iniquam facit item suam ita tradit. Bartolus in lege, si conuenierit, circa mod. versiculo, quædam iudex, numero quarto, & ibi sequuntur. Paulus de Castro
- post prim. versic. quid autem si fuisset dictum, Alexand. col. pen. versiculo, item in quantum Bar. Iaso. column. pen. versiculo, extra gloss. querit, numero decimo octavo, & reliqui communiter. ff. de re iu- dic. Abb. in capitulo tertio, column. finali numero octavo, & ibi post alios Felic. column. penultima numero quinto, in fin. versiculo, utrum autem is, extra de offic. deleg. Socin. in confilio vigesimo- quartu, vñis ac diligenter, column. secunda, in princip. versiculo vñterius etiam posito, numero tertio, & quarto, libro primo. Bolo- gnin. in repet. authen. habita. numero centesimo quadragesimo ter- tio. C. ne fil. pro patr. & alij passim, & est communis, vt per se patet.
- 47 Fall. tamen prædicta † conclusio, quando iudex ferret senten- tiā ex confilio sapientis, cui stat. vel alia dispositio stari omnino iubet, ita tradit. Bartol. in l. s. conuenierit, numero quarto. Felic. in d. capitulo tertio, sub numero sexto, & sequuntur Doctor. communiter vt testatur Paul. de Castro ibidem versiculo, & per istam legem. Vn. de Barto. ibi tradit pro cautela, vt iudex in talis casu curet apponendā talem clausulam.
- 48 Fall. † etiam si potest dari casus in proposito, quando iudex ipse neque in dolo, neque in lata culpa, sed solum esset in leui, vel leuisi- ma, vt pura quando iudex erraret in aliqua iuris subtilitate, quia tunc non faceret item suam iudicando contra communem, & id tradunt Do & passim, & est clarum, ideo non infist.
- Pro complemento istius poenæ sciendum est, quod item suam 49 est pars eius, qui iniuria absolutus est, suscipere, ipsiusque causam pro sua coactum defendere, ita explicat doctus, & elegans Franci. Hotom. in comment. verb. fur. in ver. item suam fa- cere.
- 50 Erad omnes supradictas poenas tenetur † iudicans contra cōmuniū, etiā si pars lexa non appellauerit, vel nō potuerit, appellare, vel si ap- 51 pellauerit etiā si succubuerit, vel appellationē deseruerit, vel appella- tionē exp̄sē renunciaverit, ita post alios tradit. Lancell. Cōrad. in dict. titu. de sent. sub nu. 32. & seq. in tercia & quarta, 5. & 6. ampliat. & cre- do verum, nam ista omnia parti contrariae prosunt, non autem Iudi- ci, vt dixit. Castren. in d. l. s. filius famili. col. prima, sub nume. septimo ff. de iud.
- Quinta, & ultim. imponitur poena Iudici contra communem iudi- 51 canti, vt † teneatur in conscientia, & sic in foro poli. ita à cōtrario sen- fu voluit Marian. Jun. in consti. centesimo trigesimo primo, quæst. pro posita, col. 1. nu. 2. lib. 1.
- 52 Et verum credo, nam iudex per imperitiam male iudicans † pec- cat, & tenetur in conscientia, vt post Inno. & Petr. de bellaper. cōcludit Cyn. in auth. hodie, post med. C. de iud. & clar. patet. quia ad mittunt eriam summītæ, communem attendi debere, vt per Summ. Ang. in tit. de opin. §. 1. post princ. vers. si vero non possunt concorda ri, & Summ. Thabien. cod. tit. de opin. §. 4. post princ.
- Præterea posse dubitari, an iudicantē contra communem tene- 53 tur actione iniuriarum, & Conrad. ibidem sub num. 27. in 15. limit. re- spondit non teneri, & est verissimum, quia factum iudicis non indu- cit actionem iniuriarum, etiam quod iniustam sententiam proferat, vt est text. clarus in l. iniuriarū. §. si quis in honoribus, ver. ergo si quis, & ibi glo. in verb. idem, & reliqui. ff. de iniur.
- Et hæ sunt poenæ quæ iudicib⁹ contra communem iudicantib⁹ sunt impositæ in vindicatu.
- Sed non parua est hæ statio inter doctores, an iste iudex in vindicatu condemnatus posset repetrere, quod poenæ ratione soluit, ab eo, in cuius fauorem tulit sententiam iniquam?
- Ei in hac q. duæ sunt principales Doct. sententiae, quarum Prima 54 est affirmativa, vt possit repetrere, ita tradit. Specul. in tit. de expen. §. postremo, col. 1. ver. & si iudex, num. 5. quem referit, & sequuntur Luc. de pen. in l. missi opinatores, col. penult. in verb. seruata, vers. ex hoc collig- gitur. C. de exact. tribut. lib. 10. Amed. Justi. in tract. de findic. sub num. 12. 6. licet cum moderamine, idē videtur sequi. Carvald. de Bon. comp. in tract. pariter de findic. q. 4. 6. num. 29. in fin. pro hac etiam sententia adducitur Ang. in l. stichum. §. si mandato, post med. num. 1. ff. de solut. Sed Ange. tener contrarium in casu nostro, & vbi videtur facere con- tra, loquitur in longe diuersis terminis, vt declarat ipsem in l. mancipia, in princip. num. 2. & 3. C. de seru. fugit. & infra latius ostendimus.
- Mouentur atrem isti prædicti ex dict. lege missi opinatores. C. de exact. tribut. lib. 10. vbi iudicib⁹, qui per annum non exigentes, quod militibus debetur, de proprio exoluere coguntur, reseruata est repetitio aduersus obnoxios, & quibus exigi pecunia non po- tuit.
- Huic text. resp. imprimis Bald. in §. iudicces. & Angel. in lege, man- cipia, infra allegandis, procedere decisionem illius text. in executori simplici, qui facit item suam ex negligencia merita executionis, secus in iudice, qui ex sententia iniqua facit item suam, vnde non tantum debet paniri negligencia in faciendo, quantum culpa seu dolus iniquæ iudicantis.

Secundò, & melius iudicio meo respon. Ange. Imol. & Roma. in locis mox allegandis, quod iudex ibi soluit illud, ad quod hi, contra quos referuata est actio, debet tenebantur fisco iure actionis: vnde cum iudex istorum negotia utiliter gerat liberando eos à debito propria solutione, iuxta l. soluendo. ff. de nego. gesit.

Non mirum, si habeat contra ipsos actionem rependendi, sed secus est in proposita questione in qua iudex soluit, non quod pars viatrix, sed ad quod ipsenit propriâ culpa, vel dolo, obligatus erat: vnde cum pena fuos tenere debeat autores, Non miru, si non est referuata actio ipsi iudicii contra partem viatrixem innocentem.

**55** Quamobrem altera huic superiori contraria est opinio, vt iudex in syndicatu condemnatus non habeat actionem ad repetendum, quod soluit parti, pro qua male iudicauit, & huius sententia auriga fuit Bal. in l. sancimus. in fine, C. de iudic. & in cap. .i. §. iudiccs. col. 2. sub nume. 2. versi sed nunquid iudex, qui, in titu. de pace iura. fit. in vñb. feud. Ange. in l. si quis dolo. §. si quis. post med. versi. in glo. accepit. quem ibi sequitur Alexan.. post med. nume. 2. & 3. ff. de re iudica. idem Ange. in l. Sticho. §. si mandato. in fine, ff. de solutionib. & in l. mancipia. in princ. nume. 2. & seq. C. de seruis fugiti. hoc idem voluit lo. de Placea in dicta l. missi opinatores. col. penul. in fin. in 4. notab. post princ. versicu. & per hoc allegat hanc. C. de exa. & tribu. lib. 10. Imola in l. si tertius. §. fin. post med. versi. & proper illam legem. & ibi Roma. prop. fin. nume. 7. ff. de aqua plu. arcen. latè Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo, lis sua. dicto cap. 4. incip. an iudex qui facit. in prin. & nume. 1. per totum. idem Alexan. in l. properandum. §. siue autem alterutra. col. penul. versi. quærit hic Sali. nu. 30. & ibi l. col. fina. versi. quartu. & vltim. nu. 33. & 34. C. de iudic. hanc quoque op. verò tenet Cataldi. in dicto tract. de syndic. q. 4. nu. 79. per totum, & præcipu. in fine, quia eius dicta debent intelligi secundum Ruge. in dicta l. mancipia. cum quo ibi concludit, licet eum malè referat, & Lancel. Conrad. dicto libro de Præto. §. 2. in tit. de senten. nu. 36. cum hanc vltimo loco referat, & plures pro ea alleget, iuxta glo. communiter approbatam in l. qui filium. §. si. ff. ad Trebel. & hanc eandem sententiam sequuntur alij passim, adeo quod non sit dubitandum, quin ista sit recepta, & communis opinio.

Mouentur isti, in primis ex dicta l. mancipia. iuncta glo. fin. in princ. Bald. col. fina. nume. 6. & alijs, C. de seruis fugiti. vbi si defensor ciuitatis fuerit negligens in requirendo solicitatore, & reuocando seruo solicita to, tenetur reddere duos seruos, & poenam soluere, & id secundum glo. Bald. & alijs ibi, in pœnam quasi litis estimationem praestando, nullumque ius acquirit contra solicitatorem, cui ipse negligentia propria fuit. At hoc idem evenit in casu nostro, quia iudex condemnatur in syndicatu, propter negligentiam, vel ignorantiam, vel malitiam commissam in ferendo sententiam iniquam. Ergo, &c.

Secundò condemnatur in syndicatu ob delictum à se perpetratum, proferendo sententiam iniquam, & sic quo ad iudicem ista condemnatio est mera. pœna, vt tradit Bald. in dicta l. mancipia. nume. 6. & alijs.

Pars verò viatrix ex iniusta sententia in nulla est culpa, cum iudex secundum propriam conscientiam, non secundum partis voluntatem sententiam proferat, at pœna debet sequi autorem delicti, l. sancimus. C. de pœnis. cum simili. Ergo, &c.

Tertiò, & vltimò alijs omisi, comprobatur opinio ista ex eo, Nam Reipu. interest, ne delicta remaneant impunita, lita vulneratus. §. quod si quis absurdè. ff. ad leg. Aquil. vbi gloss. concordantia congerit, cap. vt famæ. extrâ de senten. excommu. cum vulg. At si iudex in syndicatu con demnatus haberet regressum contra eum, in cuius fauorem iniquam uit sententiam, eius delictum remaneret impunitum. Ergo, &c.

Ex quibus ipse pertransico cum hac posteriori sententia, & communis, tanquam de iure veteriori.

**56** Fallit tamen ista conclusio secundum Lancel. Conrad. sub dicto nu. 36. in fine, quando sufficeret facta conuentio inter iudicem, & partem de conseruando ipso iudice indemni, quod afferit se videlicet seruari in quadam iudice condemnato in syndicatu, cui pars indemnitatem promiserat.

Nam iudex tamen sententiam ferat, potest à parte cautionem recipere de indemnitate, l. si quis vxori. in §. si fugitiuum. vbi not. Barto. sub nume. 2. & ibi sequitur Alex. in additio. in verbo, de conseruando. Angel. circa med. versicu. item allegatur. nume. 3. & alijs. ff. de furt. & Barto. refert, & sequitur Hippoly. Marci. in rubri. ff. de fideiuss. col. 62. in prin. in quæst. 4. nu. 316. Conrad. ibid. nu. 27.

**57** Ceterum istam fallentiam tamen penitus talam existimo, Nam doctrina Barto. in dicto §. si fugitiuum. non procedit in terminis quæstionis nostræ, in qua iudex recepit cautionem de indenitate ex turpi causa, videlicet, vt pro se iniquam sententiam proferat, quod est prohibitum. l. i. & ibi Docto. de fals.

Nam ex cautione facta ob turpem causam, nihil potest peti. l. i. & ibi latè Bald. & ceteri, C. de condi. ob turp. cau. & ita in propriis terminis restringit Alexan. in dicta additio. per dictam l. i. & not. ibi Bal. quæ limitatio clare deducitur ex dicto §. si fugitiuum. vbi iudex recipit fideiussores de indemnitate, non propter damnum proueniens ex errore iuriis, & sic ob turpem causam, pura quod ille fugitiuum sit iustè, an iniurias.

Stè relaxandus, sed propter damnum proficisciens ex errore facti, vide cet, an ille, qui curat relaxandum fugitiuum, sit verus creditor, necne: cum error facti excusat, non mirum si iudex potest recipere cautionem in demnitatis.

Itaque cōclusio supra facta est ampla meo iudicio, etiam si pars promisit iudicii de conseruando indemni, alias delictum remaneret in nisi 59 punitum in iudice, verè tamen limitatur supradicta conclusio, quandu sumus in pœna eatum rerum, ad quas pars iniuste absoluta, iure actione nis tenebatur: utputa quando iudex est condemnatus in syndicatu in ratiocinis expensis, ad quas altera pars iure actionis tenebatur ex dispositione statut, vel alio modo, & iudex non condemnauit, nam tunc ver habebit regressum contra partem iniuste ab his absolutorum, ita Imol. iudicta l. si tertius. §. fin. in fi. & ibi Roma. in fi. Alexan. in dicta l. si quis doo lo. in fi. sub nu. 3. & alijs, & ratio est, quia cum pars ad eas teneretur, iudex soluendo eam liberauit, & sic eius negotia utiliter gessit, vnde merito regressum pro illarum restituitione contra partem absolutam habere dicitur per supradicta.

## Ignorantia Communis opinionis, an excusat à pœna recedentes ab ea.

### TI T V L V S XIII.

#### Summa Notabilium.

- 1  Gnorantia communis non excusat. Contrarium nu. 5.  
Resolutio per distinctionem trium casuum. nu. 12. 13. 18.
- 2 Communis habetur tanquam ius, & eius ignorantia dicitur iuris. Contrarium nume. 5. cum seq.
- 3 Communem opinionem scire vñusquisque tenetur. Fallit nu. 18.
- 4 Ignorantia facti, quod ignorans investigare tenebatur ratione officij, vel alio modo, non excusat.  
Item facti manifesti. nu. 14.
- 5 Differentia inter legem, & communem opinionem.
- 6 Lex debet publicari ad hoc vt effectum suum operetur.
- 7 Ignorantia iuris dubi, & obscuri excusat.
- 8 Difficultas excusat à pœna legali. Fallit nu. 19.
- 9 Difficultas maxima equiparatur impossibilitati.
- 10 Comunes opiniones reperire, est valde difficile.
- 11 Doctores colligentes communis opiniones, maxima laude digni.
- 12 Libros communis opinionum esse emendos.
- 13 Moderni antiquos referentes, magis sunt allegandi.
- 14 Libros plures habere vtile, & studendum esse.
- 21 Cautela pro litigantibus locorum, vbi non est copia librorum.



A T I S superque explanauimus, qua pœna afficiatur recedentes à communis opinione Doctorum, nūc pro complemento huius tractatus quæro de pulchro. & utili dubio à nemine, quem viderim, adhuc explicito. An ignorantia cōmuniis opinionis excusat à pœna na partem, Aduocatum, & iudicem ab ea recedentes? Fingamus, aliquem in casu proposito ignorare, quæ opinio sit communis, & adherere opinioni contraria ipsi communi, quam ignorabat, quod plures potest contingere saltem ob penuriam librorum.

**1** Et in hac quæstione pro parte negativa, vt ignorantia nō excusat, videntur vrgere plura, & in primis, quia ignorantia cōmuniis est ignorantia iuris: liquidem communis t̄ ex quo habet presumptionem pro se, tanquam ius seruatur, vt latè suprà in Prafa. nu. 30. cum seq. & sic ius ipsum dicitur, vnde t̄ vñusquisque communem scire tenetur, vt voluit Aldobr. in addit. ad Horman. Det. in repe. l. 4. §. Caro. sub nu. 283. in verbo, judicando circa me. ver. & si quis. ff. de ver. obli. sed ignorantia iuris non excusat. l. l. regula. & ferè per tot. ff. de iur. & fa. igno. Ergo, &c.

Secundò, quia licet ignorantia communis non diceretur iuris, sed facti, adhuc non excularer. Nam tenemur omnino perquirere, quæ sit cōmuniis opinio, cum ea seruanda sit. Sed t̄ ignorantia facti, quod quis in uestigare tenetur ratione sui officij, vel alio vinculo, non excusat. ca. innotuit. & ibi Anto. de Burt. Abb. Imo. & alijs. de elect. l. regula. §. & facti. versi. diligenter inquirendo, ff. de iur. & fac. igno. l. error. C. eod. cum si. & post alios ita concludit Pau. Culf. in confi. 163. vñlo puncto suprascripro. prop. versi. similiter nec prætensa. lib. 2. Soci. in tra. & regu. in reg. 176. ignorantia circa factum alienum. in l. fallen. nu. 1. Crauet. in confi. 225. de tribus principaliter. col. 3. nume. 4. Natta in confi. 59. circa presentem casum. col. 3. nume. 9. circa prin. versi. tamen istud fallit, in l. To. Iaco. Mandel. in confi. 18. si tutor iste. col. 2. versi. secundo modo. num. 4. l. Cephal. in confi. 218. Valentia magnifica. col. 3. nu. 15. in 2. l. Rolan. à Valle in confi. 72. stante statuto inclytæ. co. 4. nu. 21. & 22. libro 3. & est reperiſſima opinio, vt per se patet: & veriſima propter negligentiam. l. si pupillus. in fi. ff. de his quæ in frau. cred. & tradit Rolan. dicto consilio 72. nu. 23. Merito, &c.

Tertiò & vltimò juuat hanc partem negatiuam, quia si verum esset ignorantiam communis excusat debere, sequeretur, quod nihil inter-  
esse attendere, vel non communem op. cùm vniusque post dicens  
se eam ignorasse, & scientia esset probanda. At consequens est quām  
absurdum ergo, &c.

Pro contraria verò parte, q. t̄ ignorantia communis debeat excusa-  
re à poena, suadent ista: Primo, quia hanc non est ignorantia juris, sed fa-  
cti, nam licet verum sit, q. quando constat de aliqua communis opin. de  
ea iudicetur tanquam de iure propter presumptionem, qua est pro cō-  
muni, tamen hanc vel illam op. celi vel non esse, communem est quid  
facti, cùm constitutatur dictis plurim Doctor. item & scire que sit com-  
munis ex duabus, vel pluribus opin. pariter est facti, cùm communis co-  
gnoscatur per exquitationem, numerationem, & ponderationem autorū.  
Nec dicitur, si hoc pœto consideraretur ignorantia facti, sequeretur, q.  
etiam ignorantia legis diceretur facti, quia in condendo legem interuen-  
nit unius, sed & voluntas & verba Principis cōdentes, quae sunt facti,  
& eodem modo in sciendo, quid velit lex, concurredit legis intentio, in-  
specatio, & lectio, que pariter sunt facti, quod est quām absurdissimum.

Quoniam reponit diuersam hoc calu esse rationem in lege, & cō-  
muni op. nam lex in suis terminis semper idem decidit, sed in una que-  
stione hodie vna opinio potest esse communis, cras verò contraria ma-  
gis cōmuni, vnde frequenter factum interuenit in cōmuni, q. in lege.

Præterea factum quod in lege confideratur, est notorium, & mani-  
stum, nam lex ad hoc ut suum effectum operetur, debet publicari, alias  
eam non seruans non debet puniri, ut posse Bal. Deci. Cæpol. & alios re-  
spondit Rolan. à Valle in cons. 39. vñlo statuto. nu. 4. lib. 2. quem refert  
& sequitur excellens Do. meus Fran. Cantuarius in quodam suo pleno re-  
spon. incip. quatuor videntur esse dubia. in 2. dub. versi. tertio principa-  
liter non oblit. Communis verò non solum non publicatur, postquam  
est inducta, sed etiam vix potest reperi maximo labore, & diligentia,  
sed ignorantia facti notorij non excusat, ut infra, ergo, &c.

Ex quibus appetit ignorantiam communis esse facti, non iuriis: at  
facti ignorantia excusat dict. l. regula, ergo, &c.

Secundo facit, quia dato, q. ignorantia communis op. diceretur esse  
iuriis, tamen talis ignorantia diceretur esse iuriis dubij & obscuri. Tum  
quia communis plerunque haber contradictores, & sic propter diuer-  
situdinem opinionum ius dubium efficitur. Tum etiam quia communis ni-  
titur presumptione, quæ solum in dubio locum sibi vendicat, sed igno-  
rantia iuriis dubij, & obscuri t̄ excusat, quia aequiparatur ignorantia fa-  
cti. c. i. cum ibi not. per Io. Andr. de postu. præla. in 6. Anto. de But. Abb.  
Card. Imo. & alij in c. cum dilectus. de consue. Abb. & post plures, quos  
ibi congerit. Feli. in c. de quarta. col. 11. versi. limita vñliter hanc doctri.  
nu. 27. de prescri. Corne. in cons. 30. in hac consultatione dicendum. co-  
penpl. sub nu. 11. versi. & ignorantia iuriis. lib. 4. Fran. Balb. in repel. Cel.  
sus. sub 4. not. sub nu. 17. versi. primò limita. ff. de vñscap. facit quod tra-  
dit Luc. Crass. inter cons. vñli. volunt. diuersi. in cons. 12. idem videtur  
mihi. in fl. nu. 8. lib. 1. cum tñmilib. Merito, &c.

9. Tertiò & vltimò virget pro ista sententia affirmativa, nam t̄ difficultas  
excusat à poena legali. l. §. si frater. ff. de colla. bon. per quem texita  
in specie tradit Ripa in l. quod te. col. 1. sub nu. 38. ver. item loquitur de  
obligato. ff. si cer. pet. & id proclaro admittere videtur omnes Doct. in  
dicta l. quod te. & in l. continuus. §. illud. ff. de verb. oblig. Tiraq. in tract.  
de vñroq. retract. tit. 1. §. glo. 1c. prope fin. sub nu. 120. & tit. 1. §. glo. 1.  
sub nu. 56. versi. & quod difficultas cum congestis per Pet. Duen. in tra-  
cta. regu. par. 1. reg. 19. difficultas non excusat, dum solummodo qua-  
rumque an, & quando difficultas excusat à poena conuentionali.

10. Quinimò magna t̄ difficultas aequiparatur impossibilitati ad effe-  
ctum, vñ quis exceptetur. l. 2. §. ex quo, & dicta l. cōtinuus, in §. cum quis,  
& ibi Doctor. ff. de verb. oblig. Aug. Bero. in cons. 88. in causa mota. col.  
penul. versi. præterea magna difficultas. nu. 35. lib. 1. cum similib.

11. At communis t̄ op. reperi est valde difficile, cum quia omnes li-  
bri habere nequeunt propter ingentes sumptus, tum etiam quia tempus  
non sufficit ad quarendum in singulis casibus, quæ sit communis opin.  
per resolutionem omnium librorum, cum tot & tantu sint, ut qui om-  
nes videat vellat, non expediret ynam causam in anno. Ergo, &c.

Quid concludendum? Equidem in hac quæstione satis dubia aequi-  
tatem ante oculos præcipue habeas, pro resolutione plures distingue-  
tem Casus, quorum Primus est, quando t̄ ignorantia communis pro-  
ficiuntur a mera negligentia ignorantis, quia communis de qua agitur,  
possit facile reperi, & ignorans non querat, cum possit & debeat, vel  
aliter de negligentia constet, & tunc concludendum est, ignorantiam  
non excusat. Nam ignorantia etiam meri facti, quod quis ex officio ex-  
plorare repletur, & ab illo difficultate potest, & sic à negligentia occa-  
non excusat, ut supra nunc. 4.

12. Secundus Casus est, quando t̄ communis, quæ ignorantur, absque  
difficultate possit reperi, & sit ferè nota, & manifesta, ut putat, quod sit  
de materia, quæ in scholis ordinariæ tractantur, vel eius complures sint

attestationes diuersorum Doctor. & pluribus in locis, & ferè notis, vt  
putat in istis libris Recptar. cōtent. Lulij Clari, Antonij Gabriellij, &  
similij. & ignorantia istius cōmuni, non est emanata à negligentia  
ignorantis, sed ponit ab eius imperitia, & parvo rerum vñ; vel quia  
non sit copia istorum librorum ordinariorum, vt euenerit in compluri-  
bus oppidis, in quibus vix reperitur Commentarij Bartoli, & non  
nullorum antiquorum; vel alias ignorantia absque negligentia orca-  
fit, & hoc casu concludendum ignorantiam communis opinonis non  
excusat. Nam ignorantia etiam facti t̄ manifesti & ferè notorijs non  
excusat, c. qui & diuinis. 12. quart. 2. glo. 1. in fl. Abb. & ibi postulios Feli.  
in c. quodam. col. 2. versi. glo. 1. in fl. nu. 5. extrâ de presump. Maria.  
iunior in cons. 3. in casu ad me transmissio. col. 2. nu. 3. lib. 3. In Cephal.  
in cons. 2. 42. Do. Ioan. Franc. col. fina. versi. quæ conclusio licer. nu. 18.  
in 2. Tomo, cum similib. & præsertim, cùm nulla, vel modica adsit dif-  
ficulitas, cùm tales libri propter modicos sumptus emi possint, neque  
multum temporis consumuntur in his revoluendis, vnde crassa, & supi-  
na ignorantia ita dici poterit.

13. Ex quibus noto duo, Primum contra nonnullos, quod t̄ isti col-  
lectores communis opin. hodie sunt maxima laude digni, nam licet  
incubant operi magis laborioso, quām subtili, tamen student homi-  
num utilitati, commodo, & saluti, cùm ingentes labores subleuant, ma-  
ximus librorum sumptibus consulari, & veritatem falso presumptam  
patefaciant, adeo quod proprio labore innumeris carent mala, quæ ex  
librorum multitudine pronenire videbantur.

14. Alterum notandum est, libros istos t̄ receptarum sententiarium om-  
nino esse emendos, nam horum maxima est utilitas, & fructus, & modi  
sumptus, & inconveniens. In his enim præter attestations de com-  
muni op. habentur etiam infinita loca autorum recondita, vnde isto-  
rum vñum allegans complures adducit: in hoc moderni sunt melioris

15. conditionis, quām antiqui: quia illi hoc referentes t̄ magis allegandi  
sunt, quām antiqui, ut tradit Iaco. Emil. in cons. 1. or. & si veritas. in fin.  
num. 12. & ita audio scribari in Vñb. & præcipue in Rota, vbi Aduocati  
in suis alleg. brevitatibus consulent allegant autoritatem viñus antiqui,  
& viñus moderni alios congerentis, ut etiam innuit Anto. Galles. in li-  
bello, de vñl. Iudic. Pala. Aposto. post med. versicu. spectat etiam ad of-  
ficiū Aduocati.

16. Tertius & vltimus Casus est, quando t̄ communis, quæ ignoratur,  
debet colligi ex inuentione plurium autorum sparsim diuersis in libris  
de illa scribentibus, ne vñlla adeo attestatio, vel si adest, non est in lo-  
cis ordinariis. Sed reconditis & sparsim, ut putat in aliquo Consilio, Sin-  
gulari, Additione, vel simili, ita ut non nisi longo tempore maximo la-  
bore, & ingenti librorum quantitate repetiri, & colligi possit commu-  
nis ista, & tunc concluderem, ignorantiam omnino excusat.

Nam licet communis opinio sit factum, quod vñusquisque inuesti-  
gare, & scire teneatur, tamen, cùm inuestigatio continet difficultatem  
ad eum ingentem, ut forte impossibilitati possit aequiparari, ignorantia ex  
difficultate orta excusat debet, iuxta dictum Ripa in dicta l. quod te  
suprà relatum: per quæ hoc casu existimo, non procedere dictum Aldo  
brand. de quo supra nunc. 3.

17. Nec dicitur t̄ difficultatem tunc excusat, quando remoueri non  
potest; secus alias, l. qui commentarij & ibi Bart. & ceteri, ff. de re milii, &  
à cōrario sensu, lib. quibus diebus. in prin. & ibi Bart. nu. 3. & alij, ff. de con-  
di. & demonst. & post alios tradit Ripa in dicta l. quod te. col. 1. sub nu-  
me. 47. ver. quartu declaratur. ff. si cer. pet. cum simili.

18. Et hoc casu difficultas potest remoueri diligentia, labore, & emptio  
ne omnium, vel plurimorum librorum, quorum t̄ copiam habere ap-  
primè est vñl, & vñusquisque debet studere plures libros habere, vt  
cùm opus fuerit, eos consulat, vt docet Luc. de Peñ. in Proct. Commen-  
trij lib. Cod. propè ff. versi. & nota quod Doctor. & latè defendunt  
Older. in cons. 3. 4. an expedit habere per totum. Caccialup. de modo  
studii. in 5. document. in prin. Neuiz. in quæst. an oporteat habere plu-  
res libros, impressa in fin. Indic. libror. Io. Bapti. Zile. cum concor.

19. Quoniam respond. negando, difficultatem istam posse remoueri, si  
quidem in emendis libris sunt impensa, que a paucis omnino fieri va-  
lent, & præter sumptum adest difficultas laboris & temporis.

Nam impossibile est in quoquæ casu reuelare omnes libros: quia  
alijs lites fierint immortales, quod omnes leges abhorrent: & qui lib-  
ros habent, vel habere possunt, tñt minima pars eorum, qui librorum  
copia carent, vnde per eos solos non possunt expediti cauæ.

20. Itaque litigantes locorum, vbi non sunt libri, t̄ debet esse cauæ, con-  
sulere Doctores forenses libros habentes, ne beneficio communis fra-  
udent, & iudex ignorantia prætena possit excusari.

E T E X his ad laudem, & gloriam individuæ Trinitatis, & glo-  
riosæ Virginis Mariæ sit explicitus præsens Tractatus.

# MATERIARVM IVRIS NOTABILIVM OMNIVM, quæ ex diuersorum Iurisconsultorum rece- ptis & Communibus Sententiis collectæ sunt

LOCVPL ETISSIMVS  
INDEX.

Numerus primus Tomum, secundus Foliū: Litera a, et b, Columnam, numerus  
vero tertius, rei substantiam designant.

## DE LITERA A.



B B A S, non Episcopus iurisdictionem & correctionem habet in monachos, etiam si via ordinaria iudiciale ageretur. Tomo 1. Folio 485. a	Absolutio ab excommunicatione per vincū testēs probatur. 2.33.nu.17.a
Abbas, solus hereditatem, vel legatum monacho delatum, sine huius consensu, repudiare potest. 1.1.a	Absolutio ab excommunicatione, an requirat partis citationem. 2.104.b
Abbatissa, cōferr officia & beneficia. 1.344.a	Absolutio à iuramento, an possit peti à muliere renunciante bonis paternis propter dotem stante enormissima lesionē. 2.212.a
Abbatissa in administratione Abbatis, par est. ibidem	Absolutio à iuramento super transactione interposito, quatenus possit fieri parte non citata. 3.73.a
Abbatilla, nec excommunicat, nec interdit sacerdoti. ibidem	Absolutio à iuramento, etiam habitatio simplex, requirit partis citationem. 1.3.b
Abbatissa, nec prædicare, nec sacramenta ministrare potest. ibidem	Absolutio à iuramento, non potest peti à muliere alienante rem dotalem, etiam si remaneat indotata. 2.212.b
Abbatissa potest Euangelium canere veluti Diaconissa. ibidem	Absolutio à iuramento requirit partis citationem. 2.90.a
¶ Abesse censetur quisquis efficaciter adest. ibidem	Ampliatur & limitatur. nu.87. & seq.
Abest à diuino officio, qui eidem negligenter adest. 1.344.a	Absolutio non tenet quando Papæ fuerit subrepta. 1.424.nu.7
Abest, qui impotenter adest. ibidem	Absolutio si petatur à iuramento, ad finem & effectum dissoluendū contra eum, omnīdū requiritur citatio partis aduersæ. ibid.nu.6
Abest, qui minimè habilit adest. ibidem	Absolutio si petatur à iuramento quod sit confirmatorium contractus, requiritur partis aduersæ citatio, hæc magis communis est. 1.224.nu.5
Abiurans heresim, q̄ virat peccātū, & bonorum confiscationem. 1.527.a	Absolutione præscripta, an intelligatur præscripta condēnatio. 2.302.n.35
¶ Aborsus procuratus, quando cum homicidio par sit. 1.344.b	Quid econverso. nu.37. ibidem
Abortiois gratia, qui dederit pōtū, abortu fecuto, an capite puniēdus, ibi.	Absolutionem à iuramento, non tenetur hæres petere in casu quo defunctus, si viueret petere tenebatur. 2.119.nu.5
Abortui qui causam prægnantem percutiendo præstigit, capite plectitur, si modò foetus tunc animatus sit. 1.251.a	Absolutionem à iuramento, si quis obtinere velit, requiritur citatio partis aduersæ, maximè si iuramenū est confirmatorium contractus, quæ communis est, secundūm quod fām. 1.224.nu.7
Abortum causans, qua pēna puniri debeat. 1.527.a	Contraria tamen alij magis communē dicunt. ibidem
¶ Absens, atque ignorans, efficta & acquisitiones quæ legi alicui accepto fieri debent, consequitur. 1.151.a	Absurdum est quem redire ad id, cui renunciandum putavit. 1.3.b
Absens causa Reipub. ad appellandum restituitur. 1.1.a.nu.40.	Absurdum in iure virandum. ibidem
Absens causa studiorū, fructus sui beneficij integrè percipere debet. 1.3.a	Absurdum videtur, licet eisdem partim iudicium defuncti comprobare, partim euertere. ibidem
Absens causa studiorū abesse non videtur. ibidem	Abusua inuestitura, quomodo fiat, quæ etiam feudi possessio in vasallum non transfertur. ibidem
